

his videbatur ( ut ajunt ) Latinos asserere Spiritum Sanctum ex Patre & Filio procedere, tanquam ex duobus principiis & duabus spirationibus, ideo abstinerunt a dicendo, quod Spiritus Sanctus a Patre procedat & Filio. Latini vero affirmaverunt, non se hac mente dicere Spiritum Sanctum ex Patre Filioque procedere, ut excludant Patrem, quin sit fons atque principium totius Deitatis ( Filii scilicet, ac Spiritus Sancti aut quod id, quod Spiritus Sanctus procedit ex Filio, Filius a Patre non habeat, sive quod duo ponant principia, seu duas spirationes, sed ut unum tantum asserant esse principium, unicamque spirationem Spiritus Sancti, prout hactenus asseruerunt. Et cum ex his omnibus unus & idem eliciatur veritatis sensus, tandem in ipsa scripta sancta & Deo amabilem eodem sensu eademque mente unionem, unanimiter concordarunt & consenserunt. In nomine ejus Sanctæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, hoc sacro universali approbante Florentino Concilio diffinimus, ut hæc fidei veritas ab omnibus Christianis credatur & suscipiatur, sicut omnes profiteantur, quod Spiritus Sanctus ex Patre & Filio æternaliter est, & essentiam suam suamque esse subsistens habet ex Patre simul & Filio, & ex utroque æternaliter, tanquam ab uno principio, & unica spiratione procedit. Declarantes quod id, quod sancti Doctores & Patres dicunt, ex Patre per Filium procedere Spiritum Sanctum, ad hanc intelligentiam tendit, ut per hoc significetur, Filium quoque esse secundum Græcos quidem, causam, secundum Latinos vero, principium subsistentiæ Spiritus Sancti, sicut & Patrem. Et quoniam omnia, quæ Patris sunt, Pater ipse unigenito Filio suo gignendo dedit, præter esse Patrem, hoc ipsum quod Spiritus Sanctus procedit ex Filio, ipse Filius, a Patre æternaliter habet: a quo etiam æternaliter genitus est. Diffinimus insuper explicationem verborum illorum, Filioque, veritatis declarandæ gratia & imminente tunc necessitate, licite ac rationabiliter Symbolo fuisse appositam.

#### C A P. III.

*Eucharistia Sacramentum, penitentia & bonorum operum merita, suffragia Ecclesiastica, sedis Romana primatum, & Apostolicam successionem proficitur Orthodoxa religio.*

#### Idem in eodem.

Diffinimus & declaramus in azymo a, sive sine fermento pane triticeo, corpus Christi veraciter confici, Sacerdotisque in altari ipsorum Domini corpus conficere debere, unamquemque scilicet juxta suæ Ecclesiæ sive occidentalis sive orientalis consuetudinem. Item si vere penitentia fructibus de commissis & omnibus satisfecerint, eorum animas poenitentiæ post mortem purgari, ut a poenis hujusmodi releventur, & prædesse eis fidelium vivorum suffragia ( missarum scilicet sacrificia, & orationes, & eleemosynas, & alia pietatis officia ) quæ a fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueverunt secundum Ecclesiæ instituta. Illorumque animas, qui post Baptismi susceptionem nullam omnino peccati maculam incurserunt, illas etiam, quæ post contractam peccati maculam, vel in suis corporibus, vel eisdem exuta corporibus, prout superius dictum est, sunt purgata, in caelum mox recipi, & intueri clarè ipsum Deum trinum & unum sicut est, pro merito tamen diversitate aliam alia perfectum. Illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato, vel solo originali decedunt, mox in infernum descendere, poenis tamen disparibus puniendas. Item diffinimus sanctam Apostolicam sedem, & Romanum Pontificem in universum orbem obtinere primatum.

& ipsum Pontificem Romanum successorem esse beati Petri Principis Apostolorum, & verum Christi vicarium, totiusque Ecclesiæ caput, & omnium Christianorum Patrem ac Doctorem existere, & ipsi in beato Petro, passendi, regendi ac gubernandi universalem Ecclesiam, a Domino nostro Jesu Christo plenam potestatem traditam esse, quemadmodum etiam in gestis Occidentiorum Conciliorum, & in sacris canonibus continetur. Revocantes insuper ordinem traditum in canonibus cæterorum venerabilium Patriarcharum, ut Patriarcha Constantinopolitanus secundus sit post sanctissimum Romanum Pontificem, tertius vero Alexandrinus, quartus autem Antiochenus, & quintus Hierosolymitanus, falsis videlicet omnibus privilegiis & juribus eorum.

#### C A P. IV.

*Promovendi ad beneficia & dignitates Ecclesiasticas, e jusque ordinis & instituti, fidei professionem hac præscripta forma, cum solenni juramento profiteri debent.*

#### Pius IV. in Concilio Tridentino.

Injunctum nobis Apostolicæ servitutis officium requirit, ut ea, quæ Dominus omnipotens ad providam Ecclesiæ suæ directionem, sanctis Patribus in nomine suo congregatis divinitus inspirare dignatus est, ad ejus laudem & gloriam incunctanter exequi præteremus. Cum itaque juxta a Concilio Tridentino dispositionem omnes, quos deinceps Cathedralibus & superioribus Ecclesiis præfici, vel quibus de illarum dignitatibus, Canonicatibus, & aliis quibuscumque beneficiis Ecclesiasticis, curam animarum habentibus, providi continger, publicam orthodoxæ fidei professionem facere, itaque in Romanæ Ecclesiæ obedientia permanere spondere & jurare teneantur: Non volentes etiam per quoscunque, quibus de Monasteriis, Conventibus, Domibus, & aliis quibuscumque locis regularium quorumcumque ordinum, etiam Militarium, quocunque nomine vel titulo providebitur, idem servari, & ad hoc, ut unius ejusdem fidei professio uniformiter ab omnibus exhibeatur, unicæque & certa illius forma cunctis innoscatur, nostræ sollicitudinis partes in hoc alicui minime desiderari, formam ipsius præsentibus annotatam, publicari, & ubique gentium per eos, ad quos ex decretis ipsius Concilii, & alios prædictos spectat, recipi & observari, ac sub poenis per Concilium ipsum in contravenientes latis, juxta hanc, & non aliam formam, professionem prædictam solenniter fieri, auctoritate Apostolica tenore præsentium districte præcipiendo mandamus, hujusmodi sub tenore: Ego N. firma fide credo & profiteor, omnia & singula, quæ continentur in Symbolo fidei, quo sancta Romana Ecclesia usitur, videlicet: Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, visibilium omnium & invisibilium. Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum, & ex Patre natum ante secula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, Genitum, non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt, Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cælis. Et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria virgine, & homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus, mortuus, & sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum scripturas. Et ascendit in caelum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est judicare vivos & mortuos, ejus regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum, Dominum, & vivificantem, qui ex Patre, Filioque procedit. Qui cum Patre

& Fi-

a Ambrosius lib. 4. c. 4. de Sacram. Damascenus l. 4. c. 14. Orthodox. fid. Theophil. ad 10. c. Joan. Cyrill. C. archief. myst. 1. 3. & 5. Cyr. serm. de lapsis. vid. l. 7. in p. C. cod.

a Concil. Trident. sess. 22. cap. 2. constitutio ista omnib. non modo Theologis, sed & Jurisperitis, Medicis, & Philosophis, promoris & promovendis, in orbe Rom. scripta & data est. Habetur in Can. Conc. Trident. inf. de Magist. & Doct. cap. 2.

& Filio simul adoratur, & conglorificatur, qui loquutus est per Prophetas, Et unam Sanctam, Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam, Confiteor unum Baptisma in remissionem peccatorum: Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi seculi, Amen, Apostolicas & Ecclesiasticas traditiones, reliquasque ejusdem Ecclesie observationes, & constitutiones, firmiter admitto & amplector. Item Sacram Scripturam, juxta eum sensum, quem tenuit, & tenet sancta mater Ecclesia, cujus est judicare de vero sensu, & interpretatione sacrarum scripturarum, admitto, nec eam unquam, nisi juxta unanimum consentium Patrum accipiam, & interpretabor. Profiteor quoque, septem esse vere & proprie Sacramenta novae legis, a Jesu Christo Domino nostro instituta, atque ad salutem humani generis, licet non omnia singulis necessaria, scilicet Baptisma, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam unctionem, Ordinem, Matrimonium: Illaque gratiam conferre: & ex his Baptisma, Confirmationem, & Ordinem sine privilegio reiterari non posse. Recepros quoque, & approbatos Ecclesie Catholice ritus in supradictorum omnium Sacramentorum solemnitate admittatione recipio, & admitto omnia & singula, quae de peccato originali, & de justificatione in sacrosancta Tridentina Synodo definita & declarata fuerunt, amplector & recipio. Profiteor pariter in Missa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium sacrificium pro vivis & defunctis, atque in sanctissimo Eucharistiae Sacramento esse vere, realiter & substantialiter corpus & sanguinem, una cum anima, & divinitate Domini nostri Jesu Christi, sericque conversionem totius substantiae panis in corpus, & vini in sanguinem: quam conversionem Catholica Ecclesia transubstantiationem appellat. Estote etiam sub altera tantum specie totum atque integrum Christum, verumque Sacramentum sumi. Constantiter teneo Purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragiis juvari. Similiter sanctos una cum Christo regnantes, venerandos, atque invocandos esse, eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum Reliquias esse venerandas. Firmiter assero, Imagines Christi, ac Deiparae semper virginis, nec non aliorum Sanctorum, habendas & retinendas esse, atque eis debitum honorem, ac venerationem impertiendam. Indulgentiarum etiam potestatem a Christo in Ecclesiis relictam fuisse, Illarumque usum Christiano populo maxime salutarem esse, affirmo. Sanctam Catholicam, & Apostolicam Romanam Ecclesiam omnium Ecclesiarum matrem, & magistrum agnosco, Romanoque Pontifici, beati Petri Apostolorum Principis successori, ac Jesu Christi Vicario, veram obedientiam spondeo, ac juro. Cetera item omnia a sacris Canonibus, & œcumenicis Conciliis, ac praecipue a sacrosancta Tridentina Synodo tradita, distincta, & declarata, indubitanter recipio atque profiteor, simulque contraria omnia, atque hæreses quascunque ab Ecclesia damnatas, & rejectas, & anathematizatas, ego pariter damno, rejicio, & anathematizatio. Hanc veram Catholicam fidem, extra quam nemo salvus esse potest, quam in praesenti sponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integram & immaculatam usque ad extremum vitam spiritum constantissime, Deo adjuvante, tenere & confiteri, atque a meis subditis, seu illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit, tueri, doceri & predicari, quantum in me erit, curaturum. Romæ Idibus Novemb. 1564.

TITULUS II.  
DE RESCRIPTIS, ET MANDATIS  
APOSTOLICIS.

C A P. I.

*Rescriptorum & mandatorum Apostolicorum executionem impediētes, quibus panis coercantur.*

Jur. Can. Tom. II.

Innocentius VII.

**O**Mnes personæ, tam seculares quam regulares, contra quas in Curia Romana causæ de jure vel consuetudine committuntur, vel in futurum tam per appellationem, seu devolutionem ad illam, aut alias quomodolibet committuntur, & quæ citationes in vim commissionis Apostolicarum decretis vel decretis, aut quævis alia mandata, seu rescripta Apostolica, iustitiam vel gratiam continentia, quo minus juxta illorum tenorem executioni demandentur, per se vel per alium seu alios, directe vel indirecte, quovis quæsitore colore impedire, aut impediri facere, seu clericis ut beneficia Ecclesiastica renuncient, aut juri in illis sibi competentem cedant, vel ut a prosecutione causarum, & juri hujusmodi desistant, mandari facere præsumpserint, aut pro illis impediendis, & renunciandis, ad Principes seu Officiales seculares, publice & occulte, per se vel alium, quovis quæsitore colore recursum habuerint, causam perdet, & omne jus, tam in petitorio, quam possessorio, in re vel ad rem, de qua agitur, eis competens, eo ipso amittant, & ad beneficia sic renunciata obtinendum inhabiles existant.

Aliæ vero personæ Ecclesiasticæ, seu etiam seculares, quas causa hujusmodi non tangit, executionem citationum hujusmodi, aut aliorum quorumcumque mandatorum, seu rescriptorum, & provisionum Apostolicarum, ut præmittitur, impediētes, aut impediētes hujusmodi, auxilium, consilium, vel favorem, publice vel occulte, directe vel indirecte præstantes, cujuscuque conditionis vel præminentie existant, sententiam excommunicationis eo ipso incurrant, a qua (præterquam in mortis articulo constituti, & satisfactione prævia) ab alio quam a Romano Pontifice pro tempore existente, & canonice intrate, absolutionis beneficium nequeant obtinere.

Notarii vero, sive tabelliones publici prædicti, qui de executionibus citationum & mandatorum, ac provisionum hujusmodi faciendis, aut quo minus fiant inhibitionibus, requisiti fuerint, instrumenta publica desuper ad instantiam interesse habentium, seu interesse prætendentium (satisfacto tamen de congruo salario) conficere recusaverint, perjurii reatum incurrant, ac executionem officii tabellionatus amittant, fiantque infames eo ipso, & eorum instrumentis sive scripturis publicis postmodum per eos super regitibus postea factis, & conficiendis, donec ab hujusmodi reatu perjurii absolutionem, & infamie absterionem obtinuerint, nulla fides in iudicio, vel extra adhibeatur. Datum Romæ 8. Cal. Febr. An. 1491.

C A P. II.

*Statuta & ordinationes, quæ sunt in injuriam executionis rescriptorum & literarum Apostolicarum, nullius sunt vigoris aut roboris.*

Leo X.

**L**icet felic. record. Bonifacius Papa IX, prædecessor noster, ad quem fide dignorum relatione pervenerat, quod certi Prælati, quibus pia memoria Urbanus Papa VI. etiam prædecessor noster concesserat, ut in eorum civitatibus & diocæsis executioni literarum Apostolicarum fieri non posset, nisi literæ ipse Prælatis ipsis, vel eorum officialibus prius exhibitæ, & per eos approbatæ forent, & eorundem Prælatorum officiales in consuetudinem deduxerant: aliqui vero prætextu statutorum provincialium, seu synodaliū, etiam servabant, quod nullus literas Apostolicas hujusmodi exequeretur, nisi postquam Prælati, seu officiales ipsi per suos lite-

*a Diviso rescriptorum: Justitia, c. pastoralis. c. sciscisatus. c. super literis. de rescriptis. Gratia, c. gratia. de rescriptis. in 6. & Clem. grat. cod.*

T t 3

litteras, quas vidimus, nuncupabant, mandarent, & concederent, ut iudices in ipsis litteris Apostolicis deputati, & sine licentia vel consensu quorumcumque Prælatorum, vel superiorum, aut Officialium eorundem, litteras Apostolicas exequi possent & deberent. Tamen nuper in publica signatura coram nobis nonnullæ supplicationes propositæ fuerunt, continentes, quod in Toleran. & Carthaginen. Ecclesiis, sub colore falsitatis obviandi, editæ fuerant constitutiones synodales, quibus caveri dicebatur, ut Tabelliones & Notarii, etiam a partibus requisiti, litteras Apostolicas nullatenus recipere possent, nisi illæ prius per Archiepiscopum Toleranum, & Episcopum Carthaginensem, pro tempore existentes, aut eorum Officialia examinatæ forent, a nobisque eorundem Constitutionum confirmatio peteretur.

Nos petitionem huiusmodi uti ratione carentem, cum Romani Pontificis gesta, per inferiores sibi & subditos, sine ejus speciali licentia, examinari non debeant: indecens & absurdum, quinimo temerarium esse censentes, quod aliquis quavis occasione litteras Apostolicas, sine Romani Pontificis speciali commissione, examinare vel le præsumat: propterea supplicationes ipsas, prout merito rejiciendæ erant, rejicimus, & coram nobis læcerari fecimus. Ac constitutiones eorum temeritatem tali castigatione reprimere, ac super his tale remedium adhibere volentes, ut aliis in posterum committendi similia aditus præcludatur, motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, litteras Bonifacii prædecessoris huiusmodi tenore præsentium approbamus, & innovamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, illasque inviolabiliter observari debere decernimus.

Nec non quasque constitutiones synodales, tam in dictis Toleran. & Carthaginen. quam quibusvis aliis Ecclesiis per universum orbem constitutis super his factas, motu, scientia, auctoritate & potestate prædictis cassamus, & annullamus, ac statimus, & ordinamus, quod iudices & executores in litteris Apostolicis pro tempore deputati, ac Notarii ac Tabelliones super his requisiti, litteras ipsas Apostolicas, sine alicujus personæ cujuscunque, Ecclesiasticæ vel mundanæ dignitatis fuerit, licentia vel consensu exequi possint & debeant. Et insuper universis Patriarchis, Archiepiscopis, Primatibus, Episcopis, & aliis Prælatibus, & personis Ecclesiasticis, nec non dilectis filiis, Communitatibus civitatum, & universitatibus castro- rum, oppidorum, terrarum, & locorum, sub interdicti, singularibus vero personis eorum, etiam secularibus, sub excommunicationis & anathematis pœnis, quas eo ipso, si contra fecerint, absque alia declaratione incurrant, & a quibus non nisi a nobis vel successoribus nostris Romanis Pontificibus, canonice intrantibus, præterquam in mortis articulo constituti, & debita satisfactione præmissa, absolvi, & interdicti huiusmodi relaxationem obtinere possint, in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipiendo mandamus, ne iudices & executores litterarum Apostolicarum, ac Notarios & Tabelliones super his requisitos, quo minus litteras Apostolicas huiusmodi exequi possint, quoquo modo impedire præsumant, ac eos, qui executionem litterarum huiusmodi impediuntibus auxilium, consilium vel favorem quovis modo, directe vel indirecte, publicè vel occulte præstare præsumperint, etiam si Patriarchali, Archiepiscopali, Primatiali, Episcopali, & quavis alia Ecclesiasticæ, vel Mundanæ, etiam Imperiali, Regali, Regionali, aut Ducali, vel alia profulgeant dignitate, eidem excommunicationis, & anathematis sententiæ, a qua non nisi ut præsertur absolvi possint, subjacere: ac civitates, castra, oppida, & loca prædicta, & ad quæ inobedientes & contra facientes declinare, & in quibus moram trahere contigerit, Ecclesiastico supposita interdicto, tam diu firmiter observando, donec compuncti corde huiusmodi interdicti relaxationem, debita satisfactione præmissa,

meruerint obtinere, ac ibidem permanserint, & per triiduum post eorum indecessum, motu, scientia, auctoritate, & potestatis plenitudine similibus decernimus, ac sub dictis pœnis etiam mandamus illis, in quorum libris constitutiones synodales & provinciales huiusmodi descriptæ reperiuntur, ita deleri & cassari faciant, ut amplius legi non possint. Dat. Romæ Calend. Mart. 1518. Concordat c. tibi qui. x. in 6. h. t.

## C A P. III.

*Personæ excommunicantur, loca interdictio supponuntur, quorum consensu favore & conatu litteræ & rescripta Apostolica sine executione remanent.*

## Clemens VII.

**R**escriptorum & litterarum Apostolicarum executionem impediunt, & illos, qui impediuntibus auxilium, consilium, vel favorem directe vel indirecte, publicè vel occulte, aut quovis quavis colore præstare præsumperint, etiam si Patriarchali, Archiepiscopali, Primatiali, Episcopali, & quavis alia ecclesiastica, vel mundana, etiam Imperiali, Regali, Regionali, Ducali, vel alia dignitate præfulgeant, per alias nostras litteras in die cœnæ Domini publicè lectas, a excommunicavimus, & anathematizavimus, prout etiam tenore præsentium eos, eidem excommunicationis & anathematis sententiæ, a qua non nisi ut præsertur absolvi possint, subjacere, accivitates, terras, castra, oppida, & loca, in quibus dicti inobedientes & contra facientes manserint, & ad quæ eos declinare contigerit, ecclesiastico supposita esse interdicto, tam diu firmiter observando, donec ad cor reverti, interdicti huiusmodi relaxationem, debita satisfactione præmissa, meruerint a nobis, aut dictis successoribus nostris obtinere. Nec non omnes & singulas sententias, censuras & pœnas, quas dicti ordinarii, aut eorum officiales, contra huiusmodi iudices, & executores litterarum Apostolicarum, aut illas impetrantes, seu notarios, & tabelliones, propter executiones per eos factas vel faciendas, infixerunt & promulgarunt, aut in futurum quomodolibet insurgent, aut promulgabunt; irritas & inanes, ac nullius roboris, vel momenti existere, eisdem motu, scientia, auctoritate, & potestatis plenitudine decernimus, & declaramus. Dat. Rom. 4. Cal. Jan. 1533.

## C A P. IV.

*Concilii Tridentini decretum de cognoscendis causis coram ordinariis locorum, & Apostolicis rescriptis non obstat.*

## Gregorius XIII.

**A**D Romani Pontificis providentiam circumspicam pertinere dignoscitur, dubia super factorum Conciliorum decretis pro tempore insurgentia, sic suæ declarationis oraculo dilucidare, & interpretari, ut exinde litium dispendia inter fideles quoslibet valeant submoveri. Accepimus sane nuper quodlibet multoties Romanus Pontifex, ut provisiones & gratiæ per eum de beneficiis pro tempore vacantibus, ac suæ & sedis Apostolicæ dispositioni & ordinationi reservatis, in favorem diversarum personarum sibi gratarum & acceptarum factæ, executioni debita demandentur, & ne (dum litteræ Apostolicæ sub plumbo desuper expediuntur) beneficium ipsa ab aliquibus indebite occupentur, aut aliqua in spiritualibus & temporalibus detrimenta sustineant, nonnunquam corporalem possessionem ipsorum beneficiorum, & illis annexorum, junctumque & pertinentiarum, quomodocunque sedis & cameræ Apostolicarum nominibus apprehendi, ac omnes, & quotcumque fructus, redditus, & proventus beneficiorum & annexorum eorum.

*a Solenni illo diplomate, quod legitur Roma die cœnæ Domini, singulis annis excommunicantur, qui executionem litterarum Apostolicarum, aut aliarum expeditionem impediunt.*

eorundem percipi, exigi, eosque integros personis prædictis, postquam ipsas literas sub plumbo expeditas haberent, una cum dicta possessione consignari, quandoque vero, dum literæ sub plumbo hujusmodi expeditæ existunt, ut jus suum unicuique illorum conservetur, & temerarium audacia debita castigatione compefcatur, ac ipsæ literæ Apostolicæ facilius debita executioni, ut patet, demandentur, proviso, de beneficiis in corporalem, realem, & actualem possessionem beneficiorum, & annexorum, juriumque, & pertinentiarum prædictorum induci, & inductos in ea manentem, amoris quibuslibet intrusis detentoribus ab eisdem, aliaque fieri, & exequi per diversas suas in forma brevis, & sub annulo Piscatoris concessas literas manderi, & percipi certis inibi modo & forma tunc præscriptis, dilecto filio causarum Curia Camera Apostolicæ generali Auditori, seu aliis executoribus desuper deputatis, quibus omnino parendum esse. Nihilominus nonnulli beneficiis prædictis inhiantes, ac gratias prædictas illudere, earumque intrusiones & detentiones improbe rueri satagentes, executionem literarum in forma brevis hujusmodi, & facultatem per eas ipsi executoribus attributam, diversis dubiis, & cavillationibus remorantur, & processus per eosdem executores desuper habitos, & formatos, ac inde secuta quæcumque, nulla & invalida, nulliusque roboris, vel momenti esse, neque attendi debere contendunt, sub prætextu, quod in decreto sacri Concilii Tridentini, sessione vigesima quarta, capitulo vigesimo, dispositum fuerit, quod causa omnes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, etiam si beneficiatas sint, in prima instantia coram ordinariis locorum duntaxat cognoscantur, exceptis aliis, quæ juxta Canonicas sanctiones apud Sedem prædictam sunt tractandæ, vel quas ex urgenti rationabili causa judicaverit summus Pontifex Romanus, per speciale rescriptum signaturæ suæ ejus manu propria subscribendum committere, aut avocare. Verum cum decretum hujusmodi Concilii concessione prædictarum literarum in forma brevis, & illarum executionem nihil efficiat, neque per illos causa, seu instantia introducat, sed mere executive p ocedi mandetur, literæ quoque in forma brevis, annulo Piscatoris munitæ, non minoris sint efficacitæ & auctoritatis, quam rescripta signaturæ Rom. Pontif. ejus manu propria subscripta, Nos in his nostræ debita declarationis cautelam adhibentes, ac provisionum prædictorum jus, adversus dubia & cavillationes hujusmodi, aequitate & justitia suadentibus, perseverare volentes, necnon prædictarum, & quarumcumque literarum in forma brevis, super capienda possessione nomine Camera hujusmodi, aut in favorem literarum sub plumbo expeditarum, tam a prædecessoribus nostris, quam nobis, & dicta Sede hæcenus concessarum, tenoris ac litis, & causæ, si quæ desuper executæ sint, statum & merita, nominaque & cognomina judicium, executorum, & colligantium, præsentibus pro sufficienter expressis habentes: Motu proprio, non ad ipsorum provisionum aut aliorum nobis pro eis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia ac de mera nostra deliberatione decernimus, & declaramus per concessionem literarum in forma brevis, sub annulo Piscatoris, super capienda possessione quorumcumque beneficiorum dispositioni Apostolicæ reservationum seu affectuum, Sedis & Camera Apostolicarum nominibus apprehendenda, & ejusdem possessionis in favorem provisionum ab ipsa Sede de eisdem beneficiis, postquam literas sub plumbo super provisionibus hujusmodi habuerunt expeditas relaxatione,

<sup>a</sup> C. nec licuit. 17. dist. c. majores de bap. Vigiliis Papa in Epist. ad Eutherum in fin. & Pelagius 2. in 1. Epist. circa fin. cum similibus. b Notatur differentia literarum Apostolicarum, de quibus P. Greg. in Synagm. l. 17. c. 15. num. 10. & seqq.

nec non assidentia ipsi provisionis literas desuper sub plumbo expeditas habentibus præstanda, & aliorum inibi expressorum executione faciendæ, quæ mandata executiva sunt, & summariam duntaxat causarum, propter quas illæ emanarunt, cognitionem requirunt, decretis Concilii hujusmodi non contraveniri, nihilque præjudicii illis inferri, vel eorum formam in aliquo violari, neque indici aut ceteri, vel executionem literarum earundem propterea in aliquo suspendi sive remorari, aut facultatem literarum executoris facultate sibi per eandem literas, ut præfertur concessas, uti, frui, gaudere, & contra illis non parentes ad declarationem incursum poenarum, & censurarum in eisdem literis in forma brevis contentarum, ac invocatione brachii secularis procedere, alia omnia & singula in eisdem literis contenta (illarum tantum forma servata) facere & exequi libere & licite potuisse & posse, nec non processus desuper habitos, & formatos, habendosque, & formandos, ac inde secuta, & sequenda quæcumque firma, valida, & efficacia fuisse, & esse & fore, suorumque integros, & plenarios effectus sortiri debere in omnibus & per omnia: Præfentes quoque literas de subreptionis vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ vel quorum alio defectu notari, impugnari, vel invalidari nullatenus posse.

**TITULUS III.**  
**DE ELECTIONE, ET ELECTI**  
**POTESTATE.**

**CAP. I.**

*Electio Pontificis Maximi Simoniacæ nundinatione induta, nulla est, nulliusque potestatis, adeo ut sic electus exaureatur ab omnibus dignitatibus & officiis, cum suis sequacibus, & complicibus Cardinalibus.*

Julius II. In Concilio Lateranensi.

**C**Um tam divino quam humano jure, in spiritualibus præcipue, detestabiliter sit Simoniacæ labes prohibita, & longe magis in electione Romani Pontif. Vicarii Jesu Christi, Domini nostri, abominabilis sit, & universalis Ecclesiæ perniciosa: Nos, qui regimini ejusdem universalis Ecclesiæ (meritis licet imparibus) annuente Domino præsidemus, cupientes, quantum cum Deo possumus, ut præmissis pro tanta rei necessitate ac periculi magnitudine, ut tenemus, in posterum salubriter provideret, de fratrum nostrorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio & unanimi consensu, hæc nostra perpetuo valitura constitutione, Apostolica auctoritate & de potestatis nostræ plenitudine, statuimus, ordinamus, decernimus, & diffinimus, quod si (quod Deus pro sua clementia, & ineffabili bonitate avertat) contigerit, postquam nos vel successores nostros successive ipse Deus ab hujusmodi universalis Ecclesiæ regimine absolverit; humani generis inimico procurante, & ambitione vel cupiditate ad hoc inclinate, seu impellente, electionem Romani Pontificis, ab eo, quem eligi contigerit, vel ab aliquo seu aliquibus de cætu Cardinalium quomodolibet votum dantibus, per simoniacam hæresim (in dando, promittendo, vel recipiendo pecunias, bona cujuscumque generis, castra, officia, vel beneficia, seu promissiones & obligationes) commissam, per se, vel alium, seu alios, quomodocumque & qualitercumque (etiam in duarum partium, vel omnium Cardinalium unanimi concordia, quomodolibet, etiam per viam assumptionis unanimiter, nemine discrepante, etiam sine scrutinio factæ) celebrari, vel fieri; non solum hujusmodi

<sup>a</sup> Conc. Basile. sess. 23. modum præscribit. Vid. Reddm. de s. mon. 2. cap. 33. num. 21. & seqq.

hujusmodi electio, vel assumptio, eo ipso nulla existat, & nullam eisdem sic electo, vel assumpto, administrandi, in spiritualibus & temporalibus, facultatem tribuat, sed etiam contra dictum sic electum, vel assumptum, de simoniaca labe, a quocunque Cardinali, qui eidem electioni interfuert, opponi, & excipi possit, sicut de vera & indubitata hæretici: ita quod a nullo pro Romano Pontifice habeatur, quin ipse sit a priori suo Cardinalatu, & alio quoque honore, Ecclesiis Cathedralibus, etiam Metropolitanis, & Patriarchalibus Monasteriis, & dignitatibus, & aliis quibuscunque beneficiis, & pensionibus, quæ tunc obtinebat in titulum vel in commendam, aut alias quomodocunque absque alia declaratione privatus existat, & idem electus non Apostolicus, sed Apostolicus, tanquam simoniacus, & hæresiarcha, & ad prædicta omnia & singula perpetuo inhabilis habeatur, sit. Nec ejusmodi simoniaca electio per subsequentem ipsius intronizationem, seu temporis cursum, aut omnium Cardinalium præstitam obedientiam, ullo unquam tempore conualecat.

## C A P. I.

*Pontifici simoniace electio nemo obedire tenetur, illiusque auctoritati derogare omnibus licet, & nova electione is a Pontifice solio deturbandus est.*

*Idem in Eodem.*

**L**iceat omnibus & singulis Cardinalibus, Ceteramillis, qui huic simoniacæ electioni, seu assumptioni consenserint, etiam post intronizationem, & adjurationem, seu obedientiam) ac etiam universo Clero, populo Romano, nec non subditis, & sancti Angeli de Urbe, ac quarumvis aliarum Romanæ Ecclesiæ arcium præfectis, Castellanis, Capitaneis & aliis officialibus ( quocunque honore, seu juramento, vel cautione præstitis, non obstantibus) a talis electi, etiam intronizari, obedientia, & devotione, impune & quomodocunque discedere, (ipsis, fidei Rom. Ecclesiæ, & obedientiæ futuri Rom. Pontificis canonice intrantis nihilominus astrictis permanentibus) & etiam, ut Magum, Ethnicum, publicanum, & hæresiarcham evitare. Ad cujus quoque confusionem possint Cardinales, qui præfata electioni se opponere voluerint, si præsumperint, se regimini universalis Ecclesiæ, prætexta talis electionis ingerere, auxilium brachi secularis contra eum implorare. Nec tales ab epus obedientia discedentes, tanquam tunicæ Domini scissores, aliarum propter dictam discessionem pœnarum, seu censurarum ultioni subiaceant. Cardinales vero, qui eum simoniace elegerunt, a suis ordinibus, etiam Cardinalatu, titulis & honore, ac quibuscunque Patriarchalibus, Archiepiscopalibus, Episcopalibus, & aliis prælatis, ac dignitatibus, & beneficiis, quæ in titulum, vel commendam tunc obtinebant, vel in quibus, seu ad quæ tunc habebant, absque alia declaratione, privati existant, nisi ab illo penitus, & cum effectu discesserint, & reliquis Cardinalibus, qui hujusmodi simoniacæ non consenserint, infra terminum octo dierum, postquam fuerint ab eis requisiti, personaliter, si fieri poterit, alias per edictum publicum, se absque fictione, vel fraude univertint, & conjunxerint. Et tunc, si præfatis aliis Cardinalibus se univertint, & conjunxerint, in pristinum statum, & ad pristinos honores, & dignitates, etiam Cardinalatus, ac Ecclesiæ, & beneficia, quibus præstant, & quæ obtinebant, reintegrati, rehabilitati, ac restituti & repositi, ab hujusmodi simoniacæ labe, & censuris ac pœnis ecclesiasticis quibuscunque absoluti, eo ipso existant.

## C A P. III.

*Simoniaca electionis consensu, proxeneta & mediatores ad instar reorum Majestatis penis subjiciuntur, activis & passivis Cardinalibus vero novum Pontificem eligendi aquire spem conceditur potestas.*

*Idem.*

**M**ediatores vero & proxeneta, trapezita tam clericali quam laici, cujuscunque dignitatis, qualitatis, & ordinis fuerint, etiam Patriarchali, Archiepiscopali, vel alia seculari, mundana, sive ecclesiastica dignitate præditi, etiam quocunque Regum, & Principum Oratores, vel nuntii, hujus simoniacæ electionis participes, sint omnibus suis Ecclesiis, beneficiis, prælatis & feudis, ac aliis quibuscunque honoribus, & bonis, eo ipso privati, & ad similia inhabiles, ac etiam active & passive inexcusabiles, & eorum bona ipso facto, ad instar reorum criminum læsæ majestatis, sive Apostolicæ sedis applicentur, & devolvantur, si prædicti delinquentes ecclesiastici fuerint, vel alias Romanæ Ecclesiæ subditi. Bona vero & fuda taliter delinquentium, non subditorum secularium, in partibus, sive secularis Principis, in cujus territorio bona sita fuerint, ipso facto similiter applicentur. Ita tamen, quod si infra tres menses, a die, quo notum fuerit, illos simoniacæ commississe, vel participasse, Principes dicta bona sive suo actualiter non applicaverint, ex tunc illa sive Ecclesiæ Romanæ applicata censentur, & sint eo ipso, absque aliqua simili declaratione. Promissiones quoque, & obligationes, sive sponiones, propterea quomodocunque etiam ante tempus dictæ electionis, etiam extra personas Cardinalium, per quoscunque alios, quomodocunque facta, cum quavis inexcogitabili solennitate & forma, etiam jurata, conditionales, sive eventuales, & in forma excommittarum, ex quacunque causa, etiam depositi, mutui, cambii, confessionis de recepto, donationis, ars rendamenti, vel venditionis, permutationis, vel alteriucunque contractus, etiam in ampliori forma Camera Apostolicæ facta, sint nullæ & invalidæ, & ad agendum inefficaces, nullisque illarum vigore cogi vel constringi possit, in judicio vel extra. Liceatque omnibus ab illis impune, absque aliquo metu, sive perjurii nota, recedere. Et insuper liceat Cardinalibus, qui electioni prædictæ simoniacæ interfuerint, & a præfato sic electo discesserint, adhibitis secum aliis Cardinalibus, etiam illis, qui hujusmodi simoniacæ electioni consenserunt, & postea eisdem Cardinalibus in dicta simonia non complicitibus se univertint, si se cum eisdem unire voluerint, alioquin sine eis, ad alterius nihilominus Pontificis electionem, non expectata alia sententia declaratoria, simoniacæ electionis hujusmodi ( eadem tamen præsentem nostram constitutionem, semper in suo robore permanente) libere, alias tamen canonice devenire, & Concilium etiam generale indicare & consecrare in loco idoneo, prout eis videbitur expedire. Non obstantibus quibuscunque contrariis constitutionibus, etiam generalibus Concilii editis. Datum in Concil. Later. apud S. Petrum 19. Cal. Februar. An. 1503.

## C A P. I.V.

*Electorem & postulatum quanto animi moderamine cura geri debeat, ut publicis Ecclesiæ officiis digni ministri instituantur & promovantur, ætatis, morum doctrina & vita candoris prævio examine.*

*Leo X. in Concilio Lateranensi.*

**C**UM pia memoriæ Alexander Papa III. prædecessor noster, etiam in Lateranensi Concilio decreverit, ut ætas, morum gravitas, ac literarum scientia, in personis promovendis in Episcopos & Abbates, diligenter inquiratur, nihilque magis Dei Ecclesiæ officiat, quam cum immeriti assumuntur Prælati ad regimen Ecclesiæ, propterea in promotionibus Prælatorum, quantum a Romano Pontifice magna ratio haberi debet, eo præfatum quod de promotis per eos ad Ecclesiæ, seu Monasteria in extremo judicio rationem Deo reddituri sunt: Statuimus & ordinamus, ut deinceps perpetuis futuris

temporibus, Patriarchibus, Metropolitanis, ac Cathedralibus Ecclesiis, & Monasteriis pro tempore vacantibus, de personis, juxta præfati Alexandri constitutionem, ætate matura, gravitate morum, literarumque scientia præditis, non ad alicujus instantiam, per commendam & administrationem, seu conservationem, aut alio quovis modo provideatur, nisi ratione utilitatis Ecclesiarum, prudentia, nobilitatis, probitatis, experientia, atque curialitatis antiquæ, cum competenti literatura, & in sede Apostolica meritorum, alter visum fuerit faciendum. Idemque in electis & postulatis, quorum electiones & postulationes per sedem Apostolicam admitti consueverunt, volumus observari. Et si de minoribus ætate 30. a annorum Ecclesiis aut monasteriis hujusmodi contigerit provideri, non dispensetur cum eisdem, ut Ecclesiis citra vigesimum septimum ætatis annum, Monasteriis vero citra vigesimum secundum præesse valeant. Quinimo ut accuratius, diligentiusque idoneæ personæ promoveantur, statuiamus, ut Cardinalis, cui electionis, postulationis, aut provisionis Ecclesiæ, seu Monasterii relatio committeretur, antequam in sacro consistorio (ut moris est) referat commissionem examinis ac electionis hujusmodi sibi datam, uni cujuslibet ordinis antiquiori Cardinali in ipso consistorio, per se ipsum, vel si eadē, qua sibi commissionis onus injunctum fuerit, consistorium non fuerit, per Secretarium suum, aut alium quemlibet ex suis domesticis familiaribus, notam illam facere debeat, qui tres priores alios, quamprimum sui ordinis Cardinalibus, eam significare teneantur, negotiorumque electionis, administrationis, postulationis, aut promotionis, summarie & de plano per scriptum dictis relatorum examinet, & si qui contradixerint, his vocatis, idoneos, graves & fide dignos testes, & si expediens opusve fuerit, alios ex officio assumere, processusque & jura ejusmodi relationis, una cum dictis testimoniis, die faciendæ relationis secum ad consistorium deferre debeat, neque ullo modo referat, si præsens in Curia promovendus majorem Cardinalium partem antea non adiverit, ut quæ a referente collegia sint Cardinales audituri, occultata fide, quantum ad personam promovendi attinet, cognoscere possint. Promotus vero, eosdem Cardinales, qui præfentes in curia fuerint, ex antiquo more consuetudineque laudabili, quamprimum visitare teneantur. Quem quidem morem, laudabilemque consuetudinem innovamus, ac inviolabiliter observari mandamus.

## C A P. V.

*Electus ad regularium dignitates, electionis auctoritate non gaudet, nisi per Pontificum confirmationem.*

## Pius IV.

**P**ius Quartus tantis, qui paucissimam in religiosos irreperunt, abusibus & ausibus nimis licentiosis aliquando, sicut patet est, cupiens occurrere, suamque sedi præfate prærogativam asserere, omnes & singulas electiones quarumvis personarum ad regimina monasteriorum, prioratuum, & aliarum dignitatum conventualium, ipsarumque electionum confirmationes, per quoscunque, cujusvis status, gradus, ordinis, & conditionis existant, & quavis etiam Archiepiscopali, Patriarchali, aut majori præfulgeant dignitate, hæcenus sic præsumptas, nullas, invalidas, ac pro nullis, invalidis & prorsus infectis

*a Annum 365. dierum intelligemus. l. cum hæret. §. Stichus. ff. de statu liber. gloss. in cap. si propter. de rescript. in 6. & diem ultimam captam, pro completa. l. quia atate. & ibi gloss. & Dd. ff. de testam. Etas ad canonicatum in Ecclesia 23. annorum suffi. it. Beneficium curatum non obtinetur ante 25. an. sine dispensatione. Episcopatus annorum 30. est. cap. cum unilibis. de præbend. cap. si eo temp. de rescript. in 6. concord. Concil. Trident. sessio 23.*

habendas esse a, personasque sic ut præferretur, electas & confirmatas, monasteria, aliasque dignitates hujusmodi, sine legitimo titulo possedisse & possidere, nec non illorum fructus, redditus & proventus indebite percepisse & percipere. Ac personas ipsas ad abolitionem, & habilitationem super his, necnon confirmationem electionum de se factarum, a sanctitate sua, seu Romano Pontifice pro tempore existente, aut sede prædicta, infra sex menses a data præfentium computandos impetrandum, ac literas Apostolicas super hujusmodi confirmatione in totum expediendas omnino tenet, declaravit. Et nihilominus hæc sua perpetuo valitura constitutione statuit & ordinavit, quod nullus de cætero, seu in regimine & administratione monasterii, vel alterius dignitatis conventuales, ad quod, seu quam, illum eligi contigerit, in spiritualibus vel temporalibus, antequam rite celebrata electio a sanctitate sua aut Romano Pontifice pro tempore existente, & sede prædicta confirmata, & litera Apostolica de super expedita fuerint, per se vel alium, in toto vel in parte, quovis quæsito colore immiscere, aut ad illud vel se recipi facere, vel alias pro ejus præfate gerere præsumat. Deinceps omnes & singulos qui secus fecerint, jure, si quod illis ad monasteria vel eorum regimina & administrationes, ac alias conventuales dignitates, per electionem hujusmodi fuerit acquisitum, eo ipso privatos, & deinceps ibi ineligibiles esse, ipsaque monasteria & alias dignitates ab eadem sede impetrari posse, qui vero similes electiones confirmare præsumperit, eo ipso superiores ordinum videlicet suis dignitatibus privatos, ordinariis autem locorum, etiam si Archiepiscopali & majori præfulgant dignitate, ingressum Ecclesiæ interdictum, eosque ab Ecclesiis suarum regimine & administratione insperatos existere.

T I T U L U S IV.  
DE CARDINALIBUS.

## C A P. I.

*Cardinalis creatio non prius, rata & valida habetur, donec Cardinalis insignia accenderit.*

## Eugenius IV. ex Concilio Constant.

**Q**uamquam ex libris Romani ordinis, alias ceremoniarum nuncupatis, & aliis Eccles. Romanæ libris seu antiquis Codicibus, comprehendendi possit, & ex illis resulet, quid nominis, tituli vel honoris per secretam pronunciationem, de alicujus persona in eisdem Romana Ecclesiæ Cardinalem, per Romanum Pontificem pro tempore in secreto consistorio factam, eidem personæ in Cardinalem sic pronunciatæ per promotionem hujusmodi acquiratur. Quia tamen temporibus modernis, quibus aliquoties nonnulli in secreto consistorio in Cardinales assumpti fuerunt secreta, & eis ex bonis respectibus insignia Cardinalatus saltem omnia, minime assignata fuerunt, nonnullorum aliter sapere, quam oportet sapere, satagentium astutas consideraciones & inductiones subiles, juxta præmissa & eorum effectum nonnulla dubia prodierunt. Nos ad submovendum causam & occasionem quorumcumque dubiorum, quæ quomodolibet super iis insurrexere hæcenus, & postulat insurgere, præfenti irrefragabili constitutione decernimus, hujusmodi pronunciationem sic in secreto consistorio de quibusvis per nos hæcenus factam, seu in posterum

*a Jus non acquiritur electo ante confirmationem. gl. in cap. nostri & in c. qualiter. & cap. transmissum. de elect. & ibid. Innoc. Jac. And. in c. se electo. de in integr. restit. lib. 6. Et qui exercet munus in electione collatum ante confirmationem, jure suo privatur. DD. in c. avaritia. de electione. in 6. Felinus in cap. ne Dei timorem, de simonia.*

Merum factendam, alicui sic in Cardinalem in prae-  
teritum pronuntiato, seu in posterum pronuntiando, licet  
per eum ad Cardinalatus initium dispositus videatur,  
nullum jus seu titulum se aut nomine acquisitum fuisse,  
aut acquiri potuisse hactenus seu posse, neque alicu-  
quem, per quempiam, per scripturam, vel nominationem  
pro Cardinali reputari vel haberi debuisse seu potuisse  
hactenus vel debere seu posse quomolibet in fu-  
turum, donec & quousque de similibus consilio & con-  
sensu sic pronuntiato, in Romana Curia praesentis Car-  
dinalatus insignia, videlicet per capelli rubei traditio-  
nem, ac tituli assignationem, annulique, juxta morem  
consuetum, in digito immisionem, absentem vero ab ea-  
dem Curia, per hujusmodi capelli missionem, realiter  
sint impensa, aut saltem in generali consistorio. Quod-  
que in Cardinalem sic pronuntiatus, etiam postquam  
insignia hujusmodi omnia receperit, & etiam admittus  
fuerit, & receptus, ut praefertur, in electione Romani  
Pontificis pro tempore activam, aut aliquo, alio  
actu, habuisse vel habere debuisset, sive posse vel debe-  
re, minime censetur, donec, & quousque per Roma-  
num Pontificem pro tempore existentem, similibus con-  
silio & consensu sibi in practicandis, consulendis & de-  
liberandis negotiis consistorii antedicti, postquam in con-  
sistoriis aliquibus motus in talibus observari consuetos ex-  
pertus, interrogatus consultative aut consultive, respon-  
sum dandi expressa licentia tribuatur, seu ad haec ef-  
fectum (ut verbi utamur communibus) ei fuerit os  
aperitum. Dat. Romae Calend. Novembr. 1437.

## C A P. II.

*In domos Cardinalium vi & impetu irrumpentes, & in  
his aliquid suscipientes, penis a Pontificio Jure decretis pla-  
buntur.*

## Leo Decimus.

**T**emerariorum quorundam, qui S. Rom. Eccl. Car-  
din. praecipuas Catholicæ Ecclesiæ columnas, ea qua  
convenit reverentia, observare contemnant, & in eorum  
res & bona, manus violentas a usu sacrilego injicere  
non verentur, effrenata libido nos admonet, & inducit,  
ut ad eorum audaciam, antequam longius prorepat,  
comprimendam, ea, quæ a prædecessoribus nostris, in  
dictorum Cardinalium dignitatis conservationem, provi-  
da sunt consideratione statuta, pro illorum observantia  
firmiori nostræ innovationis munimine roboremus, exten-  
damus, & amplemus, prout temporum qualitas exigit,  
& tam eminenti in Ecclesiæ Dei dignitati conspicimus  
in Domino salubriter expedire. Sane ab aliquibus extra  
temporibus, damnabilis quidam in urbe inolevit abusus,  
& licentia delinquendi, quo dum Apostolica sede vacan-  
te, per Cardinales in conclavi existentes, de futuri Roma-  
ni Pontificis electione tractatur, si qua de uno ex  
iisdem Cardinalibus, quod in Pontificem sit electus,  
vox prodeat etiam non vera, illius domum vulgus ar-  
mis aggreditur, & super ea diripenda, cum ipsius Car-  
dinalis, conclave nondum egressi, familiaribus eam cu-  
stodientibus, vi contendit, & sic etiam effractis foribus,  
aut pariete effosso, aditus pareat in prædammionum bo-  
norum, quæ ibi extant, hostiliter corrui, nisi armato-  
rum præsidio defendatur. Nonnulli quandoque reper-  
iuntur ita temerarii & audaces, ut illis etiam temporibus,  
praetextu rixarum, domos Cardinalium hostiliter  
eum armis aggredi non verentur, in eaque morantes  
offendere & vulnerare, ex quibus Cardinalatus honori,  
quibus sacrosancta militans Ecclesiæ, tanquam purpureo  
tota decoratur amictu, non parum detrahitur, & eorum  
generatur contemptus, & homicidiorum & aliorum scanda-  
lorum occasio exhibetur.

*a Clement. si quis fondente de penis. 17. q. 4. Navarvus c.  
17. num. 10. sum. Lat.*

Nos igitur hujusmodi temerarios conatus debita volen-  
tes animadversione reprimere, sacro approbante Concilio,  
sel. record. Honorii III. & Bonifacii VIII. Romanorum  
Pontificum prædecessorum nostrorum, contra aliquem dic-  
tæ Ecclesiæ Card. hostiliter insequentes, & illis presen-  
tia, consilio, aut favore assistentes, eorum scienter rece-  
ptantes, aut defendentes, & eorum domos & aedes ut su-  
pra, invadentes & eorum posteros, bonas editas confi-  
tutiones auctoritate Apostolica, tenore praesentium inno-  
vamus; decernentes eas ubique debere perpetuis futuris  
temporibus inviolabiliter observari. Et nihilominus con-  
stitutiones easdem, cum omnibus & singulis in eis con-  
tensis censuris & pœnis, ad omnes & singulas personas, cu-  
juscunque status, conditionis & excellentiæ existentes,  
qui alicujus dictorum Card. domum, tam tempore dicti  
conclavis, etiam in Romano tunc Pontificem sit electus,  
quam alias quodocunque, & ex quacunque causa, arma-  
ta manu invadentes, & in ea violentè, hostiliter aliquid  
diripentes, aut quenquam ex inibi existentibus vulne-  
rantes, & eorum focos & eos qui id fieri mandaverint,  
vel factum ejus nomine ratum habuerint, ac ipsis invalo-  
ribus consiliis, in præmissis vel favorem præstiterint, &  
defenderint, extendimus & ampliamus. Romæ in publica  
sess. Lateran. Syn. 1516. 17. Cal. Aprilis.

## C A P. III.

*Hostiliter offendens Cardinalem per se vel alium, sit reus  
læse majestatis, & puniatur.*

## Pius V. ex Bonifacii noni Decreto.

**I**nfelici sæculi pericula miserati, dolorem comprimere  
non valemus, quod nefarii homines, iustorum sangui-  
nem sumentes, ad illorum quoque perniciem infestiorè  
animo incumbant, quos Spiritus Sanctus membra consti-  
tuit præcipua Ecclesiæ Dei, quam suo sibi sanguine acqui-  
sivit. Magna igitur ratione, post alios felices recordatio-  
nis Bonifacii Papa VIII. de fratrum suorum consilio  
perpetua constitutione sancivit, ut si quis sanctæ Romanæ  
Ecclesiæ Cardinalis fuerit hostiliter insectus, aut percussit,  
aut ceperit, aut mandaverit id fieri, sociisque fuerit  
facientis, factumve ratum habuerit, seu dederit consi-  
lium, vel favorem, aut receperit, aut defenderit scienter  
eundem, tanquam læsæ majestatis a reus, perpetuo  
sit infamis; & præterea diffidatus, bannitus, & instabi-  
lis. Omnia ejus ædificia ruinæ perpetuæ subjaceant,  
nullus ei debita reddere, nullus ei in judicio respondere  
teneatur, bonis omnibus fisco, vel reipublicæ applicatis.  
Idem etiam feudis, beneficiis, & officiis spiritualibus, &  
temporalibus sit ipso jure privatus, sed & ipse insectans,  
excommunicationis sententiam incurrit, quam solus Roman  
Pontif. excepto mortis articulo, valeat relaxare. Sed  
ne hæc quidem constitutio, propter abdita conscelerato-  
rum consilia, omnino satis esse noscitur, ad hujusmodi sac-  
rilegia amplius prohibenda. Qui enim alicui vim inferte  
sibi proponunt, id secreto, in occulto, ut maxime machi-  
nantur, veluti impium illud facinus indicat, in perso-  
nam dilecti filii nostri Caroli, tituli sanctæ Præcedis Pres-  
byteri Cardinalis b. Borromæi, Ecclesiæ Mediolanensem  
sanctissimis institutis studiose informantis, proxime  
attentatum. Quæ res nos gravius commover, vehementius  
excitat, omnia exquirere, ut nobilissimæ corpo-  
ris nostri partes undique protegantur. Quibus enim  
præsidio erimus, quibus suppetias afferemus, quos de-  
nique

*a Joam. Andr. in cap. ad Apostolica. s. perpetravit. de sen-  
tenti. & re jud. in 6. in vers. Cardinales. Praepositi in c. in pri-  
mis. s. de persona ymmer. 20. q. 1. Anchori in c. felicitis. de  
pœnis. And. de Aff. in c. 11. colum. 8. in titul. qua sint. b.  
In hunc Anno 1560. a Monachis quibusdam conjuratio: illa  
quidem sine effectu fuis facta: illi v. comprehensi, degradati &  
cogiti plerumque.*

enique autabimur, si templi Dei bases, si clarissima Ecclesia lumina, si speciales filios, qui pro animabus populorum, pro fide, pro iustitia, pro unitate pervigilant, inultos deferamus? Itaque sanctioni prædictæ de simili fratrum nostrorum consilio adjicientes, statutus, ut quisquis, etiam a nudo consilio, aut simplici favore, aut omnino a cæteris prædictis alienus, quempiam auctorum, administratorum, vel consociorum conjurationis, sive conspirationis, aut commissi, committendive criminis in personam Cardinalis, illorumve fautorum, receptatorum, vel occultatorum, sive ex renuntiatione sibi protinus vel per interpositam personam, aut literas facta, cognoverit, sive ex scripturis, cætu, conatu, concursu, insidiis, aliisve signis & indicis qualemcumque scientiam habuerit, vel etiam conjecterit, quive horum quicquam intellexerit, quantumcumque res alias occulta sit, quamprimum id Rom. Pont. si in Curia fuerit, sin autem, ordinario loci, vel si Cardinalis ipse ordinarius extiterit, propinquiori Episcopo, & si crimen nondum commissum fuerit, etiam ipsi Cardinali propter revelationem. Quicumque vero etiam non subditus, & omnino extraneus defecerit, cuiuscunque dignitatis fuerit, prædicto sit excommunicationis laqueo innodatus, pariterque majestatis reus, infamiam, & omnes poenas prædictas eo ipso incurrat. Eadem nihilominus constitutio, quoad reliquas ejus partes, ac cæteris omnibus sanctionibus canonicis, & civilibus ad salum coercitionem editis, in suo robore duraturis. Porro si quis ad sanitatem revertens, rem adhuc incognitam retexerit, omni nota penitus liberetur. Cæterum loci ordinarii secreto casum ad se delatum, prædicto Pontifici, primo quoque tempore nuntiare, & interim rem omnem ab illis perquirere, & si necessitas tunc postulet, seculare quoque brachium adhibere debent. Dat. Rom. 14. Calend. Jan. 1569.

#### C A P. IV.

*Cardinales, qui sedi Apostolica, & communi omnium Christi fidelium Patri assident, præclaris virtutibus, & in-segris moribus illustres esse debent.*

*Leo Decimus in Concilio Lateranensi.*

**C**um sanctæ Romæ Ecclesiæ Cardinales cæteros omnes in ipsa Ecclesia, post summum Pontificem, honore ac dignitate præcedant, conveniens ac debitum est, ut vitæ munditia, ac virtutum splendore cunctis præfulgeant. Quapropter non modo hortamur eos, ac moneamus, verum etiam statuimus, & ordinamus; ut de cætero quilibet Cardinalium pro tempore existens, juxta doctrinam Apostoli, ita sobrie, caste, ac pie vivat, ut non solum a malo, sed ab omni etiam specie mali abstinens, coram hominibus luceat, Deumque imprimis operibus honorificet. Sint omnes vigiles, ac divinis officiis, missarumque celebrationibus intenti, habeantque capellas suas in loco honesto, prout facere consueverunt. Sitque eorum domus, familia, mensa, suppellexque non fastu, aut pompa, neque superfluis rebus, neque aliquo modo reprehensibilis, ne peccandi, excedendique modum licentia inde nascatur, sed ut æquum est, modestiæ & frugalitatis speculum dici mereantur. Illis itaque sint contenti, quæ sacerdotalem præ se ferant modestiam, ac Prælatos & quoscunque alios insignes viros ad Romanam Curiam venientes, benigne, honorificæque, tam publice quam privatim tractent, & apud nos & successores nostros gratiose, liberaliterque eorum negotia commendata suscipiant. Prætere ministerium indecorum Episcoporum, Prælatorumque in domibus non habeant, ne cæteris præesse instituti, & sacro charactere insigniti, in vilis descendant ministeria, passimque pastoralis officii contemptum inducant. Eos itaque, quos vel nunc ha-

bent, vel in posterum sunt habituri, honorificæ, ut fratres, ac juxta eorum status condensationem, tractent. Cumque Rom. Pontifici, communi omnium Christi fidelium patri assident, personarum acceptatores, vel advocatos eos fieri, valde inconveniens est.

Propterea statuimus, ne partialitatem suscipiant aliquam, neque Principum, aut communitatum, vel quorumcumque aliorum, contra quempiam, nisi quantum iustitia & æquitas postulat, eorumque dignitas, & conditio requirit, promotores aut defensores fiant, sed a privata omni passione sejuncti, sedandis & componendis inter quoscunque litibus, omni diligentia vacent, incumbantque Principum, & quorumcumque aliorum, ac præsertim pauperum, & religiosorum iusta negotia, pio promoveant affectu, oppressos & injuste gravatos iuxta vires suas, & officii debitum adjuvent. Tituli sui loca, si præsentem in curia fuerint personæ; si vero absentes, per Vicarium idoneum, semel saltem singulis annis visitent, clericos & populos Ecclesiarum titulo suo subjectarum, cum diligentia inquirent, vigilantque circa cultum divinum & bona distarum Ecclesiarum, moreque inopem & vitam clericorum & parochianorum solerter explorent, eosque omnes & singulos ad recte, honesteque vivendum paterno moneant affectu. Pro augmento autem divini cultus, & salute animæ suæ, quilibet Cardinalis, vel in vita donet, vel in mortis articulo relinquat suo titulo, quantum sit satis ad Presbyterum unum commode ibi sustentandum, vel si Ecclesia indigeat reparatione, vel alia subventionem, tantum illi relinquat, vel donet, quantum conscientia suæ videbitur. Et cum minime deceat, affines, & consanguineos præsertim bene meritos, & ope indigentes negligere, sed illis providere justum & laudabile sit, non propterea tamen, vel beneficiorum multitudine, vel Ecclesiasticis redditibus, ita eos impleri convenire arbitramur, ut cæteri damnum ex hujusmodi largitionis intemperantia patiantur, & inde scandalum nascatur.

Statuimus itaque, ut Ecclesiarum bona temere non effundant, sed ea in piis & sanctis operibus exponant, quorum causa magni & optimi reditus, per sanctos Patres statuti & ordinati fuerunt. Volumus etiam, ut Ecclesiis eisdem Cardinalibus commendatis, etiam si Cathedralibus, Abbatialesve, aut prioratus, vel quæcumque alia beneficia Ecclesiastica fuerint, absque omni prolixa excusatione procurent, ac omni conatu suo providant debite inserviri: Cathedralibus dignos & idoneos Vicarios, seu suffraganeos, prout consuetudo fuerit, cum digna & competenti mercede appointentes, vel quis autem sibi commendatis Ecclesiis aut Monasteriis, de iusto Clericorum, vel Capellanorum, seu Religiosorum, aut Monachorum Deo sufficienter & laudabiliter servientium munere providentes, ædificia quoque, possessiones, & jura quæcumque in statu convenienti conservent, & diruta instaurant, sicut ad honorum Prælatorum & commendatariorum officium spectat.

#### C A P. V.

*Familia Cardinalium, quo magis personis illustribus subsunt, eo cultu illustriore modestia existere debent.*

*Idem ibidem.*

**S**tatuiamus etiam, ut Cardinales, circa numerum familiarium, equorumque, suis impensis alendorum, magna utantur circumspectione, ac diligenti providentia, ne majorem numerum quam sua facultas, conditio, ac dignitas patiantur, habentes, luxus ac prodigalitatis vitio notari possint, neve rursus avari, sordidique habeantur, si in magnis & amplis redditibus paucissimi visum, præbeant, cum domus Cardinalis patens hospitium, potius ac refugium proborum & doctorum maxime virorum, & pauperum, nobilium, honestarumque personarum esse debeat. Sint igitur circa modum

& au-



& numerum tenendi prudentes, ac de familiarium qualitate imprimis curiosi, ne ex alienis viris turpem sibi contrahant infamiam notam, vulgoque obloquendi, calumniisque iustas præbeant occasiones. Et cum maxime providendum sit, ut non solum coram Deo, cui primum placere debemus, sed etiam coram hominibus opera nostra probentur, ut cæteris exemplo ad imitandum possimus esse, ordinamus, ut quilibet Cardinalis se domus ac familiae suæ optimum Rectorem, præstitutumque ostendat esse, tam circa ea, quæ extrinseca omnibus apparent, quam quæ intus latent abscondita. Habeat itaque eorum quilibet Sacerdotes, & Levitas, honestis vestimentis indutos, attenteque provideat, nequis in familia sua quoquo modo beneficiatus, & in sacris ordinibus constitutus, vestes portet versicolores, nec eos habita utatur, qui ordini Ecclesiastico parum conveniant. Quare in Presbyteratus ordine constituti, vestes colorum, quæ clericis a jure non prohibentur, deferre debeant, usque ad talos saltem demissas & habentes dignitates in cathedralibus, & canonicis etiam dictarum cathedralium, ac primam dignitatem in collegiatis habentes, & Cardinalium capellani Missas celebrantes, caputium deferre in publico teneantur.

Scutiferis vero paulo supra talos concedantur, parafrenarii, quia in assiduo sunt motu, ministerioque funguntur laboriosiore, brevioribus, ac magis expeditis vestibus uti possint, etiam si fuerint clerici, dummodo in Presbyteratus ordine non sint constituti. Ira tamen, ut ab honestate non discedant, sed ita vivant, ut mores Ecclesiasticis suis ordinibus non discrepent. Reliqui vero clerici temperate ac modeste omnia faciant, & tam ipsi clerici beneficiati, quam in sacris ordinibus constituti, comam, neque barbam, non nutriant, ac neque mulas aut equos cum phaleris, ornamentisque ex velluto aut serico factis, habeant, sed ejusmodi rebus ex panno tantum, aut corio, simpliciter utantur.

## C A P. VI.

*Lites & causa Cardinalium evocantur, & Pontificis decisioni referantur.*

## Paulus VI.

**L**ites & causas inter quoscunque sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, super quibusvis rebus & bonis, tam Ecclesiasticis, quam secularibus, vel quorumvis ordinum regularibus, coram quibusvis Judicibus, in quavis instantia, ac etiam in negotio executorio, vel restitutionis in integrum, quomodolibet, vertentes & pendentes, ad nos in eisdem statu & terminis in quibus reperiuntur, advocamus, cognitionemque & decisionem illarum nobis reservamus, decisionemque & terminationem per nos super illis faciendæ, appellatione, quacunque, etiam alias de jure admittibili, rejecta & postposita, standum, acquiescendum, & patienter omnino parendum & obediendum fore statuimus & ordinamus, ac similiter in titulis & causis, quæ de cætero inter eosdem Cardinales exoriri contigerit, observari volumus. Romæ 1555. 9. Januarii.

## C A P. VII.

*Pompa funebris Cardinalium, quo sumptus persolvi debeat.*

## Leo X. in Concilio Lateran.

**E**xpensæ funebres Cardinalium, computatis omnibus, centum & quinquaginta florenorum summam excedere non debent, nisi executorum providentia, iustis allegatis causis ac rationibus, plus exponendum esse duxerit. Executiæ & castum doloris, prima & nona die fiant, infra octavam vero Missæ de more celebrentur.

*a Episcoporum domus (ait divus Hieronymus) omnium commune debet esse hospitium. Locus unum, aut duos, aut paucos recipiens, implebit hospitalitatis officium. Episcopus nisi omnes receperit, inhumanus est. Vide Can. 40. Apost. c. prohibetur 23. dist. & Carthag. Synod. 4. c. clerico. de vita & honestate clericorum.*

## TITULUS V.

DE ETATE ET QUALITATE  
ORDINANDORUM.

## C A P. I.

*Nemo ad sacros ordines admittatur sine titulo beneficii, pensionis aut patrimonii.*

## Pius V.

**C**um non deceat divino mysterio adscriptos, cum ordinis dedecore, a mendicare, aut sordidum aliquem quantum exerceat, sacro Tridentino Concilio inter alia decretum fuit, ne quis deinceps clericus secularis, quamvis alias moribus, scientia, & ætate esset idoneus, ad sacros ordines promoveretur, nisi prius legitime constaret, eum beneficium Ecclesiasticum, quod sibi ad victum honeste sufficeret, pacifice possidere, vel alias ordinari non posset, nisi juxta decreti ab ipso Concilio desuper editi formam & tenorem. Cum autem nulla, in hujusmodi decreto religioforum Clericorum mentio facta fuerit, ac propterea nonnulli (uti moleste accipimus,) cæterorum ordinum religiosis, seu Canonici, vel Clerici, intra claustra monasteriorum seu domorum more regularium in communi videntes, qui nonnunquam, seu non nisi ad certum tempus professionem emittunt, & ex claustris exire, & dimitti, atque ad seculum redire, libere & licite possunt, religionis prætextu, & abique titulo sufficientis beneficii, nec juxta dicti decreti tenorem ad sacros ordines se promoveri prætentant, & a nonnullis Episcopis passim promoveantur, atque inde plerumque illud inconveniens eveniat, ut sic promoti, & e claustris exeuntes, & per seculum vagantes, vel mendicare, vel sordidum quantum exerceat, non sine ipsorum dedecore, ac ordinis vituperio, & quamplurimorum Christi fidelium scandalo, cogantur. Nos igitur, qui singulorum Dei ministrorum honorem, & decus (quantum in nobis est) sinceris exoptamus affectibus, motu proprio & ex certa nostra scientia, deque Apost. potest. plenitudine, hac perpetuo validitate sanctione, decretum prædictum de Clericis secularibus loquens, ad omnes & singulos etiam, cujuscumque ordinis Clericos religiosos sive seculares, more religioforum videntes, in communi non professos, harum serie extendimus, & ampliamus, ac religiosis, & aliis prædictis non professis, ut ad sacros ordines promoveri, necnon omnibus & singulis venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, gratiam, & communionem sedis Apostolicæ habentibus, ut ordines ipsorum hujusmodi religiosis personis impendere, nisi observata forma dicti decreti, nos virtute sanctæ obedientiæ, & sub indignationis nostræ pena interdiciamus, & prohibemus, ac contra facientes per annum, a præstatione talium ordinum ipso jure, suspendimus. Romæ Idibus Octobr. 1568.

## TITULUS VI.

## DE FILIIS PRESBYTERORUM.

## C A P. I.

*Filii Presbyterorum beneficii, quibus olim patres præfuerunt, quacunque dispensationis gratia intercedente, non instituantur.*

## Clemens VII.

**A**d canonum conditorem non est dubium pertinere, cum statuta a se, vel prædecessoribus suis, ad animarum Christi fidelium salutem edita, propter eorum abusum, qui successu temporum, malicia hominum succrescente, magis indes dignoscitur obesse, quam proficere.

*v. Cap. Diaconi sunt. circa med. 93. dist. Concil. Trident. sess. vii. cap. 2. §. 2. c. planum.*

prodesse animadvertit, ne ulterius obesse valeant, providere. Sane postquam fel. record. Alexander Papa III. prædecessor noster filios præsertim Sacerdotum in Ecclesiis paternis succedere prohibuerat, eaque nihilominus, mediâ intercedente persona, filios habere disposuerat, cum passim Sacerdotes, ut Ecclesiis suis eorum filii potirentur satagentes, in Alexandri prædecessoris hujusmodi dispositione cõfissi, Ecclesias suas, quas ad eorum pervenire filios gestiebant, in favorem personarum, quæ Ecclesias ipsas, etiam illarum possessione non habita, in ipsorum resignantium filios, ex fornicatione genitos, illico mox resignare, ipsique filii Ecclesias ipsas, dispensatione super defectu natalium, quem ex dictis Sacerdotibus resignantibus geniti patiebantur, etiam patris nomine expresso, obtenta, consequi, hæcenus consueverint, profecto perniciosum semper, & abominabile, ac in gravem divinæ majestatis offensam tendere, videlicet, quod ipsi Presbyteri eorum crimen quod erat occultum, non sine turpitudine, ad inordinatum superiorum filiorum amorem, detegere non erubescerent.

Judicavimus propterea, quod ubi tempus, quod omnia palam facit, & præsentium ratio, quid in futurum cavendum sit, admoneret, merito movemur, & ad tollendum hujusmodi abusum necessarium arbitrari sumus, ejusdem Alexandri prædecessoris canonem corrigere potius, quam talia, cum tanto hominum scandalo, tolerare. Habita igitur super his cum venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus matura deliberatione, de eorum consilio & unanimo consensu, auctoritate Apostolica, tenore præsentium statuimus, & ordinamus, quod de cætero filii Presbyterorum ex fornicatione nati, Ecclesias cathedrales, etiam metropoli tanas, ac monasteria, quibus eorum patres præfuerint, seu illa, & illas dignitates, etiam majores & principales personatus, administrationes & officia etiam curata, & electiva, & alia quæcunque beneficia Ecclesiastica, cum cura & sine cura, secularia, & quorumvis ordinum regularia, quæ Presbyteri & clerici ac religiosi eorum patres in titulum, vel commendam, aut administrationem, ad tempus, seu in perpetuum aliquando obtinuerunt, nullo unquam tempore quoquo modo obtinere possint, nec cum eis super hoc dispensare intendimus. Et si quas dispensationes per nos concedi contigerit, tanquam per præoccupationem & contra mentem nostram, inconcessas eis nullatenus suffragari, talesque dispensationes nostris volumus suffragari temporibus, & quod nobis licere non patimur, nostris successoribus indicamus. Romæ 1533. 3. Non. Junii.

### TITULUS VII.

#### DE BONIS ECCLESIE ALIENANDIS VEL NON.

C A P. I.

*Bonorum Ecclesiasticorum alienatio, inconsulto summo Pontifice, & necessitate non urgente nulla est.*

Paulus Secundus.

**A**mbitiosæ cupiditati, illorum præcipue, qui divinis & humanis affectatis, damnatione posposita, immobilia & pretiosa mobilia Deo dicata, ex quibus Ecclesiæ, Monasteria, & pia loca reguntur, illustranturque, & eorum minuti sibi alimoniam vendicant, profanis usibus applicare, aut cum maximo illorum ac divini cultus detrimento, exquisitis mediis usurpare præsumunt, occurrere cupientes: omnium re-

rum & bonorum Ecclesiasticorum alienationem omneque pactum, per quod ipsorum dominium, concessionem, hypothecam, locationem & conductionem ultra triennium, nec non infeudationem, vel contractum emphyteuticum, præterquam in casibus a jure a permisis, ac de rebus & bonis in emphyteusim ab antiquo concedi solitis, & tunc cum Ecclesiarum evidenti utilitate, ac de fructibus & bonis, quæ servando servari non possunt, pro instantis temporis exigentia, hæc perpetuo valitura constitutione fieri prohibemus, prædecessorum nostrorum constitutionibus, prohibitionibus & decretis aliis, super hoc editis, quæ tenore præsentium innovamus, in suo nihilominus robore permaneris.

Si quis contra hujus nostræ prohibitionis seriem, de bonis & rebus eisdem quicquam alienare præsumpserit, alienatio, hypotheca, concessio, locatio, conductio, & infeudatio hujusmodi, nullius omnino sit roboris vel momenti: & tam qui alienat, quam is, qui alienatas res & bona prædicta receperit, sententiam excommunicationis incurrat, alienanti vero bona Ecclesiarum, monasteriorum locorumque eorum quorumlibet, inconsulto Rom. Pontifice, aut contra præsentis constitutionis tenorem, si Pontificali vel Abbatiali præfulgeat dignitate, ingressus Ecclesiæ sit penitus interdictus: & si per sex menses immediate sequentes, sub interdicto hujusmodi, animo (quod abût) perseverarit indurato, lapsis mensibus eisdem, a regimine & administratione suæ Ecclesiæ vel monasterii, cui præfuit, in spiritualibus & temporalibus sit eo ipso suspensus. Inferiores vero prælati, commendatarii, & alii Ecclesiarum Rectoris beneficiati, vel administrationem quomodolibet obtinentes, prioribus, præposituris, præpositatibus, dignitatibus, personatibus, administrationibus, officiis, canonicatibus, præbendis, aliisque Ecclesiasticis cum cura & sine, secularibus & regularibus beneficiis, quorum res & bona alienantur duntaxat, ipso facto privati existant, illaque absque declaratione aliqua vacare censeantur: possintque per locorum ordinarios vel alios, ad quos eorum collatio pertinet, personis idoneis (illis exceptis, quæ propterea privata fuerint) libere de jure conferri, nisi alias dispositioni Apostolicæ sedis sint specialiter aut generaliter reservata: & nihilominus alienatæ res & bona hujusmodi, ad Ecclesias, monasteria, & loca pia, ad quæ ante alienationem hujusmodi pertinebant, libere revertantur. Rom. Cal. Martii 1467.

C A P. II.

*Alienationes contra formam a Paulo II. præscriptam factæ, revocantur.*

Julius III. Simoni de Puteo, & Joanni Baptista, Cardinalibus.

**I**ndemnitati Ecclesiarum, ut ex debito nostri pastoralis officii tenemur, volentes providere, circumspeditioni vestra, quorum eximia integritas, singularis prudentia, exacta diligentia, & in rebus gerendis dexteritas, ac aliæ præclaræ virtutes, veteris experientiæ documento nobis jam dudum cognitæ sunt, per præsentem committimus, & mandamus, quatenus per vos seu alios, quos ad hoc cum similibus, aut limitata potestate, duxeritis deputatos, vocatis, prout vobis videbitur, bonorum male alienatorum, contra formam b constitutionis per fel. recordat. Paul. Pap.

*a Jure conceditur certis urgentibus casibus necessitatis & majoris utilitatis alienatio. Cor. in 2. volum. consecr. 8. Barb. in 5. volum. consecr. 6. in 2. colum. & seq. Ludovic. Roman. cons. 36. Villagait. de rebus Ecclesiæ male alienat. b Duo copulative requiruntur, videlicet, formam, id est, solennitatem & justam causam alienandi c. 1. de rebus Ecclesiæ non alienand. in 6. gl. in verb. rēdire. in c. 1. entr. de in integ. restitut.*

*a Concil. Tolet. in c. 10. gravius animadvertit. Alexand. III. part. 19. cap. 3. & in Concil. Lateranen. cap. 14. arcetur a beneficiis spurii, quibus olim patres præfuer. concord. Concil. Trid. sess. 25. cap. 15.*

Pap. II editæ, vocatis possessoribus, super nullitate & invalidatione locationum & alienationum hujusmodi, ac indebita occupatione, summarie & simpliciter, sine strepitu & figura iudicii, sola facti veritate inspecta auctoritate nostra diligenter inquiratis, ac bona & iura illa beneficiorum & piorum locorum, quorum antea erant, in jus & proprietatem revocetis & reducatis, & possessores de indebite perceptis ad satisfaciendum cogatis & compellatis. Rom. 23. Maji 1552.

## C A P. III.

*Pro subsidio belli suscipiendi adversus Turcæ furores, camera Apostolica census alienandi facultas conceditur.*

Paulus Tertius.

**I**N sacra beati Petri sede cum plenitudine potestatis, meritum licet imparibus, divina dispositione locati, ad ea (ut debemus) libenter intendimus, per quæ orthodoxæ fidei defensionis, ac reipublicæ Christianæ statui, valeat salubriter provideri. Sane universo orbi notum esse credimus, immanissimum Turcæ tyrannum, post innumerabiles per ejus antecessores Christianos nomini in diversis mundi partibus clades illatas, multaque regna & domina ejus ditiori adjecta, novissime tempore nostri Pont. Regnum Neapolitanum, pluribus illius locis prædatis, invasisse, & notabilia damna, tam in locorum devastatione, quam in personarum asportatione fecisse, longe etiam plura facturus, nisi Christianissimi in Christo filii, Caroli Romani Imperatoris semper Augusti, & dicti Regni Regis pietas, virtus & strenuitas, qui ad hoc non sine maximis expensis, potentem classem paraverat, obtinisset, præmissisque non contentum, civitatem Castri novi, Christianis illam acriter defendentibus immaniter trucidatis, expugnasse. Quæ etsi potius vindicanda, quam cum Christianitatis ignominia, & damni revocatione recedenda forent, tamen non possumus non ea dolenter referre, propter evidens periculum, quod reipublica prædictæ, ex novis belli apparatusibus, per tyrannum, ad penetrandum Pannoniam ad præsens tumultuantem, & fines Germaniæ, ad Italiam, ad quam idem tyrannus, putans inde facile, quod reliquum est Christianitatis, in suam potestatem redigere, insatiabili siti anhelat, invadendum & occupandum, terra marique noviter instructis, cernimus imminere. Et cum periculo hujusmodi, quod indies majores vires habiturum dubitatur exiis, quæ in pluribus Christianitatis partibus, circa veram religionem innovata sunt, & innovantur, occurrere omnino intendamus: considerantes ad præmissa magna esse opus impensa, & quod de Christianorum Principum subsidio, non quantum res ipsa expostulat, nobis promittere valeamus, propter bella, & calamitates, quibus temporibus præteritis affecti fuerunt: quodque vires nostræ, ex alienationibus rerum & bonorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ per Romanos Pontifices prædecessores nostrorum factis, & magnis expensarum profluviiis, quæ pro nonnullis Apostolicæ sedis necessitatibus pluries nos subire oportuit, tenuissima sunt, cogitavimus pecunias modis omnibus, qui nobis possibiles sint, exquirere, ut illarum auxilio trucidantem rabiem dicti tyranni retundere, ac aliis Christianæ fidei necessitatibus providere valeamus. Habita igitur cum venerabilibus fratribus nostris, ejusdem Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, in consistorio nostro secreto, discussione & deliberatione matura, de ipsorum fratrum consilio, & unanimi assensu, ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, quam plurimos Romanorum Pontificum etiam prædecessorum nostrorum, qui similibus vel aliis tunc urgentibus necessitatibus nonnulla bona Ecclesiastica vendiderunt, vestigiis inha-

rentes, dilectis filiis Guidoni Ascanio Sfortiæ, S. Eustachii Diacono Cardinali Camerario, & Hieronymo Riccati de Capite Ferreo Thesaurario nostris, quos ad hæc commissarios & exequutores nostros facimus ac deputamus: quod per se, vel alium, seu alios de eorum mandato, quoscunque canones, responsores, & recognitiones & census perpetuos, vel temporales, quibusvis nominibus nuncupentur, & ad quascunque summas ascendant, sub quibusvis caducitatibus, & aliis pactis, & conventionibus, ac obligationibus, necnon modis & formis constitutos, quæ in extractionibus, ac liberationibus infra scriptis, specificari volumus, super quibusvis casibus, vineis, domibus, possessionibus, prædiis, tenementis, & aliis bonis immobilibus, cujuscunque qualitatis, valoris, æstimationis, etiam speciali nota dignis existentibus, Camera Apostolica, & Romanæ, ac quarumcunque, etiam cathedralium, & metropolitandarum ac Patriarchalium, ac basilicarum, necnon monasteriorum, congregationum, ordinum, ac aliorum religiosorum & piorum locorum, etiam quantumcumque privilegiatorum, & exemptorum, ac habentium, quod in generali, ac etiam speciali & individua expressione, nisi certis modis & formis servatis, non veniant, nec comprehendantur in urbe prædicta, & extra illius muros, necnon quibusvis civitatibus, terris & locis temporali dominio dictæ Romanæ Ecclesiæ existentibus consentientium (monasterii monachalium, ac hospitalibus hospitalitatem servantibus, & locis hospitalis S. Joannis Hierosolymitani duntaxat exceptis), feudi, emphyteusis, livelli, census, canonis, responsores, locationis, & cujusvis alterius contractus, vel concessionis, Jure, causa, occasione, vel alias quomodolibet, per quoscunque, etiam Episcopali, vel alia majori Ecclesiastica vel Mundana dignitate & excellentia præditos solvendo, seu debito, pro pretio seu pretiis, quod seu quæ Camerarius, & Thesaurarius nostri præfati repererint, sine aliqua causæ cognitione, ac ullis tractatibus, ullive solemnitatibus desuper habitis & servatis, ac sine requisitione & consensu eorum, qui de jure vel alias requiri & consentire deberent, extinguere: & casalia, vineas, domos, possessiones, prædia, tenimenta, & alia bona prædicta, illorumque feudatarios, emphyteutas, censuarios, livellarios, locatarios, conductores, ac utiles dominos a censuum, canonum, responsores, & recognitionum hujusmodi, in pecunia numerata, vel alia specie debitorum præstatione perpetuo affrancare & liberare, illisque de novo casalia, & alia bona prædicta infeudare, locare & concedere (recompensa tamen Cameræ, Ecclesiis, monasteriis, ordinibus, congregationibus, & locis, ac aliis prædictis, quorum census, canones, responsores, recognitiones, & alia jura hujusmodi extinguantur, pro concurrenti reddito annui quantitate assignata) ita tamen, quod paribus conditionibus conductores, & alii, quibus alias per extinctionem hujusmodi præjudicaretur, quibuscunque aliis præferantur: necnon quæcunque instrumenta & scripturas, ac alia desuper necessaria, & opportuna facere, & exequi libere & licite possint, & valeant, plenam & liberam licentiam, facultatem, & auctoritatem concedimus. Decernentes, extinctiones, affrancationes, liberationes, investituras, concessionem, & alia, per dictos Camerarium & Thesaurarium desuper fienda & exequenda, perpetuæ firmitatis robur obtinere, aut feudatarios, & utiles dominos, ac alios præfatos, eorumque hæredes & successores, ac alios, quorum interest, vel interesse poterit, modo aliquo contra tenorem præsentium desuper molestari, impediri, vel inquietari non posse, sed illos, & casalia, vineas, domos, possessiones, bona, & jura hujusmodi franca, libera, & allodialia fore, & esse, ac Ecclesias, monasteria, ordines, congregationes, & loca prædicta, eorumque Præsules, & Rectores nunc pro tempore existentes, ullo unquam tempore præmissis se opponere, aut

ab illis reclamare, vel beneficium restitutionis in integrum, sub lationis, vel alio quocunque pretextu petere, vel imperato uti, non posse neque debere. Romæ 11. Calend. Jan. 1540.

## C A P. IV.

*Bonarum Ecclesiasticorum alienationes ipsi Ecclesiis & piis locis damnæ & insolentem injuriam afferentes, annullandæ & revocandæ sunt.*

Paulus Quartus.

**R**erum & bonorum Ecclesiæ illicitas alienationes convenientibus oculis pertransire nequeunt, quinimo cupientes eis, quantum cum Deo possumus, opportunum remedium adhibere, motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolica potestate plenitudine, omnes & singulas alienationes, & in emphyteusim, seu censum perpetuum, aut tertium, vel aliam generationem, seu hominis vitam, aut aliud tempus ultra triennium locationes, vel concessiones, seu permutationes, hypothecas, & obligationes, de quibusvis castris, terris, oppidis, civitatibus, & locis, aut aliis, bonis immobilibus, seu rebus & juribus, tam spiritualibus, quam temporalibus, ejusdem Romanæ, & quarumcunque cathedralium, etiam Metropolitanarum & aliarum Ecclesiarum, necnon monasteriorum, domorum, & aliorum regularium locorum, & quorumvis beneficiorum Ecclesiasticorum, cum cura & sine cura, secularium & quorumvis ordinum regularium, necnon hospitalium, & aliorum locorum Rectores, cujuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis existentes, etiam si Cardinalatus honore pollerent; in damnum Ecclesiæ, seu non servatis solemnitatibus a jure requisitis, aut alias nulliter hæcenus factas, & contractus superinde sub quibusvis formis, & verborum expressionibus habitos & celebratos, etiam si juramento vallati existant, & quantumvis longa temporis præscriptione robor sumptisse dici possint, ac ipsius Romanæ Ecclesiæ favorem aut commodum concernant, eorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum infererent præsentibus, pro expressis habentes, Apostolica auctoritate, tenore præsentium rescindimus, irritamus, cassamus, & annullamus, ac viribus omnino evacuamus, ac pro rescissis, irritis, cassis, & nullis, ac penitus infectis haberi volumus. Ipsosque detentores ad castra, terras, oppida, civitates & loca occupata, ac bona, res, & jura prædicta, Rom. & cathedralibus, etiam Metropolitanis, ac aliis Ecclesiis, necnon monasteriis, domibus, hospitalibus, & beneficiis, ac regularibus, & piis locis relaxandum, & de fructibus, tam hæcenus perceptis, quam in posterum percipiendis, realiter satisfaciendum teneri, & ad id cogi & compelli posse omnibus juris remediis. Romæ Frid. Idus Jul. 1555.

## C A P. V.

*Romana Ecclesia & Camera Apostolica bona alienata, in illius damnum aut sine parvi valoris recompensa, vel necessitate, seu evidenti utilitate, pro non alienatis habeantur, & restituantur.*

P I U S IV.

**V**enditiones, cessiones, infeudationes, locationes, donationes, permutationes, hypothecas, concessionem, & alias omnimodas alienationes & contractus, quæcunque, quocunque & qualescunque, ac in quorumvis Principum ac Cardinalium, Patriarcharum, & aliorum

Prælatorum favorem, vel eorum contemplatione, per prædecessores nostros, ac nos, & sedem præfatam, necessitate, seu evidenti utilitate sedis hujusmodi id non exigente, seu sine aliqua, vel saltem minime correspondente, neque competentem recompensam factos, & concessos, ac confirmatos, & approbatos, etiam si quantumvis longissima temporis præscriptione robor sumptisse dici possint, auctoritate Apostolica, tenore præsentium perpetuo revocamus, rescindimus, cassamus, irritamus, annullamus, ac viribus omnino vacuumus. Declarantes venditiones, cessiones, infeudationes, locationes, donationes, permutationes, hypothecas, concessionem, & ceteras alienationes præmissas nequaquam tenuisse, nec tenere, nullumque emptoribus, censuariis, feudatariis, locatariis, donatariis, aliisque rerum ipsarum detentoribus, nec aliquem possidendi titulum per eas quæsitum esse, nec eidem Ecclesiæ, sedi & Camera præjudicium afferre potuisse. Ac civitatum, terrarum, & aliorum locorum eorundem habitatores, vasallos, & subditos, dictis illorum detentoribus, nullum vasallagii, fidelitatis, vel subjectionis, aut aliud jus vel obedientiam, alienationum hujusmodi, vel etiam juramenti per eos illis præstiti, quod etiam eis harum serie relaxamus, prætextu debere, aut illis adstrictos esse. Quinimo detentores ipsos ad eadem, civitates, terras, castra, oppida, & loca sedi & Camera præfatis realiter, & cum effectu restituenda, & relaxanda, ac eorum detentores ad fructuum inde post obitum concedens hæcenus perceptorum, & in posterum percipiendorum, restitutionem in utroque foro omnino teneri, & ad id etiam sententiis, censuris & penis quorumcunque aliorum feudorum Ecclesiasticorum, per eos etiam legitime obtentorum, & inhabilitatis ad illa aliaque deinceps obtinenda, ac illis juris & facti remediis cogi & compelli posse. Ac decernentes, præfatis vim perpetuæ legis habere, neque de nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel alio quovis defectu, notari seu impugnari posse, sed illas omni exceptione remota, validas & efficaces fore, suosque pleniter & integros effectus sortiri, & inviolabiliter observari. Rom. 25. Cal. Decemb. 1565.

## C A P. VI.

*Infeudationum & alienationum bonorum Ecclesiæ persuasores & mediatores excommunicantur.*

P I U S V.

**T**raçtantes, consulentes, aut alias verba facientes de infeudationibus aut alienationibus a, de civitatibus & locis immediate ad nos & sedem Apostolicam, tractantibus & pertinentibus, etiam devolutis, etiam in feudum communiter & pluries dari solitis, sive ex causa permutationis, aut alias quomodolibet, etiam contemplatione meritorum erga sedem præfatam, aut sub pretextu necessitatis, vel evidenti utilitatis faciendis, seu de postulandis a nobis & sede præfata quibusvis personis cujuscunque dignitatis, in Duces, Vicarios, Gubernatores seu quemvis alium titulum, ad vitam, vel in perpetuum, vel longum tempus, civitatum, oppidorum, arcium & locorum prædictorum, ac propterea de eligendis oratoribus ad nos & successores nostros super præmissis, vel eorum occasione mittendis proponentes, tam ipsi, quam oratores, munus hujusmodi recipientes, aut alii quicunque alienationes per se vel alium seu alios insinuantes vel suadentes, eo ipso sententiam incurrant excommunicationis, & sedis Apostolicæ rebelles, etiam in primo capite læsæ Majestatis, & proditores civi-

*a Spec. in titul. de emphyteus. §. nunc vero aliqua. vers. 113. prope fin. Bald. in l. cum virum. C. de fideicom. Barro. in l. ex diverso. §. etiam in gloss. ubi, qua sol. mar. in l. quod dicitur. ff. de verb. oblig. 2. q. 2.*

civitatum & locorum præstorum, ac loca eorum fisco ipso jure devoluta, & incorporata sint, & esse censentur, omnibus dignitatibus, & quomodolibet obtentis beneficiis, privati existant, neque ad civitates & loca præfata ullo unquam tempore remitti possint, & si aliquando eos redintegrati contigerit, nihilominus infames remaneant, illisque bonorum & dignitatum portæ perpetuo claudantur. Rom. 4. Cal. April. 1566.

## C A P. VII.

*Bonorum immobilium Gallicanæ Ecclesiæ alienatio permittitur in subsidium belli ad exstirpandas hæreses.*

## Sixtus V.

Cum charissimus in Christo filius noster Henricus, Francorum Rex Christianissimus, suis literis & nuntiis nobis significaverit, se jam omnes propemodum modos tentasse reducendi hæreticos, qui jam aliquam partem regni sui infecerant, in viam veram & Catholicam, ac tot retroactis seculis in illo regno usitaram, magna cum pietatis laude & ipsius regni tranquillitate, nec tamen quicquam proficere potuisse, volens satisfacere debito suo erga Deum omnipotentem, per quem Reges regnant, paci etiam & quieti Regni consilere cupiens: scriptum est enim: *Omne Regnum in se divisum, desolabitur: conscientia etiam securitati, & anima suæ saluti, qua nulla res est pretiosior, prospicere intendens, quando alia via non licuit, ad arma succurrendum duxit, quo hæc pestem ex suo regno ejeceret & eliminaret: eodem etiam tempore non solum conservationi Ecclesiarum, ac personarum & bonorum Ecclesiasticorum, sed etiam recuperationi eorum, quæ ab his hæreticis derinerat, & impie tractantur, diligenter intendere: cum aliqui de his omnibus rationem Deo redditurus, divini iudicii ultionem merito reformidare cogatur, si remisse ac negligenter negotium Dei ac religionis, Ecclesiarum etiam & bonorum occupatorum tractaret. Quare cum jam arma sumpserit, hoc sancto proposito constantissime obfirmatus, iustum esse duxit, ut Clerus etiam Gallia partem oneris sustineat, quod etiam ipse idem Francia Clerus legitime congregatus, necessarium iudicavit, istis bellorum tempestatibus Regi succurrendum esse, etiam per alienationem bonorum immobilium; Nobis itaque supplicari fecit, ut dicto Clero facultatem vendendi bona mobilia vel immobilia, usque ad valorem centum millium scutorum in rebus annuis concederemus: Nos considerantes, quod si bellum hoc, cum exitum habuerit, quem & optamus & aspirante regis conatibus divina clementia firmiter speramus, Ecclesiasticus ordo non solum conservabit, quæ nunc possidet, sed recuperabit jam ab hæreticis occupata, quorum non parva summa est, postularis regis libenter annuimus; ita tamen ut hic ordo servetur, in præfens quinquaginta tantum millia alienentur, quæ summa, ut quam minimo Ecclesiarum detrimento efficiatur, & fideliter atque utiliter in usum designatum erogetur, &c.*

## T I T U L U S VIII.

## DE OFFICIO LEGATI.

## C A P. I.

*Legati residere tenentur in locis, ad qua deputantur.*  
Leo X. in Concilio Lateranensi.

N ullis Cardinalibus provincias ac civitates legationis titulo obtinentes, eas per locum tenentes aut officiales quoscunque administrare liceat, sed personaliter ipsi pro majori parte temporis adesse, atque eas omni vigilantia regere & gubernare teneantur: & qui nunc titulum legationis obtinent, aut pro tempore

obtinebunt, si in Italia intra tres menses, si extra Italiam quinque, a die præfentis publicationis, ad suas provincias ire, ac maiorem temporis partem ibi residere teneantur: nisi de nostro & successorum nostrorum mandato, pro aliquibus gravioribus negotiis in Romana Curia retineantur, vel ad alia loca, prout necessitas postular, mittantur: & tunc in dictis provinciis ac civitatibus vicelegatos, auditores, locum tenentes, cateroque consuetos officiales cum debitis provisionibus ac salariis habeant. Qui præmissa omnia & singula non servaverit, emolumentis quibuscunque legationis careat. Quæ quidem propter hoc antiquitus ordinata & instituta fuerunt, ut opposita legatorum præfentia populus esset salutarius, non ut ipsi laborum & curarum penitus expertes, sacro tantum, suæque legationis titulo inhiarent. Rom. 3. Non. Maji 1515.

T I T U L U S IX.  
DE INSULIS NOVI ORBIS.

## C A P. I.

*Ad propagandam fidem Christianam, novi orbis Insula conceduntur iuri & dominio Regis Catholici, Ferdinandæ Arragonæ.*

## Alexander VI.

A lexander Episcopus, servus servorum Dei, Ferdinando Regi, & Isabellæ Reginae Castellæ, Legionis, Arragonum, Siciliae & Granatæ, illustribus, salutem & Apostolicam benedictionem. Inter cætera divinæ majestati beneplacita opera, & cordis nostri desiderabilia, illud præfeto potissimum existit, ut fides Catholica & Christiana religio, nostris præfentim temporibus exaltetur, ubilibet ampliatur & dilatetur, animarumque salus procuretur, ac barbaricæ nationes deprimentur, & ad fidem ipsam reducantur. Unde cum ad hæc sacram Petri sedem divina favente clementia (meritis licet imparibus) evecti fuerimus, cognoscentes, vos, tanquam veros Catholicos Reges & Principes, quales semper fuistis novimus, & a vobis præclare gesta toti plene jam orbi notissima demonstrant, nedum id exoptare, sed omni conatu, studio & diligentia, nullis laboribus, nullis impensis, nullisque parcendo periculis, etiam proprium sanguinem effundendo efficere, ac omnem animum vestrum, omnesque conatus ad hoc jam dudum dedicasse, quemadmodum recuperatio regni Granatæ a tyrannide Saracenorum hodiernis temporibus per vos, cum tanta Divini nominis gloria, facta restatur, digne ducimus non immerito, & debemus illa vobis etiam sponte & favorabiliter concedere, per quæ huiusmodi sanctum & laudabile ab immortali Deo cœptum propositum, indes ferventiori animo, ad ipsos Dei honorem & imperii Christiani propagationem prosequi valeatis. Sane accepimus, quod vos dudum animum proposueratis, aliquas insulas & terras firmas, remotas & incognitas, ac per alios hæcenus non repertas, quærere & invenire, ut illarum incolas & habitatores ad colendum Redemptorem nostrum, & fidem Catholicam profundam reduceretis, hæcenus in expugnatione & recuperatione ipsius regni Granatæ, plurimum occupati, huiusmodi sanctum & laudabile propositum vestrum ad optatum finem perducere non quivistis: sed tandem sicut Domino placuit, regno prædicto recuperato, volentes desiderium adimplere vestrum, dilectum filium Christophorum

*a Constitutio ab Historicis celebrata: illa est, qua Reges Portugallia & Castellæ inser, Indias dividebat, ne ad arma deveniretur: Est autem Ferdinandus hic V. Arragonia Rex Joannis Filius, Alphonsi Neapolitani frater, Caroli V. & Ferdinandi Imp. avus. Qui in uxorem ducta Isabella Castellæ Regina, maxima regna conjunxit, & Joannam post Philippo Austro nuptam, procreavit.*

phorum Columbum, virum utique dignum & plurimum commendandum, ac tanto negotio apium, cum navigiis & hominibus ad familia instructis, non sine maximis laboribus & periculis ac expensis destinatis, ut terras firmas & insulas remotas & incognitas hujusmodi, per mare, ubi hactenus navigatum non fuerat, diligenter inquirere: qui tandem (divino auxilio) facta extrema diligentia in mare Oceano navigantes, certas insulas remotissimas, & etiam terras firmas, quæ per alios hactenus reperiæ non fuerant, invenerunt, in quibus quam plurimæ gentes pacifice viventes, & ut asseritur, nudi incedentes, nec carnis vescentes, inhabitant, & ut præfati nuntii vestri possunt opinari, gentes ipsæ in insulis & terris prædictis habitantes, credunt unum Deum creatorem in cælis esse, ac ad fidem catholicam amplexandum, & bonis moribus imbuendum satis apti videntur, & speque habentur, quod si erudirentur, nomen Salvatoris Domini nostri Jesu Christi, in terris & insulis prædictis faterentur, ac præfatus Christophorus in una ex principalibus insulis prædictis, jam unam turrim satis munitam, in qua certos Christianos, qui secum iverant, in castrodiem, & ut alias insulas ac terras firmas, remotas & incognitas inquirenter, posuit, construi & ædificari fecit: in quibus quidem insulis & terris jam reperiis, aurum, aromata, & aliæ quamplurimæ res pretiosæ diverſi generis & diverſæ qualitatæ reperiuntur, unde omnibus diligenter, & præsertim fidei Catholicæ exaltatione & dilatatione (pro ut decet Catholicos Reges & Principes) consideratis, more progenitorum vestrorum clara memoria Regum, terras firmas & insulas prædictas, illarumque incolas & habitatores vobis, divina favente clementia, subijcere, & ad fidem catholicam reducere proposuistis. Nos igitur hujusmodi vestrum sanctum & laudabile propositum plurimum in Domino commendantes, ac cupientes, ut illud ad debitum finem perducatur, & ipsum nomen Salvatoris nostri in partibus illis inducatur, hortamur vos quamplurimum in Domino, & per sacri lavacri susceptionem, qua mandatis Apostolicis obligati estis, & viscera misericordiae Domini nostri Jesu Christi atente requirimus, ut cum expeditionem hujusmodi omnino profequi & absumere proba mente orthodoxæ fidei zelo intendatis, populos in hujusmodi insulis & terris degentes, ad Christianam religionem suscipiendum inducere velitis & debeatis, nec pericula, nec labores ullo unquam tempore vos deterreat, firma spe fiducia conceptis, quod Deus omnipotens conatus vestros feliciter proficiat. Et ut tanti negotii provinciam, Apostolicæ gratiæ largitate donati, liberius & audacius assumatis, motu proprio, non adversam, vel alterius pro vobis, super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes insulas & terras firmas inventas & invenendas, detectas & detegendas, versus occidentem & meridiem, fabricando & construendo unam lineam a Polo arctico scilicet Septentrione, ad Polum Antarcticum scilicet meridiem, seu terræ firmæ, & insulæ inventæ & invenendæ sint versus Indiam, aut versus aliam quamcunque partem, quæ linea distet a qualibet insularum, quæ vulgariter nuncupantur, *de los Azores y cabo verde*, centum leucis versus occidentem & meridiem, ita quod omnes insulæ, & terræ firmæ reperiæ & reperiendæ, detectæ & detegendæ, a præfata linea versus occidentem & meridiem, per alium Regem aut Principem Christianum non fuerint actualiter possessæ, usque ad diem Nativitatis Domini nostri Jesu Christi proxime præteritum, a quo incipit annus præfens millesimus quadringentesimus nonagesimus tertius, quando fuerunt per nuncios & Capitaneos vestros inventæ aliquæ prædictarum insularum, auctoritate omnipotentis Dei, nobis in beato Petro concessa, ac Vicariatus Jesu Christi, qua fungimur in terris, cum omnibus illarum dominis, civitatibus, castris, locis & villis, iurisbusque & jurisdictionibus ac pertinentiis.

Jur. Can. Tom. II.

tis universis, vobis, hæredibusque & successoribus vestris (Castellæ & Legionis Regibus) in perpetuum, tenore præsentium, donamus, concedimus, & assignamus, vosque & hæredes ac successores præfatos illarum dominos, cum plena, libera & omnimoda potestate, auctoritate & jurisdictione, facimus, constituimus & deputamus: decernentes nihilominus per hujusmodi donationem, concessionem & assignationem nostram, nulli Christiano Principi, qui actualiter præfatas insulas & terras firmas possederit, usque ad dictam diem Nativitatis Domini nostri Jesu Christi, jus quasirum, sublatum intelligi posse aut auferri debere. Et insuper mandamus vobis in virtute sanctæ obedientiæ, ut (sicut pollicemini, & non dubitamus, pro vestra maxima devotione & regia magnanimitate, vos esse facturos) ad terras firmas & insulas prædictas, viros probos & Deum timentes, doctos, peritos & expertos, ad instruendum incolas & habitatores præfatos in fide catholica, & bonis moribus imbuendum, destituere debeatis, omnes debitam diligentiam in præmissis adhibentes, ac quibuscunque personæ cujuscunque dignitatis, etiam imperialis & regalis status, gradus, ordinis vel conditionis, sub excommunicationis lætæ sententiæ poena, quam eo ipso, si contra fecerint, incurrant, districtius inhibemus, ne ad insulas & terras firmas, inventas & invenendas, detectas & detegendas, versus occidentem & meridiem, fabricando & construendo lineam a Polo Arctico ad Polum Antarcticum sive terræ firmæ & insulæ inventæ & invenendæ sint versus Indiam, aut versus aliam quamcunque partem, quæ linea distet a qualibet insularum, quæ vulgariter nuncupantur, *de los Azores y cabo verde*, centum leucis versus occidentem & meridiem, ut præfertur, pro inerebus habendis, vel quavis alia de causa accedere præsumant, absque vestra ac hæredum & successorum vestrorum prædictorum licentia speciali. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscunque. In illo, a quo imperia & dominationes ac bona cuncta procedunt confidentes, quod dirigente Domino actus vestros, si hujusmodi sanctum & laudabile propositum profequamini, brevi tempore cum felicitate & gloria totius populi Christiani, vestri labores & conatus exitum felicissimum consequentur. Romæ 4. Nonas Maji 1493.

TITULUS X.  
DE BENEFICIORUM COLLATIONE  
ET IMPETRATIONE.  
C A P. I.

*Beneficiorum aut dignitatum tam regularium quam secularium administrationem, neglecta expeditione literarum Apostolicarum, aut illis non expeditis suscipere, fraudis est restitutioni fructuum obnoxia.*

Julius II. in Concilio Lateranensi.

**R**omani Pontificis circumspecta providentia ad ealibenter intendit, per que animarum periculis, Ecclesiarum & Monasteriorum dispendiis obviatur, Cameræque Apostolicæ (cui diversa impensarum onera, pro Ecclesiæ Romanæ statu conservando, quotidie incumbunt) indemnitati debite provideatur. Cupientes igitur, ne provisiones, concessionem, & gratiæ Apostolicæ sedis, & percipiæ, quæ a nobis emanarunt, & pro tempore emanabunt, diu maneant in suspenso, sed perfecte ad actum, juxta Apostolicas constitutiones, deducantur. Et ne Ecclesiarum, Monasteriorum, & Ecclesi-

*a Similis, in repertorio in verb. Gratia, debita forma gratiarum literis non expeditis, sub poena excommunicationis & privationis Ecclesiarum & beneficiorum, nemo se immiscere debet administrationi eorundem.*

V y

fialicarum dignitatum Prælati quicumque, seu commendatarii & administratores, abique titulo & literis Apostolicis, in animarum suarum periculum, regimini, & administrationi eorundem se ingerere, aut alias illis se immiscere præsumant, presenti constitutione perpetuo valitura declaramus, quod constitutiones Bonifacii, Alexandri, Pii, & Innocentii, prædecessorum nostrorum, juxta illarum tenores perpetuis temporibus inviolabiliter observentur, quoad pœnas & censuras etiam privationis in eis expressas. Dat. Rom. 5. Cal. Aug. Pontif. nostris An. 2. Dom. 1505.

## C A P. II.

*Parochialium Ecclesiarum collationes extra formam a Concilio Tridentino præscriptam factæ, nullius sunt effectus aut juris.*

*Pius V. in Concilio Tridentino.*

**S**TATUIT Synodus Tridentina a, ut occurrente vacatione parochialis Ecclesiæ, etiam generaliter vel specialiter etiam vigore indulti in favorem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Cardinalium, aut alias quomodolibet reservata vel affecta, debeat Episcopus habita notitia vacationis Ecclesiæ, si opus fuerit, idoneum in ea Vicarium, cum congrua, ejus arbitrio, fructuum portionis assignatione constituere, qui onera ipsius Ecclesiæ sustineat, donec ei de Rectore providentur, & deinde Episcopus & qui jus patronatus habet, intra decem dies, aut aliud tempus ab Episcopo præferendum, aliquos clericos ad regendum Ecclesiam idoneos, examinatoribus juxta formam ejusdem Synodi deputatis, nominet, & non nisi ab eisdem examinatoribus per concursum aliorum examinatorum, etiam tanquam magis idoneos, ab Episcopo judicato & electo, de Ecclesiâ providentur: alias provisiones, seu institutiones omnes, præter formam prædictam factæ, surreptitiæ censentur. Sed quoniam res humanæ semper in deterius prolabantur, nisi sit, qui eas retineat, ac debita executioni demandet, & verendum sit, ne propter constitutionem hujusmodi transgressionem maximi abusus oriantur: nos, ad quorum notitiam non sine gravi nostra molestia pervenit, nonnullos ex venerabilibus fratribus nostris, Archiepiscopis, & Episcopis, occurrente vacatione parochialium Ecclesiarum, eas nullo aut minus rite servato examine, præsertim illo, quod per concursum fieri debet, ex Concilio Tridentino, vel etiam rite servato, personis minus dignis, carnalitatibus aut alium humanæ passionis affectum, non rationis judicium sequentes, contulisse & de eis providisse, volentes (quantum cum Deo possumus) hujusmodi ac etiam futuri periculis occurrere, eorundem prædecessorum nostrorum constitutiones præfatas etiam innovando, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, omnes & singulas collationes, provisiones, institutiones, & quasvis dispositiones parochialium Ecclesiarum, ab eisdem Episcopis & Archiepiscopis ac quibusvis aliis collatoribus, tam ordinariis quam delegatis S. R. E. Cardinalibus, ac sedis Apostolicæ Legatis, vel nuntiis, præter & contra formam, ab eodem Concilio Tridentino, præsertim in examine per concursum faciendi præscriptam, factas aut in futurum faciendas, nullas, irritas, ac nullius roboris, vel momenti fore, & esse, nullumque provisis jus, aut titulum etiam coloratum possidendi præbere, & parochiales Ecclesias hujusmodi, ant prius ante collationes hujusmodi vacabant, ex nunc vacare statuimus, decernimus, & declaramus, easque omnes pro tempore sic vacantes, nostræ, & sedis Apostolicæ, seu eorum quibus jus conferendi eas, præterquam Episcopis, & Archiepiscopis, qui curam dicti examinis juxta decretum Concilii habere debent, competet, dispositioni reservamus. Insuper, ne parochiales Ecclesiæ

dia in suspenso maneat in maximum animarum periculum, quatumcunque parochialium Ecclesiarum, quarum, dum pro tempore vacant, ad Episcopos, Archiepiscopos, Primates & Patriarchas, & quovis alios ordinarios collatores, in mensibus ordinariis collatoribus, etiam per nostras regulas assignatis, proviso & collatio spectat & pertinet, de quibus iidem Episcopi & ordinarii prædicti intra sex mensium spatium a die vacationis eorundem, perfectio examine juxta formam Concilii Tridentini præfati non providerint, ac illarum etiam, quarum collationes nobis, & dictæ sedis generaliter vel specialiter, & ex quavis causa reservata seu affecta existunt, aut alias ex indulto sedis Apostolicæ competunt, ad quas, occurrente illarum vacatione Episcopi & Archiepiscopi præfatas personas, per examen, concursu multo habito, juxta dicti Concilii Tridentini formam approbatas, & magis idoneas non elegerint, aut electis quibus, vel successoribus nostris, aut iis, ad quos collatio spectabit, pro collatione obtinenda, intra quatuor mensium spatium a die illius vacationis, non significaverint, nec non parochialium Ecclesiarum similium, qui juris patronatus Ecclesiastici, vel aliorum seu clericorum & laicorum simul fuerint, si presentatus intra tempus eisdem patronis a jure præfixum, prævio examine juxta formam dicti Concilii approbatus peratur, institutioque ipsa per duos menses a die presentationis dilata fuerit, collationem, provisionem, institutionem, ac omnimodam dispositionem nobis & ipsi sedi, ac personis indulta hujusmodi conferendi, providendi, seu instituendi obtinentibus, respective reservamus, data tamen in parochialibus juris patronatus optione ipsi patronis, ut si institutio ad ordinarios spectabit, ipsi ordinariis illam facere negligentibus, & ultra dictos duos menses differrentibus, possint pro hujusmodi institutione obtinenda, habere recursum ad Metropolitanam, vel viciniorum ordinariam, aut ad sedem Apostolicam. Prohibentes etiam eisdem ordinariis, ne tempus decem dierum eisdem ordinariis & patronis ab eodem Concilio Tridentino ad nominandum idoneos clericos coram deputatis examinatoribus præfixum, ultra alios decem dies prorogare audeant, vel præsumant. Distinctius inhihbentes, ne quis præter Romanos Pontifices, aut alios indulta hujusmodi obtinentes, ut præfertur, quacunque sit super hoc auctoritate munitus, de hujusmodi beneficiis sic reservatis (ut præfertur) disponere, vel circa illa, etiam per viam permutationis, vel alias renovare quoquo modo præsumat.

## C A P. III.

*Reclamare possunt electioni minus digni digniores in Ecclesiis parochialibus licita appellatione.*

*Idem ibidem.*

**U**T non solum dignis, sed magis idoneis repertis, juxta Concilii decretum, parochiales Ecclesiæ conferantur volumus & decernimus, quod si Episcopus minus habilem, posthabitis magis idoneis, elegerit, possunt ii, qui rejecti fuerint a mala electione hujusmodi ad Metropolitanam, vel si ipse eligens Metropolitanus, aut exemptus fuerit, ad viciniorum ordinariam, uti nostrum & sedis hujusmodi delegatam, aut alias ad ipsam sedem Apostolicam appellare, ac præelectum ad novum examen coram ipso appellationis Judice, & ejus examinatoribus provocare, & confitio de prioris eligentis irrationabili judicio, eoque revocato, parochialis magis idoneo per eundem Judicem appellationis auctoritate nostra (quatenus collatio ad Episcopum, a quo appellatum fuit, spectaret) conferatur, alias eidem magis idoneo per Judicem appellationis approbato conferenda remittatur ad eum, ad quem collatio, proviso, vel institutio spectabit. Hæc tamen appellatio interposita interim non impediatur aut suspendatur, quo minus electio per ordinariam primo loco facta interim debite demandetur executioni & pro-

*a Concil. Trident. sess. 23. capit. 1. c. dudum. ext. de delib. a. licet canon. in 6. sed.*

Si provifus ab eadem Ecclefia, caufa appellationis hujusmodi dependente, non amoveatur. Et, fi qui a fententia per Judicem appellationis lata duxerit appellandum, is tunc ad fedem ipsam Apoftolicam appellabit. Si fecus in præmiſſis omnibus & fingulis actum aut attentatum fuerit, irritum decernimus & inane.

## C A P. IV.

*Beneficii cujuscunque impetratio, quæ ſuppoſitam dolo malo in examine prodiit perſonam, & conditione quapiam pacifcitur quaſtus aut privati lucri gratia, eſt falſa & irrita.*

Paulus IV.

**F**raudibus & dolis, ac hæreſi ſimoniacæ, quantum cum Deo poſſumus, efficaciter occurrere volentes, Apoftolica auctoritate, tempore præſentium ſtatuiſmus, & ordinamus, atque decernimus, quod de cætero omnes & ſinguli, qui occasione beneficiorum obtinendorum ſe alios eſſe ſimulaverint, & tanquam tales ſe in examine ſuppoſuerint, aut beneficio pro perſonis idignorantibus, ſeu pro ſe, vel pro aliis, cum a oblatione alicujus penſionis annuæ, aut pro aliis, cum ſpe penſionem annuam, aut aliud quantumvis modicum temporale commodum ab eis conſequendi, vel pro ſe ipſis principaliter, & intentione, ea poſtmodum in favorem aliorum, etiam quantumvis idoneorum, & benemeritorum, cum ſimili penſione, aut commo-  
modo, aut etiam ſine eo reſignandi, obtinere procuraverint, cujuscunque ſtatus, gradus, ordinis & conditionis exiſtant, ſi etiam Episcopali, aut alia majori dignitate Eccleſiaſtica, vel Cardinalatus honore ſeu mundana etiam Regia, Ducali, aut Marchionali præminencia præfulgeant, excommunicationis & anathematis, ac maledictionis æternæ ſententiam, a qua niſi a nobis, aut Romano Pontifice pro tempore exiſtente, præterquam in mortis articulo conſtituti, abſolvi nequeant; necnon privationis omnium & ſingulorum beneficiorum Eccleſiaſticorum, cum cura & ſine cura, ſecularium, & quorumvis ordinum regularium, per eos in titulum, vel commendam, aut alias quomodolibet obtentorum, & inhabilitatis ad illa, & alia in poſterum obtinenda, poenam eo ipſo, abſque alia deſuper faciendâ declaratione, incurrant, ita ut conſtituto ſolum ſummariæ & extrajudicialiter, quod ipſi contra tenores præſentium, aliquid fecerint, per curiam cauſarum Camere Apoftolicæ generalis adjutorem, ſeu viceadjutorem, vel ejus locum tenentem, pro talibus, & ut tales publicari poſſint. Et nihilominus, ſicut præfertur, obtentæ provisiones, & commendæ, aliæque diſpoſitiones nullæ ſint, irritæ & inanes, nullumque jus alicui in ipſis beneficiis vel ad illa tribuant, & ab aliis libere impetrentur. Volumusque præſens decretum, etiam quoad Monasteria monialium, & alia beneficia per moniales aut alias mulieres obtineri ſolita, locum habere.

## C A P. V.

*Qui retinent aut poſſident beneficia Eccleſiaſtica, priuſquam Apoftolicis literis poſſeſſionis probentur, beneficiis illis privantur, & ad alia obtinenda perpetuo ſiunt inhabiles.*

Julius III.

**J**ulius Papa tertius, cui nuper innotuit, quod licet alias ſel recor. Greg. X. b ſanciverit, quod nullus extunc de cætero administrationem dignitatis, ad quam electus eſſet, priuſquam celebrata de ipſo electio confirmaretur, ſub Oeconomatus vel procurationis nomine aut alio de novo quaſito colore, in ſpiritualibus vel temporalibus, per ſe vel per alium, pro parte vel in totum gerere, vel reci-

pere, aut illis ſe immiſcere præſumeret, omnes illos, qui ſecus feciſſent, jure, ſi quod illis per electionem quaſitum foret, decernens eo ipſo privatos. Sanctiones ipſas ad inferiora beneficia Eccleſiaſtica quæcunque & quomodocunque qualificata amplians & extendens, hæc ſua perpetuo valitura conſtitutione ſtatuit & ordinavit, quod omnes & ſingulæ perſonæ Eccleſiaſticæ, tam ſeculares, quam quorumvis ordinum regulares, cujuscunque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtant, etiam ſi Episcopali, vel Archiepiscopali, aut Patriarchali, vel alia majori dignitate præfulgeant, quod de cætero literis, ſuper diſpenſatione retinendi beneficia per eos, antequam promoveantur, aut eorum electiones confirmentur, obtenta, eis per fedem eandem pro tempore conſeſſis minime conſeſſis, beneficia ipſa retinere, aut poſſeſſionem alicujus, ſeu aliquorum beneficiorum Eccleſiaſticorum, cum cura vel ſine cura, ſecularium vel quorumvis ordinum regularium, quæcunque & qualitercunque qualificatorum, eis dicta auctoritate Apoftolica conſeſſi, ſeu commendari, aut in eorum favorem & commodum uniri, ſeu alias diſponi conſeſſionem literis Apoftolicis ſuper collatione, ſeu commenda, aut unione, ſeu alia diſpoſitione hujusmodi non expeditis per ſe, vel per alium, ſeu alios ejus nomine, etiam ſupplicationum ſeu ſumptorum vel tranſumptorum hujusmodi, aut collationum, eis poſtmodum de ipſis beneficiis, tanquam etiam nunc certo modo in ſupplicatione, expreſſo vacantibus, ordinaria vel alia quavis auctoritate ſacrarum prætextu apprehendere præſumpſerint, aut per alios apprehenſam, ratam & gratam habuerint, ipſorum beneficiorum non poſſeſſores, ſed meri & nudi detentores ac violenti, & ſine aliquo titulo in eis intruſi cenſeantur, & pro talibus habeantur & reputentur, nec fructus ſuos faciant, ſed ad illorum reſtitutionem, ut præfertur, teneantur, & obligati exiſtant, conſtitutiones ſeu dictæ cancellariæ regulæ, de annali & triennali poſſeſſore in illis locum non habeant, nec eiſdem detentoribus & intruſis in aliquo ſuffragentur, quinimo beneficia per eos tempore promotionis ſuæ, aut eorum electionis, confirmationis, obtentæ, literis ſuper diſpenſatione ea retinendi ſibi conſeſſa non expeditis retinentes, aut poſſeſſionem beneficiorum literis Apoftolicis ſuper illis non conſeſſis apprehendentes, ſeu per alios apprehenſam ratam & gratam habentes, beneficia ſic retenta, aut apprehenſa, & omne jus, quod in illis, vel ad illa pro tempore quomodolibet habuerint, eo ipſo amittant, illiſque & illo privati, ac ad illa de cætero obtinenda perpetuo inhabiles, nec illa ulterius, & prætextu novi tituli, aut novæ commendæ, vel unionis, ſeu aliter diſpoſitionis etiam Apoftolicæ auctoritate facta, aſſequi valeant, ſeu beneficia ipſa, tanquam de jure, & facta vacantia, aliis conſeſſi, ſeu commendari, & per quosvis, tam ab eorum ordinariis collatoribus, quam a ſede prædicta, libere impetrari poſſint, & ſi beneficia ipſa hrigioſa fuerint, colligantes in omni jure, & ad omne jus, quod beneficia retinentibus, aut poſſeſſionem apprehendentibus hujusmodi in eiſdem beneficiis, vel ad illa quomodolibet competeat, aut competere poterat, eo ipſo, abſque aliquo juris aut hominis miniſterio ſurrogentur & ſurrogati eſſe cenſeantur, ac in eorum favorem cauſa deſuper pendens advocata; & liſ extincta fuiſſe, & ſimiliter eſſe cenſeatur. Quodque de cætero ſupplicationis, etiam manu noſtræ, & motu proprio ſignatæ, niſi habuerint cauſulam, quod eorum ſola ſignatura ſufficiat, nullam aliam, quam per literarum ſuper illis conſciendarum fidem aut probationem faciant, ſeu præſentent, nec ulla eis in aliquo alio cauſa fides adhibeatur, aut adhiberi poſſit.

## C A P. VI.

*Pluralitatis beneficiorum exercitiſſimus abuſus extinguitur.*

W v z

a Beneficiorum impetraciones libera eſſe debent, & ab omni contentione aliena. Craver. conſil. 122. Narra conſil. 293, num. 2. lib. 1. Rebuſſus in præſi benef. ſitul. quos modis beneficia acquir. num. 5. b. avaritia 5. de Elect. & elect. poſſeſ. in 6.



Leo X. in Concilio Lateranensi.

**D**ispensationes ad plura incompatibilia, ultra duo, nisi qualificatis juxta formam juris communis, non concedantur, nisi ex magna & urgente causa. Et personis, cujuscunque dignitatis, parochiales Ecclesias, & earum perpetuas vicarias, ac dignitates majores & principales, etiam per viam unionis, vel commende ad vitam, ultra quatuor obtinend. ex nunc terminum duorum annorum præfigimus, ut interim quatuor tantum ex eis retentis, reliqua dimittere teneantur, & beneficia dimittenda hujusmodi resignari valeant in manibus ordinariorum, ad effectum, ut de illis provideatur personis per eos nominandis, quacunque reservatione, etiam generali, etiam ex qualitatibus resignantium personarum resultante, non obitante quo elapso termino, nisi dimiserint omnia, vacare cessantur, ac possint libere, ut vacantia, impetrari, taleque præterea retinentes, poenas extravagantis, execrabilis, recolendæ memoriæ Joannis Papæ XXII. etiam prædecessoris nostri, incurrant.

C A P. VII.

*Ad beneficia quibus cura animarum jungitur, visa & morum tum doctrina splendore insignes, probehi debent, examine prævio, ac diocesanorum testium fide & depositione mediante.*

Pius V.

**I**nter multiplices curas decernimus & declaramus, parochiales Ecclesias, & alia beneficia Ecclesiastica curata, personis sic examine prævio, & per diocesanorum ac testium fidem, & depositionem eorundem, idoneis reperitis, ac prælitio per eos juramento & obligatione, de apud illa certo tunc expresso tempore residendo, per nos collata, quæ postmodum per easdem personas, juramento & obligatione hujusmodi neglectis, etiam in eisdem manibus nostris, etiam ex hujusmodi permutationis causa, resignata, seu quovis modo, etiam per juris cessionem, literis non expeditis dimissa fuerint, ac ea, in quibus, ut præfertur, prout tenebantur, debito tempore non resederint, tam de jure quam de facto, ut prius videlicet adhuc eo, quodam de illis per nos eis, ut præfertur, provisum, seu providi concessum existit modo, eo ipso vacare, & sic, ac ceu per infra scriptam privationem vacantia impetrati, & de illis, tanquam sedis præfatæ, etiam propter præmissa reservatis, per nos, & Romanum Pontificem pro tempore existentem, & non alios collatorum, disponi posse, ac collationes, & provisiones de hujusmodi beneficiis tam idoneis reperitis, quam aliis ex earum resignatione seu concessione hæc habentibus personis, cujuscunque qualitatis, conditionis, & præminentie existant, etiam si Pontificali dignitate præfulgeant, nullus roboris vel momenti existere, & viribus enervatas, eoque hujusmodi beneficiis privatos esse & ceteri debere: ita tamen, quod propter vacationem & privationes prædictas, eorundem beneficiorum possessores, seu in illis intrusi, vel super illis colligantes, aliquod jus non acquirant, nec acquisitum sit, seu esse censeatur, nec ipsi de annali, seu triennali, vel aliarum regaliarum nostrarum beneficio gaudeant, neque illo, aut alios juris adminiculo se juvare possint. Et ne ipsi ulterius in sua malitia gloriantur, sed, si non Domini timore, saltem formidine poenæ, a similibus abstineant, omnes & singulos, ut præfertur, vel alias quomodolibet gratificatos, qui de cetero, de parochialibus Ecclesiis, perpetuis vicariis, & aliis beneficiis Ecclesiasticis curatis, per obitum vacantibus, examine prævio, ac diocesanorum & testium fide, &

depositione hujusmodi mediante, ac ultra ea, quæ facti Canones faciunt, prælitio juramento & obligatione, de eisdem beneficiis intra certum tempus personaliter deservendis, a nobis sibi provideri obtinuerit, beneficia ipsa, non adimpletis promissis, & obligationi hujusmodi minime satisfacto, in aliorum, etiam intrusorum vel possessorum favorem simpliciter, vel ex causa permutationis hujusmodi resignaverint, seu cesserint, aut illa quovis modo, etiam occasione litis & molestiæ dimiserint, nec non eos, in quorum favorem beneficia ipsa sic resignaverint, cesserint, & dimiserint, illosque, qui ad auxilium, consilium, vel favorem, directe vel indirecte, scienter præstiterint, inferiores ab Episcopis videlicet, sententia majoris excommunicationis eo ipso per contravenientes incurrenda, a qua non nisi a nobis, aut Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo constituti, absolvi queant, auctoritate Apostolica, & tenore præmissi innotuimus eisdem excommunicatos, & ad prædicta, & alia per eos obtenta, sive secularia, sive regularia, quomodolibet qualificata beneficia Ecclesiastica, inhabiles & incapaces eo ipso esse, ut præfertur, ceteri, beneficiaque ipsa, ipso jure & de facto, vacare, & a nobis, tanquam apud sedem prælatam vacantia, & propterea dispositioni Apostolicæ reservata, & non aliis, per quoscunque, dummodo ipsis privatis & incapacibus consanguinei vel affines, ut alias confidentes non sint, quos etiam ad hoc incapaces esse volumus, imperari posse: sique per quoscunque, quavis auctoritate surgentes, Judices & personas, etiam Curia Camera Apostolicæ generalem auditorem, ac palatii Apostol. auditores seu locumtenentes, sublati eis, & eorum cuilibet, seu qualiter aliter judicant, diffinienti & interpretandi facultate & auctoritate, judicari & diffiniri debere; irritum quoque, & inane, si secus super his a quocunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter attentari contigerit, eisdem auctoritate & tenore similiter decernimus & declaramus.

C A P. VIII.

*Regressum & accessum assessoriarum facultatis, qua bene Christi restantis non Ecclesia fieri, revocatur.*

Paulus IV.

**A**D Romani Pontificis auctoritatem pertinet, ut quæ per eum consulto fiunt, suum plenarium consequantur effectum, nec præterito ignorantia, aut alias quomodolibet cavillentur. Nuper siquidem in consistorio nostro secreto, venerabilibus Fratibus nostris S. R. E. Cardinalibus assistantibus & audientibus, decretum fecimus tenoris subsequenti. Sanctissimus Dominus noster, attendens nonnullos ex S. R. E. Cardinalibus, qui ex decreto sel. record. Pauli Papæ III. sanctitatis suæ prædecessoris, ultra Ecclesiam tituli se denominacionis suæ, uni tantum Ecclesie cathedrali præesse, aut eam in administrationem obtinere permittitur, ad plures cathedrales, ac etiam Metropolitanas, & Patriarchales Ecclesias, regressum seu accessum in diversas, sibi Apostolica auctoritate concedi obtinuisse, & indes obtinere, ad hoc, ut regressu seu accessu hujusmodi effectum sortiente, regimini & administrationi ipsarum Ecclesiarum, seu earum regiminis & administrationis possessione, seu quasi, non habita, juri & facultati regrediendi seu accedendi hujusmodi, in favorem personarum eis gratarum & acceptarum, ad eorum libitum accedere possint, in ordinis Ecclesiastici confusionem, & dicti decreti enervationem, atque Ecclesiarum, quæ interdum personam magis utilem & idoneam requirunt rationem, ac Christi fidelium scandalum non modicum. Et propterea volens, quantum cum Deo potest, præmissis salubriter occurrere, statuit, decrevit, & ordinavit, quod de cetero perpetuis futuris temporibus, alicui Cardinali non nisi

unus

*a Pluralitas beneficiorum tum Divino tum Cæsareo jure damnatur. Pontificio quidem c. sanctorum. 70 dist. c. clericus. 21. q. 1. c. 1. & 2. dist. Imperator maxime improbat quempiam habere duas militibus. l. bis quidem. C. qui militare non possunt. 12. & duo quidem collegia. l. 1. ff. ac coll. illicita.*

*a Conc. Trident. sess. 25. cap. 7.*

unus regressus seu accessus, ad Patriarchalem, seu Metropolitanam, vel aliam cathedralem Ecclesiam concedi possit. Et qui ex eisdem Cardinalibus ad præfens regressum seu accessum ad plures cathedrales Ecclesias habent, si præfentes in curia existunt, infra quindecim dies, si vero extra eam in Italia degunt, infra unum, reliqui vero in Gallia, Germania, aut Hispania commorantes, infra duos menses proxime futuros, unam Ecclesiam cathedralem, ad quam vigore regressus seu accessus sibi ad illam concessi, in illius eventum regredi seu accedere malint eligere & nominare, electionemque, & nominationem huiusmodi manu propria subscriptam, & suo munitam sigillo Senescallo, seu custodi Cancellariæ Apostolicæ, per eum in quinterno ipsius Cancellariæ de verbo ad verbum describendam transmittere, ac postquam regressus seu accessus prædicto locus fuerit, infra unum mensem ex tunc computandum, si alteri Ecclesiæ cathedrali præfuerint, aut aliam Ecclesiam cathedralem in administrationem obtinuerint, eam vel aliam, ad quam regressum seu accessum habuerint, in manibus Romani Pontificis pro tempore existentis, absque ulteriori sibi desuper concedendo regresso vel accessu, ne hæreditariam possessionem ipsius Ecclesiæ usurpare velle videantur, scilicet & cum affectu dimittere omnino debeant: quod si non dimiserint, amba Ecclesiæ eo ipso vacent, & utriusque earum de præfente idoneo per ipsum Romanum Pontificem provideri possit. Revocans, cessans, & annullans exnunc omnes & singulos regressus & accessus, ipsi Cardinalibus ad quæcumque, præterquam per eos, ut præfertur, eligendam & nominandam cathedralem Ecclesiam, sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusvis efficacissimis, etiam motus proprii, & certæ scientiæ, ac plenitudinis potestatis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis quomodolibet concessis, ac decernens ex nunc irritum & inane, quicquid illorum prætextu contra præmissa, scienter vel ignoranter, contigerit attentari. Et licet decretum ipsum per infra scriptum Secretarium nostrum, eisdem Cardinalibus, alta & intelligibili voce in dicto consistorio, lectum & publicatum fuerit, quia tamen postmodum recognovimus, per illud inconvenientibus, quæ occasione regressuum & accessuum huiusmodi contingunt, præsertim in eo, quod facultatem tribunt, possessionem, seu quasi, regiminis & administrationis Ecclesiarum sub ipsis regressibus comprehensarum, propria auctoritate apprehendi, plene provisi non esse, cum sæpius possessionem huiusmodi, etiam in scio Romano Pontifice, ad quem Ecclesiarum omnium universalis pertinet cura, apprehendant. Nos inconvenientibus prædictis occurrere, & decretum nostrum, quoad hoc, ampliare volentes, statuimus, decernimus, & ordinamus, quod nullus Cardinalis de cætero, vigore cuiusvis regressus seu accessus ei ad quæcumque cathedralem seu Metropolitanam, vel patriarchalem Ecclesiam quomodolibet concessi, etiam si id sibi ex tenore ipsius regressus seu accessus libere permittatur, possessionem, seu quasi, regiminis & administrationis eiusdem Ecclesiæ, absque expressa nostra, seu pro tempore existentis Romani Pontificis, licentia in scriptis obtenta, apprehendere præsumat.

## C A P. IX.

*Beneficia in confidentiam, hoc est, certa simoniaca prævitiatis specie collata quibusdam, aut ipso iure incapacibus, vel nondum adhuc natis, vacans, eorumque dispositio sedi Apostolicæ reservatur.*

## Paulus IV.

**O**mnes & singulas Ecclesias, etiam Metropolitanas, & alias cathedrales, ac monasteria, etiam consistorialia, prioratus, præposituras, præpositatus, dignitates etiam majores, & principales, etiam conventuales, per  
Jur. Cano. Tom. II.

sonatus, administrationes, & officia, cæteraque beneficia Ecclesiastica, cum cura & sine cura, secularia & quorūvis ordinum regularia, etiam de iure patronatus, etiam laicorum, etiam nobilium & illustrium, etiam ex fundatione & donatione existentia, per eisdem Romanæ Ecclesiæ etiam Episcopos, Cardinales, & quoscunque alios, etiam Patriarchas, Archiepiscopos, & alios Episcopos, ac etiam eisdem Cameræ clericos, in titulum, commendam, vel administrationem, aut alias, confidentiam iure prohibitam, cuiusvis personæ, ut præfertur, contemplatione vel intuitu, quovis modo recepta, illorum liberam collationem & dispositionem nobis & sedi Apostolicæ harum serie reservans, ipso iure a die receptionis eorundem vocavisse, & vacare, ac fructuum & pensionum reservationes, ac facultates transferendi, & collationis beneficiorum concessiones, eis ut præmittitur factas, ac regressus, sive accessus, & ingressus concessos huiusmodi cessasse, & cessare, ac extinctos esse. Et eisdem Cardinales, seu quovis alios, a prima die receptionis beneficiorum huiusmodi, citra fructus, redditus, & proventus earundem Ecclesiarum, monasteriorum, dignitatum, & aliorum beneficiorum, ac pensiones prædictas, indebitè percipere, suosque facere non potuisse, neque debuisse, sed illos omnes & singulos ad Cameram eandem devolutos fuisse, & esse, illique deberi, ac ipsos Cardinales, & alios, ad quorum manus quomodolibet pervenerunt, & eorum hæredes, ad integram illorum restitutionem in utroque foro teneri, & ad id opportunis iuris remediis compelli debere, auctoritate Apostolica, tenore præsentium decernimus & declaramus. Et insuper universis & singulis, tam eisdem Rom. Ecclesiæ Cardinalibus, etiam Episcopis, quam Prælati, & clericis, & aliis prædictis, præsentibus & futuris, ne deinceps ullo unquam tempore aliquas Ecclesias, monasteria, vel alia beneficia, etiam de dicto iure patronatus, uti præfertur, existentia, aut fructus vel pensiones, aut regressus seu excessus in confidentiam prædictam, aut ad effectum reservationum huiusmodi, sibi postmodum cedentibus procurandum, recipere præsumant: Cardinalibus videlicet & aliis Prælati huiusmodi, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub interdicti ingressus Ecclesiæ, reliquis vero sub majoris excommunicationis lætæ sententiæ pœna, per contrasententiam eo ipso incurrenda, a qua nisi a nobis, aut Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo constituti, absolvi nequeant, districtius inhibemus.

## C A P. X.

*Causæ beneficiorum in confidentiam collatorum, sedi Apostolicæ discussiendæ reservantur.*

## Pius V.

**A**d aures nostras non sine animi nostri displicentia pervenit, ut nonnulli sacros canones parvipendentes, non vereantur in animarum suarum perniciem, Ecclesias etiam cathedrales, & Metropolitanas, monasteria, prioratus, & alia beneficia secularia & regularia, in confidentiam, quam simoniacam pravitate sapere non ignorant, acceptare, & retinere, seu illa in vim regressuum sive accessuum & ingressuum sic eis concessorum, & effectuum, ut ajunt, fortiores consequi & habere velle. Nos qui post nostram ad summi Apostolatus apicem divina favente clementia assumptionem, inter alias nobis imminentes curas, hoc præcipue & maxime cordi habuimus, prout habemus, huiusmodi confidentias de medio tollere, & in sua pertinacia circa huiusmodi Ecclesiarum, monasteriorum, & beneficiorum detentionem, seu assecutionem, persistentes, nisi resipiscant, debitis nobis visis pœnis plectere, ac unicuique prout ex nostro universalis & pastoralis officio tenemur, in

V v j

his

his iudicium ministrare; & ne abusus vel potius delictum huiusmodi alterius fidelium animas, illaqueatas tenendo progrediantur, omni debito, & ceteri remedio providere volentes: Motu simili, &c. ac ex nostra certa scientia, & de Apostolica potestatis plenitudine, præmissorum omnium cognitionem, & literarum prædictarum executionem, nobis & successoribus nostris Romanis Pontificibus canonice intrantibus reservantes. Prout horum serie refervamus: omnes & singulas confidentiarum huiusmodi, contra quoscunque etiam ejusdem S. R. E. Cardinales, Archiepiscopos, Episcopos & alios quoscunque, coram quibuscunque Judicibus, etiam ad hoc specialiter delegatis, etiam sacri Palatii Apostolici causarum auditoribus, ac S. R. E. Cardinalibus moras, & pendentes, in eisdem statu, & terminis, in quibus reperiantur, ac etiam alias quascunque similibus confidentiarum causas, contra supradictos, & alios quoscunque de cetero movendas, seu ad nos quomodolibet deferendas, per nos summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu & figura iudicii, sola facti veritate inspecta, etiam per viam inquisitionis, seu ex nostro officio, aut alias nobis expedire videbitur, procedendo, audiendis, cognoscendis, decidendis, sineque debito terminandis, & totaliter exequendis, ad nos avocamus, decisionique & terminationi per nos super illis faciendæ appellatione quacunque, etiam alias de jure admittibili rejecta, & postposita, standum, ac acquiescendum, & omnino parendum, & obediendum fore statuimus, & ordinamus, sicque mentis, & voluntatis nostræ incommutabilis esse dicimus, decernimus, & declaramus. Certificantes, prout certificamus, & attestamur omnibus, & singulis supradictis, in ipsiis causis, eos in eorum præsentis iuribus, & aliis, quæ coram nobis dicere & allegare, seu prætereendere voluerint, audiendo, iustitiam, ut par est, nos ministrare paratos existere.

## C A P. XI.

*Retinentium beneficia in confidentiam desegitur abusus, & extinguitur pena sancita mesu.*

*Idem.*

**F**requentius plurium quædam pridem concitati, quod Judices in causis confidentiarum expediendis remissiores essent, omnes & singulas causas ipsas, ubicunque, & inter quoscunque moras, ad nos advocavissimus, ac omnimodam huiusmodi causarum præsentium & futurarum, rerumque omnium ex ipsis resultantium cognitionem, nobis & successoribus nostris reservavissimus, & super quibusdam coram nobis processum fuisset, variis inde, nec levibus conjecturis intelleximus, vitium quidem confidentiæ occulte irrepsisse, sed plerisque causis præsumptiones & conjecturas, quæ ad illud probandum deducuntur, minime sufficere, ejusque rei causa plurimos, qui ante literarum prædictarum editionem huiusmodi confidentias exercebant, ubi cognoverunt obstructam veritatem, propter difficultates probandi in iudiciis confidentias ipsas, contempta constitutione prædicta, Ecclesias, monasteria, & beneficia sic recepta, ut prius retinere, alios fructus, pensiones, & alias res accipere, alios eorum exemplo ad similia & graviora fiduciarum commoveri. Multi enim ipsa beneficia jure retinere nequeentes, alii ne cogantur ad sacros ordines, ad residentiam, ad incedendum habitu clericali, ut ad bellum proficiscantur, ut inimicos occidant, alii ut alieno nomine litem agant, aut defendant, alii propter crimina incapaces, quidam ut purgato delicto, vel absolute consecuta, illa repetant, eadem in alios deponunt, & in plerisque fructus ipsorum aut eis ministrantur, aut quibus ipsi statuunt, sæpe laici, & inhabilibus, plerique vel senes, vel infirmi, ut beneficia in domibus suis perpetuent, illa renunciant & renunciant in alios, qui vel profanam familiam cedentium de fructibus Ecclesiasticis

alant, vel illa etiam omnino infantibus, aut nascituris afferrent, facto interdum circuito retrocessionis, cum reservatione fructuum, aut aliarum rerum, aut accessu, præsertim ab illis, qui prædictorum iurum cameræ Apostolicæ sunt immunes, alii aut incapaces, aut aliis beneficiis Ecclesiasticis onusti, aut Ecclesiastico ordini se se mactare resurgentes, aut mere laici; beneficia Ecclesiastica aliis conferenda procurant, ut de illis postmodum ad libitum suum disponantur, fructus etiam percipientes illorum. Ad hæc plerique ordinarii, & alii collatores, ac etiam patrones laici curant deponenda beneficia, ut fructus, seu pensiones capiant eorumdem, alii se faciant ministrari. Alia item per multa ejusmodi admittuntur, quibus immaculata rerum divinarum puritas impie violatur, disciplina Ecclesiasticæ nervus dirumpitur, & imminens patratæ exitium animarum. Quare nos volentes periculolam talium audaciam novi juris subsidio cohibere, præsentium auctoritate statuimus, ut si quis, quacunque auctoritate Ecclesiam, vel monasterium, aut aliud beneficium Ecclesiasticum quacunque ex resignatione, vel cessione cujuscunque personæ simpliciter, aut cum circuito retrocessionis, cum regressu, vel accessu, etiam sola mittentis intentione receperit, ut illa vel illud, etiam in eventum regressus, vel accessus, eidem dimittenti, vel alteri, postea conferatur, aut illius fructus, vel eorum pars, alii vel aliis concedantur, vel pensiones solvantur ex eisdem, hæc confidentia censetur. Item si ordinarius, vel alius collator contulerit antehac, aut conferat in futurum beneficium Ecclesiasticum quovis modo vacans, ea conditione tacita, vel expressa, ut postea in alterum, pro arbitrio collatoris, seu alterius cujuscunque contra juris communis ordinationem disponatur, sive ut de eo provisos, fructus illius, vel partem, ad utilitatem vel libitum conferentis vel decedentis, aut alterius relinquat, & remittat, seu pensionem illi vel illis, quem vel quos idem collator, aut cedens, vel alius, per se vel alium, scripto aut verbo, jussit seu significaverit, persolvat, & pariter, si a patrono etiam laico, vel alteri prælatori, seu electori contigerit, aut contingat id fieri. Ad hæc, si clericus prædictæ Cameræ, aut Cardinalis, aut alius a solutione iurium ipsius Cameræ, vel etiam Cancellariæ Apostolicæ exemptus, post resignationem vel cessionem alicujus extranei, de Ecclesia, monasterio, vel alio beneficio Ecclesiastico in se, Apostolica vel alia auctoritate actam & admissam, illam vel illud, etiam consecutis literis Apostolicis, & possessione apprehensa, in eundem resignantem vel cedentem, modico spatio interjecto, veluti duorum aut trium mensium, retrocesserit, aut retrocedat in futurum, & ex illa retrocessione fructus Ecclesiæ, seu monasterii, aut beneficii, vel eorum pars, seu pensio, seu quid aliud super illis reservatum, aut regressus, seu accessus, & ingressus ad illam vel illud, ipse clericus, vel Cardinalis, aut alii exempto sit, fueritve concessus. Postremo si quis crimine aliquo absolutus, aut cum quo super irregularitate dispensatum est, denuo receperit quacunque auctoritate Ecclesiam, monasterium, vel aliud beneficium Ecclesiasticum, quod ante vel post commissum delictum aut contractam irregularitatem dimiserit, in quibus horum casuum confidentiæ pravitas sit contracta, casusque huiusmodi literis prædictis comprehendantur, ac si illis speciatim expressi fuissent, licet ipsum confidentiæ crimen alterius tantum partis conscientia sit admissum.

## C A P. XII.

*Confidentiarum casus, conjectura, & præsumptiones legitime, ad in talium abusu reos pronuntiandum sententiam.*

*Idem.*

**A**D probandum plane confidentiarum abusum, inter alias, etiam hæc præsumptiones & conjectura habeantur legitime, videlicet: Si quis post cessam ab se Eccle-

siam,

fiam, vel monasterium, aut beneficium, & publicam resignationem, seu cessionem, captamque a successore possessionem, sese in illa, vel illo, seu rebus illius, per se vel alium, seu alios de facto ingesserit, aut fructus perciperit, aut quicumque successor illi, vel ejus propinquis ipsos, aut partem aliquam remiserit eorundem, si recipiens beneficium constituerit dimittentem, vel ejus patientem, aut propinquos, procuratores ad percipiendum, vel locandum fructibus percipis, aut percipiendis donationem fecerit. Si vel sola procuratoris depositione, vel libris rationalibus mensuratum ex parte dimittentis, expeditio, quæ personam recipientis concernit, profecuta sit, simulque expensæ pro ea necessaria ab illo factæ fuerint. Denique, si quis pro concessione alicui facta, quæcunque auctoritate, de beneficio Ecclesiastico per se, vel alium, seu alios intercesserit, vel alias in negotio concessionis sese immiscuerit quoquo modo, deinde aliquid de fructibus talis beneficii de facto, etiam per manus professoris, ac etiam simplicis donationis titulo perciperit, seu de illo postmodum ad voluntatem intercessoris fuerit dispositum quodcumque. Testes autem de quaque re singulares singulas probare a valeant præsumptiones, & conjecturas, pluresque hujusmodi præsumptiones, & conjecturæ plenam probationem faciant in prædictis. Cæterum criminosis, & cæteri omnes qui ad perhibendum in casibus simoniæ testimonium recipi possunt, ad prædicta omnia admittantur.

## C A P. XIII.

*Confidentia criminis rei, arcetur ab omni dignitate & beneficii Ecclesiastici jure, & excommunicationis sententiæ vincuntur.*

*Idem.*

**N**E quis vana fiducia fretus non intendendi contra se iudicii, in crimine confidentiæ beneficiorum perseveret, utque hoc malum gravioris censuræ stimulosque quaque prohibeatur, omnes & singulos, qui hac usque Ecclesias, monasteria, beneficia, fructus, pensiones, aliasque res, intercedente hoc confidentiæ virio receperunt, ac retinent, nisi statim ad se reversi, & resipiscentes, ceteri dimissione sibi prospexerint, & quicquid tale adferint in futurum, etiam omnibus & singulis aliis Ecclesiis, Monasteriis, dignitatibus, administrationibus, officiis, & beneficiis obrentis, quæ pariter sub dicta reservatione comprehendendi volumus, nec non fructibus, pensionibus, & aliis rebus Ecclesiasticis, ac etiam Romanæ Curie, & aliis officiis temporalibus presentium auctoritate privamus, & ad futura inhabiles decernimus, & in juris subsidium, excommunicationis sententiæ innodamus, a qua nullus nisi in mortis articulo constitutus, ab alio quam a Romano Pontifice, absolutionis beneficium valeat obtinere. Nos enim advocacione causarum hujusmodi, & reservatione cognitionis illarum, rerumque omnium inde emergentium, nobis, & prædictis successoribus, ut prædictum est, facta, causis illis duntaxat exceptis, quæ jam coram nobis pendere noscuntur, ac etiam iis, quas ratione Ecclesiarum, & monasteriorum, quorum dispositio in consistorio fieri consuevit, aut debet, itemque contra ordinarios, collatores, Episcopos, & alios superiores prælatos, etiam Cardinales, haberi contigerit, uti jam aliis nostris literis statutum est, audiendis, decidendis, & terminandis, harum serie præsertim relaxata, decernimus: ita deinceps quoscunque iudices ordinarios & delegatos, etiam causarum palatii Apostolici auditores, ac

prædictæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & ipsorum cuicumque quavis aliter iudicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique iudicari, interpretari & diffiniri debere, necnon irritum & inane, quicquid seens in prædictis per quoscunque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari. Quocirca omnibus locorum ordinariis districtius injungimus, ut in suis quicunque Ecclesiis, civitatibus, diocesis, & locis etiam exemptis, ad prædicta studiose attendant, & quatenus illis relaxavimus, in delinquentes severe animadvertant, si divinæ majestatis iudicium, dictæque sedis censuram voluerint evitare. In cæteris vero causis & negotiis (nobis & prædictis successoribus exceptis) eosdem locorum ordinarios presentium auctoritate delegamus, ut gratia & favore postpositis, pro se quisque, cum venerit usus, contra prædictos omnes sub ipsa exceptione comprehensos, diligenter inquireant, suoque inquisitiones omnes sigillo obsignatas, ad prædictam sedem quamprimum transferant, ut nos & prædicti successores in causis hujusmodi procedentes, quod iustum fuerit, decernamus.

## C A P. XIV.

*Coadjutoria tolluntur, prohibeturque ne his expeditiones Camera Apostolica suffragentur.*

*Idem.*

**R**omani Pontificis providentia circumspicere nonnullam gesta per prædecessores suos, rationabilibus & honestis suadentibus causis moderatur & revocat, prout id Ecclesiarum indemnitati conspiciet in Domino expedire. Hinc est, quod nos volentes omnem hereditariam a beneficiorum Ecclesiasticorum successionem de Ecclesia Dei tollere, ac libertati beneficiorum hujusmodi providere, & ut de persona magis utilis & idonea, prout requiritur, facilius providere valeat, omnes & singulos regressus, accessus, etiam eventuales, aut pœnales, ac coadjutorias etiam de consensu, aut alias quomodolibet, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis efficacissimis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, clausulis irritantibus, & aliis decretis, quomodolibet per quosvis Romanos Pontifices prædecessores nostros, ad beneficia Ecclesiastica, cum cura & sine cura, secularia, & quorumvis ordinum regularia, etiam si secularia, canonicatus, & præbendæ, dignitates, personatus, administrationes, vel officia in cathedralibus, etiam Metropolitanis aut collegiatis Ecclesiis, & dignitates ipsæ in cathedralibus etiam Metropolitanis, post Pontificales majores, seu collegiatis Ecclesiis hujusmodi principales, regularia vero beneficia hujusmodi, monasteria etiam consistorialia, Prioratus, Præposituræ, dignitates etiam conventuales, personatus, administrationes, vel officia etiam claustralia, ac hospitalia, præceptorias etiam hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani, etiam quarumvis aliarum militiarum, quibusvis personis cujuscunque status, gradus, ordinis, & conditionis existentibus, etiam Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali dignitate, aut Cardinalatus honore polentibus concessis, super quibus literæ Apostolicæ integraliter hæcenus expeditæ non fuerint, etiam si in plumbaria nostra aut penes Summatorem nostrum reperiantur: motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, auctoritate Apostolica, tenore presentium revocamus, cassamus, abolemus. Mandantes dilectis filiis nostris Vicecancellario, & dicto Summatori, cæterisque officialibus tam Cancellariæ Apostolicæ, quam Camera nostræ, ad quos spectat, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub indignationis nostræ pœna, ne in futurum super dictis gratiis, accessus, regressus, & ingressus, necnon coadjutoriatum literas expediant aut relaxent. Romæ prid. Id. Septembr. 1571.

CAP.

*a Singulare testimonium, quod hoc loco Pont. approb. regulariter aliis non probat. c. nihilominus. & ibi gl. 3. q. 9. & in c. tam literis. de test. An. bar. in consil. 266. Hippolyt. in præf. in §. diligenter. Felin. in c. licet. de test. Corn. in consil. 286. vol. 3. Alex. consil. 3. vol. 1. Jaf. in reges. l. admonendi. ff. de iur. iur.*

*a Concil. Trident. præd. sess. 25. cap. 7.*

## C A P. XV.

*Beneficiorum impetrationes vacantium vera vel totius narratione expediti debent, ne invalida ac irrita habeantur.*

Paulus III.

**A**t tendentes malitiam hominum non esse indulgendam, sed potius obviandum, volumus, quod de extero impetrantes beneficia a Ecclesiastica cujuscunque qualitatis, per privationem & amotionem, vel alias propter commissa, excessus, & crimina vacantia vel vacatura, in supplicatione desuper porrecta excessus & crimina ipsa ac eorum qualitates, nec non modos & causas tales, ex quibus de jure privatio incurfa aut facienda censetur, & similiter impetrantes, etiam per modum devolutionis beneficia, tanquam certo modo vacantia, & ab alijs etiam non senio confectis, nec infirmitate aut impedimento detentis, tanquam nullo seu minus canonico titulo possessa, modum vacationis illorum in supplicatione desuper porrecta specificè & determinate ac dispositive exprimere teneantur, & antequam decretum citationis a Judice, cui causa commissa fuerit, per se vel procuratorem eorum petant, coram eo juramentum, quod credunt ea, quæ sic expresserunt, vera esse, & posse ea probare, corporaliter præstare, & deinde excessus & crimina, aut modum vacationis hujusmodi proponere, & deducere, & intra octo dies observationem termini ad articulandum, per eum vel per procuratorem suum, suo ordine & loco, ita quod si ipse terminus sic non servetur, dicti octo dies, post observationem termini, secundo loco servati, quicumque is fuerit, currississe censetur, factam immediate sequentes probare, necnon extunc infra annum, similiter a die impetrationis eorum computandum, causam contra eosdem possessores, usque ad definitivam sententiam prolationem inclusive, prosequi debeant, & teneantur.

Quodque impetrationes de beneficio, tanquam per privationem, & amotionem, vel alias propter commissa, excessus & crimina vacantibus, vel vacaturis, absque causa seu causarum privationis & amotionis, aut excessuum & criminum vacationem hujusmodi causantium, necnon tanquam de certo modo vacantibus, etiam per modum devolutionis, absque modi vacationis specificâ expressione, etiam prætextu quarumcunque clausularum quomodolibet implicitarum, & quantumcunque prægnantium, etiam quod causæ, & excessus, ac crimina, necnon modi vacationum hujusmodi, in literis pro expressis habeantur vel etiam dispositive exprimi possint, disponentium in supplicationibus insertarum eidem impetrantibus nullatenus suffragentur, & quæcunque surrogationes per ipsos impetrantes de beneficiis, quæ etiam cum hujusmodi expressione impetraverint, tanquam litigiosis, in jure, vel ad jus eorum, quos hujusmodi excessus crimina perpetrassent, aut quorum beneficia per devolutionem, aut alias certo modo vacasse naraverint, a sede Apostolica, vel legatis ejus, quomodolibet impetrandæ, seu etiam mori proprio concedendæ, nisi quod impetrantes excessus, & crimina, aut modum vacationis hujusmodi, intra dictos dies reservationem dicti termini ad articulandum factam, quoad excludendos, post dictos dies, ipsos impetrantes, approbatione excessuum, seu criminum, aut modi vacationis prædictorum nihil operari volumus contra possessores beneficiorum, quæ impetraverint, probaverint, etiam si alia excessus & crimina,

privacione aut privacionis declaratione digna, etiam ante lapsum dictorum octo dierum probaverint, nullius sint roboris vel momenti.

Quodque surrogationes hujusmodi, si ii, contra quos hujusmodi impetrationes fiunt, in itinere propter id suscepto, quod post executionem citationis, etiam per edictum factæ, etiam si de dictorum citationum notitia aliter non apparuerit, propterea attentatum præsumatur, defuncti fuerint, etiam si senes, aut valetudinarii, seu impediti, ut præfertur, non extiterint, aut etiam ii, contra quos hujusmodi impetrationes fiunt, morte violenta decesserint, licet nullam penitus argumentum, aut nulla conjectura habita fuerit, quod colligans id fecerit, aut de tali morte culpabilis, seu conscius fuerit, locum non habeant. Et si post lapsum dicti anni, vel etiam eodurante, & istis octo diebus, post dicti termini ad articulandum, absque probatione prædictorum excessuum seu criminum, aut modi vacationis per ipsos impetrantes, vel eorum procuratores, observationem, ipsos contingat possessores dictorum beneficiorum, seu aliquos ex eis decedere, aut eorum beneficia simpliciter, vel ex causa permutationis, aut alias quomodolibet, in Romana Curia, vel extra eam, vacare non consentantur, propterea beneficia ipsa litigiosa, de hujusmodi beneficiis sic vacantibus provideri, & alias libere disponi possit, in omnibus & per omnia, ac si contra dictos possessores aliquis modo præmissis mora non fuisset. Et nihilominus impetrantes prædicti, ad ambita beneficia hujusmodi obtinenda, censeantur perpetuo inhabiles, nec non vexatæ parti omnia damna, interesse, & expensas perolvere teneantur, ac omnibus & singulis beneficiis Ecclesiasticis, per eosdem impetrantes obtentis, se triennio suspensos invenerint. Quibus, si se in eis propria temeritate injecerint, ipso jure privati sint, ac calumniose de perjurijs, juxta canonicas sanctiones, puniantur. Decernens novas provisiones super impetrationibus prædictis pro tempore, etiam antequam dicti octo dies elapsi fuerint, iis, in quorum favorem emanaverint, in fraudem hujusmodi constitutionis non suffragari. Et si iis, qui impetrationes modo prædicto fecerint, beneficia sic impetrata resignaverint, quandoque id fecerint illis, quibus de beneficiis hujusmodi per resignationem de eis factam & admissam provisorum fuerit, præsentis constitutioni subjacere, & in eodem statu, in quo dictus resignans tempore hujusmodi resignationis erat, quoad hoc censi & esse.

## TITULUS XI.

## DE RESERVATIONIBUS.

## C A P. I.

*Beneficia sedi Apostolica reservata quovis modo vacantia & vacatura, semper manent assibita, & summi Pontificis dispositioni subdita.*

Paulus II.

**C**um nonnulli Romani a Pontifices per diversas eorum constitutiones, quas suo tempore duntaxat datate voluerunt, quæcunque beneficia Ecclesiastica, quæ sui & sanctæ Romanæ Ecclesiæ viventium & tunc existentium Cardinalium familiares, continui commensales obtinebant, & in posterum obtinerent, eorum familiaritate durante, etiam si ab ipsa familiaritate per obitum Cardinalium eorundem vel alias recessissent, necnon quæ etiam fructuum & proventuum Cameræ Apostolicæ debitorum collectores, & qui ipsorum prædecessorum temporibus sua officia exercerent, unum subcollectores, durante eorum officiis obtinebant, ac in quibus

*a Hoc constitutio eadem est, quæ habetur in extravaganti. c. ad Roma. de concess. præbend.*

*a Beneficii impetratio canonica, & qua ab omni obreptione & surreptione aliena est, exprimit qualitates vacationis, ut si vacat per obitum vel per resignationem. gloss. in Clement. 1. in verbo, quamvis, de præbend. Joan. A. d. & Gemin. in c. subscriptum. de rescript. in 6. lapsus. alius. 6. col. 2. Felix. in cap. in nostra. num. 37. de rescript. Rot. decis. 24. de rescript. in 10409. Joan. de Selva. tract. de benefic. parte 3. q. 11. 20.*

quibus vacaverint, cum irritantis appositione decreti: & deinde prædecessoribus ipsis sublatis de medio, ac eorum beneficiorum occurrentibus vacationibus, inter utriusque juris interpretes, etiam officiales Romanæ Curie, sæpenumero hæsitatum extiterit, an beneficia hujusmodi, propter reservationem & decretum prædicta, reservata vel affecta remanserint, ita quod nullus præter Roman. Pontif. de illis disponere poterit, sive possit: reservatione & decreto obstitentibus supradictis. Ac propter ambiguitatem hujusmodi, varias quoque jurisconsultorum opiniones & discrepationes ipsas, adverteremus plerumque pro reservatione & affectatione præmissis, interdum vero e contra pronunciatum & definitum fore. Nos, qui vigilis more pastoris, semper his maturò providendum esse consilio non indigne censuimus: & propterea in singulis causis, super quibusvis beneficiis Ecclesiasticis, eandem ambiguitatem quomodolibet concernentibus, usque ad nostrum beneplacitum superfedere mandavimus: cupientes, quemadmodum nostro incumbit officio, dubiis hujusmodi finem imponere subditorum dispendiis, & ne lites, fiant penitus immortales, de opportuno remedio providere. Felicis recordationis Urbani quinti, Gregorii IX. & Bonifacii VIII. Romanorum Pontificum etiam prædecessorum nostrorum, qui ad submovenda altercationum fomenta, & ambiguitates hujusmodi lucidandas, declarationes similes per suas literas ediderunt, vestigiis inhærendo, ac provide considerantes effectum, per reservationem manusque appositionem eorumdem prædecessorum in dictis beneficiis in esse productum, per obitum nequaquam censi debere revacare. Romani quoque Pontificis manus appositionem prædictam, tantæ efficaciz, tantæque virtutis existere, ut si literæ Apostolicæ super provisionibus beneficiorum aut de providendo mandatis, in quibus decretum & reservatio hujusmodi apponantur, ex aliqua causa suum debitum non sortiantur effectum, facultatem tamen providendi de beneficiis taliter reservatis, quibuscumque aliis fuisse adeptam, hujus perpetuæ irrefragabilis constitutionis edicto, de venerabilium fratrum nostrorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio, omnia & singula beneficia Ecclesiastica secularia & cujusvis ordinis regularia, etiam si præpositatus, canonicatus, præposituræ & præbendæ, dignitates, personatus, administrationes, vel officia fuerint, & ad illa consueverint, qui per electionem assumi, eisque cura imminet animarum, ut præmittitur reservata, & per Romanos Pontifices successores nostros canonice intrantes in posterum reservanda, actu quovis modo vacantia, & in antea vacatura, per hujusmodi reservationem & decretum mansisse & remanere semper affecta, nullumque de illis, cum primum hac de re contigerit, præter eundem Romanum Pontificem ea vice quovis modo disponere potuisse, sive posse, harum serie decernimus pariter & declaramus, quod tam in pendentibus, etiam per appellationem quam in futurum super eisdem beneficiis, ut præmittitur, reservatis committendis causis, per dilectos filios, magistris Capellanos nostros, & causarum palatii Apostolici auditores, atque alios quoscunque delegatos & Judices ubilibet inviolabiliter observari, & secundum præmissa, nec aliter sententiarum & diffiniri volumus, atque mandamus eis & eorum cuilibet, quavis alia super præmissis interpretandi facultate sublata.

## C A P. II.

*Fructus beneficiorum reservatorum seu affectorum, a die vacationis, usque ad diem provisionis, Apostolica Camera adscribuntur.*

## Pius IV.

Cupientes malitiam nonnullorum, qui in possessione monasteriorum, & aliorum beneficiorum Ecclesi-

ficorum dispositioni Apostolicæ reservatorum pro tempore vacantium, sine iusto titulo, ac sine literis Apostolicis, ut illorum fructus durante vacatione hujusmodi usurpent, se intrudere non verentur, occurrere, & Camere nostræ Apostolicæ gravissimis oneribus in aliqua parte sublevandis, quantum cum Deo possumus, consulere, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, neque Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes & singulos fructus, redditus, & proventus, ac jura, obventiones, & emolumenta quæcumque, quomodolibet & qualitercumque nuncupata, omnium & singulorum monasteriorum, etiam consistorialium, & beneficiorum Ecclesiasticorum, cum cura & sine cura, secularium & quorumvis ordinum regularium, nobis & sedis Apostol. tam per constitutiones Apostolicas, quam Cancellariæ Apostolicæ regulas editas & edendas, seu alias quomodolibet, & ex quavis causa generaliter, vel specialiter reservatorum, seu affectorum, in partibus Italia, in quibus collectores & subcollectores spoliatorum, & jurium Cameræ Apostolicæ prædictæ esse consueverunt, ac earum civitatis, & diocesis, consuetum, per obitum, & alias quovis modo præterquam per decessum illa obtinentium, pro tempore vacantium a die ipsorum monasteriorum & beneficiorum vacationis, pro rata temporis, usque ad diem provisionis seu commendæ, de eisdem beneficiis & monasteriis per nos faciendæ, de qua per literas nostras sub plumbo, & non aliter, constare debere volumus, eidem Cameræ auctoritate Apostolica, tenore præsentium reservamus, applicamus, incorporamus, & appropriamus, illaque ei reservata, applicata, incorporata, appropriata esse statuimus.

## C A P. III.

*Menses Apostolica sedi reservati, Episcoporum alternativa residensium non obsunt.*

## Gregorius XIII.

SANCTISSIMUS IN CHRISTO PATER & DOMINUS GREGORIUS (divina providentia) PAPA XIII. cupiens pauperibus clericis, & aliis benemeritis personis providere, omnia beneficia Ecclesiastica, cum cura & sine cura, secularia, & quorumvis ordinum regularia, qualitercumque qualificata, & ubicunque existentia, in mensibus Julii, Augusti, Octobris, Novembris, Januarii, Februarii, Aprilis & Maji, usque ad quinquennium a die publicationis præsentis constitutionis comparandum extra Romanam Curiam, alias quam per resignationem quocunque modo vacatura, ad collationem, provisionem, præsentationem, electionem, & quamvis aliam dispositionem quorumcumque collatorum & collatricum secularium, & quorumvis ordinum regularium, (non tamen S. R. E. Cardinalium, aut illorum sub concordatis, inter sedem Apostolicam, & quoscunque alios initis, & per eos, qui illa acceptare & observare debuerunt, acceptatis & observatis, qua ledere non intendit comprehensorum quomodolibet pertinentia) dispositioni suæ generaliter reservavit. Volens in supplicationibus, seu concessionibus gratiarum, quæ in dictis beneficiis tunc vacantibus, etiam motu proprio fieri, de mense, in quo vacaverint, dispositive mentionem fieri, alioquin gratias nullas esse, ac privilegia & indulta Apostolica disponendi de hujusmodi reservationibus nunquam comprehendantur, etiam cum quibusvis derogatoriis, ac fortioribus, efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & alia decretis, quibusvis personis & collegiis, cujuscumque dignitatis, gradus, ordinis, & conditionis existentibus, quomodolibet concessa, adversus reservationem hujusmodi interrim suffragari.

Insuper Sanctitas sua ad gratificandum Patriarchis, Archiepiscopis & Episcopis intenta, ipsis, quam diu apud Ecclesias aut dioceses suas personaliter resederint,

duntaxat, de omnibus, & quibuscunque beneficiis Ecclesiasticis, cum cura & sine cura, secularibus, & regularibus, & ad liberam ipsorum duntaxat, non autem aliorum cum eis dispositionem, seu presentationem, vel electionem pertinentibus, quæ in antea dictis mensibus Junii, Augusti, Octobris, Decembris, Februarii, & Aprilis, extra Curiam ipsam vacare contigerit dummodo alias dispositioni Apostolicæ reservata, vel affecta non fuerint) libere disponendi facultatem concessit. Ac etiam voluit, quod si ipsi in collatione aut alia dispositione beneficiorum, in aliis sex mensibus, videlicet Julii, Septembris, Novembris, Januarii, Martii, & Maji vacaturorum (quæ etiam dispositioni suæ, ut præfertur, reservavit) seu etiam aliorum dispositioni suæ, & dictæ sedis aliz quomodolibet reservatorum, vel affectorum, sese intromiserint, aut quo minus provisiones & gratiæ sanctitatis suæ de illis debitum effectum consequantur, impedimentum quoquo modo præstiterint, usu, & beneficio prædictæ facultatis eo ipso privati existant, ac collationes, & aliz dispositiones de beneficiis illius prætextu deinceps faciendæ nullius sint roboris, vel momentæ. Illi vero, qui gratiam alternativæ prædictæ acceperit voluerint, acceptionem hujusmodi per patentes literas suo sigillo, munitis declarari, & literas ipsas huc ad datarium sanctitatis suæ transmittere teneantur. Quibus ab eo receptis & recognitis, tunc demum, & non antea, uti incipiant gratia supradicta.

## C A P. IV.

*Reservantur, sedi Apostolica beneficia omnia, propter crimen hæresis vacantia.*

## Pius Quintus.

Cum ex Apostolatus officio nobis (meritis licet imparibus) credito, cura dominiæ gregis nobis immincat generalis, & exinde teneamur, more vigilis pastoris, vigilare, & attentius providere, ut Ecclesiis, monasteriis, & quibusvis aliis beneficiis Ecclesiasticis, nunc & pro tempore, propter esimen hæresis vacantibus & vacaturis, tales viri eis præstantur idonei, qui detestandas ac nefarias hæreses, diabolo disseminante, contra veræ & orthodoxæ fidei puritatem exortas, de agro Domini extirpare, & populos sibi commissos ad catholicæ Ecclesiæ veritatem reducere doctrina, verbo, & boni operis exemplo valeant. Præmissorum itaque consideratione inducti, & aliis ad id suadentibus rationabilibus causis, nonnullis etiam prædecessorum nostrorum vestigiis, in hærendo, motu proprio, non ad alicujus nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed de mera nostra voluntate, & deliberatione, omnia & singula beneficia Ecclesiastica, cum cura & sine cura, secularia, & quorumvis ordinum, etiam sancti Joannis Hierosolymitani & aliarum quarumvis militiarum regularia, quæcunque & qualiacunque sint, etiam si secularia, canonicatus & præbendæ, dignitates, personatus, administrationes, vel officia in cathedralibus, etiam Metropolitanis, vel collegiatis, & dignitates ipsæ in cathedralibus etiam Metropolitanis, post pontificiales majores seu collegiatis Ecclesiis hujusmodi principales. Regularia vero beneficia hujusmodi, monasteria etiam consistorialia, prioratus, præpositura, præposituras, dignitates etiam conventuales, personatus, administrationes, vel officia etiam claustralia, ac hospitalia & præceptorata, & alias quomodocunque qualificata fuerint, ordinationi & dispensationi nostræ, & sedis Apostolicæ, hac perpetuo constitutione vilitate auctoritate Apostolicæ tenore presentium reservamus. Declarantes omnes & quascunque imperationes de beneficiis, ut præfertur quomodocunque qualificatis, certo modo in futurum faciendis, & obtinendis, beneficia hujusmodi propter hæresim vacantia, & in futurum vacatura, non comprehendere, nisi specialiter, & dispotitive vacationis modus propter crimen hæresis expressus fuerit, & illum

nullo modo sub quibusvis clausulis & decretis comprehendendi quantumcunque generalibus, in quibusvis gratiis & concessionibus per nos & Roman. Pontific. successores nostros faciendis, etiam per Fiat signatis & concessis, ac decernentes omnes & quascunque impetrationes, de quibusvis beneficiis, ut præfertur, qualificatis ac tenentibus factas & obtentas nisi earum vigore in iudicio per impetrantes crimen hujusmodi deductum fuerit, & super eo sententiam favorabilem obtulerint, vel dictorum beneficiorum possessionem assequuti fuerint, ad revocationem hujusmodi, propter crimen hæresis se non extendere, & illam neminem comprehendere decernimus, VI. Calend. Feb. 1566.

## C A P. V.

*Dispositio beneficiorum personis prohibitis, propter genus aut hæresim, & a fide defectivis, irrita est, & ad Pontificiam reservationem reservatur.*

## Gregorius XIII.

IN Ecclesiis præsertim insignibus, hoc magnopere curandum est, ut Sacerdotes & personæ salubribus eorum institutis conveniens ordinentur: quod quantum in nobis est, enititur, atque eos ab illis repellendos in primis contendimus, qui propter genus, aut hæresim, & a fide apostasiam, sive proprio, sive strpis, sive cognatorum vitio contaminati, per canonicas functiones, aut statuta hac sede firmata, aut Apostolicæ privilegia prædictis Ecclesiis prohibentur. Sed nobis negotiorum magnitudine distentis, hujus generis nonnulli ad illarum Sacerdotia frequenter obrepunt, inter quos quidam existimationis suæ prodigi, etiam se ab illis expulsum iri sciunt, spe tamen inconcessa præsumunt, se inde vel permutatione, vel quoquo pacto beneficium, pensionem, aut quid aliud exacturos. Nos malum hoc, quo dictæ Ecclesiæ sæpius divexant, penitus evellere volentes, presentium auctoritate decernimus, omnes, & quoque Apostolicas, nec non legatorum dictæ sedis, & aliorum omnium, ab ea facultatem disponendi habentium, ac etiam ordinarias dispositiones dignitatum, præbendarum, beneficiorum & officiorum ejusmodi Ecclesiarum, in quascunque personas sic infectas, & per hujusmodi functiones, seu statuta, vel privilegia, ut præfertur, inhabiles, vires & effectum non habere, personarumque hujusmodi, illarum prorsus usu, & commodo carere, beneficiaque ipsa, ut prius vacare, & quæ ex illis tempore dispensationis Apostolicæ prædictis personis, illi reservata fuerint vel affecta, sub eadem reservatione vel affectatione monere, & tam illa, quam etiam omnia alia non reservata neque affecta, de quibus ab ipsa sede, ac legatis & aliis facultatem habentibus prædictis, in hujusmodi personarum quomodocunque dispositum fuerit, ad novam Romani Pontificis dispositionem duntaxat pertinere, eaque ab aliis idoneis ab ipsa sede duntaxat, libere impetrari posse. Impetrationes tamen ac etiam motu proprio concessionem, nisi modus vacationis necnon casus ac decretum hujusmodi, non conditionaliter, aut per equipollens, sed definite, nominatim, ac dispositivè in illis exprimentur, omnino non valere. Ab ordinariis vero (cessantibus reservationibus vel affectationibus Apostolicis) pro tempore collata, devolutioni, juxta Lateranensis statuta Concilii subjacere, necnon irritum & inane, quicquid fecerit per quoscunque, scienter vel ignoranter, contigerit attentari. Reservationibus Apostolicis fructuosæ, pensionum, & aliarum rerum hujusmodi beneficiorum, in personas idoneas, etiam de hujusmodi contaminatorum consensu factis, eisdemque ab illis interim præstitis vel solutis, nihilominus valutaris. Romæ idib. Novembr. 1580.

## C A P. VI.

*Provisi de beneficiis reservatis sedi Apostolica, ejusdem auctoritate infecti, pro mai'a fidei possessoribus habentur.*

Clemens VII.

**A**dmonet nos incumbens nobis pastoralis officii cura, ut non solum nobis, sed etiam cunctorum Christiani fidelium, & praesertim Ecclesiasticarum personarum protectibus diligenter intenti, illorum occurramus dispendiis, & quae in eujuscunque ipsorum praedictorum sine noxam, quavis etiam auctoritate prodissile comperimus, salubriter reformemus. Sane dudum ad nostram pervenit notitiam, qualiter nonnulli Archiepiscopi, & Episcopi ac Ecclesiarum Praelati, nonnulli etiam Principes, & domini temporales, inelytae nationis Germanicae, post miserabilem urbis direptionem, collationes & dispositiones beneficiorum Ecclesiasticorum, nobis & sedi Apostolicae, etiam virtute concordatorum, inter sedem & nationem praefatas reservationum, temere usurpare praesumpserint, ac collationes & dispositiones nostras, & dictae sedis de illis factas, admittere contempserunt, nedum in nostrum & ipsius sedis vilipendium, sed etiam in jurium nostrorum & ejusdem sedis, ac illorum, quibus de ipsis beneficiis providimus, aut in quorum favorem alias disposuimus, seu providi & disponi mandavimus, grave praedictum. Nos qui a dictis concordatis quae olim Romanae Ecclesiae & dictae nationis hominibus, pro ipsius Ecclesiae unione, ac pace & tranquillitate, inter Ecclesiam & nationem praedictas, perpetuo solidandis & conservandis, laudata, conclusa, & accepta fuerunt, nullatenus recedere intendimus, ne dicti praesumptores & contemptores, aut per eos in dictis beneficiis intrusi, ex hujusmodi temeraria praesumptione gloriantur valeant, neve ipsi intrusi, ex adulterinis eorum titulis, aliquem fructum reportent, nec illis, quibus de beneficiis praedictis per nos aut dictam sedem, seu eius auctoritate provisum exitit, & in futurum providebitur, per aliquis temporis fluxum, seu aliquam partem vel tolerantiam, praedictum fiat aut factum censetur, ex pastoralis officii debito providere volentes, ac concordatis praedictis firmiter inhaerentes, motu proprio, & ex nostra matura deliberatione, ac certa scientia, auctoritate Apostolica, de Apostolica potestatis plenitudine, tenore praesentium declaramus, praetensas collationes, & alias dispositiones, de quibuscunque beneficiis Ecclesiasticis, cum cura & sine cura, nobis & dictae sedi, ut praesertim, reservatis, per Archiepiscopos, Episcopos, Praelatos, ac seculares Principes, & dominos quoscunque dictae nationis, seu ad eorum praesentationem vel nominationem, etiam per ordinarios ipsorum beneficiorum collatores, a tempore dictae direptionis, citra contraque tenorem & formam dictorum concordatorum quomodolibet factas, & in posterum faciendas, personis, quibus aut in posterum fient: nisi sint per nos, aut nostra, vel dictae sedis auctoritate approbatae, nullum titulum vel colorem ipsa beneficia possidendi tribuisse, aut in futurum tribuere, sed & illos pro mala fidei possessoribus, & mere intrusis ab omnibus haberi & ceteri, ac fructus per eos ex beneficiis hujusmodi perceptos & percipiendos, nullo unquam tempore suos facere, sed ad illorum restitutionem in utroque foro efficaciter obligatos esse, & ad illorum restitutionem, ad eorum quorum intererit, seu etiam huiusmodi instantiam, omnibus viis iuris, & remediis compelli posse & debere, & eos nullo unquam tempore, beneficio regularum de annali & trienniali pacifico possessore gaudere potuisse aut posse: Illis vero quibus eadem beneficia per nos, aut auctoritate nostra vel dictae sedis, tenore & forma concordatorum hujusmodi servatis, collata seu commendata sunt, aut in futurum conferentur vel commendabuntur, necnon Ecclesiis & locis Ecclesiasticis, ac Collegiis, quibus perpe-

tuo vel ad tempus eadem auctoritate unita sunt, aut in posterum unientur, ac omnibus illis, qui in executione litterarum Apostolicarum eis concessarum, per constitutiones, seu mandata Archiepiscoporum, Episcoporum, Praelatorum, Principum, vel dominorum praedictorum, haecenus quomodolibet impediri fuerunt, aut in posterum impedientur, dictas regulas, quaecunque temporis fluxum, seu patientiam vel tolerantiam minime obtinere debere, quo minus contra dictos intrusos, & intrudendos quocunque tempore judicialiter expedit valeant.

**TITULUS XII.  
DE PENSIONIBUS.  
CAP. I.**

*Reservari pensiones non debent in diminutionem Monasteriorum & Ecclesiarum regularium.*

Leo Decimus, in Concilio Lateranensi.

**Q**uoniam Ecclesiis Monasteriorum absque aliqua fructuum diminutione provideri deest, ut tam dignitati praesidentium, quam Ecclesiarum & adfictorum necessitati consulatur, decernimus pariter ac statuimus, ut super earundem Ecclesiarum fructibus, pensiones minime referantur, nisi ex resignationis causa, aut etiam alia, quae in secreto nostro consistorio iusta, probabilis & honesta habita fuerit.

**CAP. II.**

*Laici, & qui calibatum sacris ordinibus annexum non colunt, beneficiorum pensionibus jure frui nequeunt.*

Pius V.

**L**aici extra conjugium & in coelibatu viventes, ac bigami & clerici conjugati, nullas novas pensiones aut fructus, aut omnino alias res Ecclesiasticas habeant, nec ipsi etiam qui conjugati non sunt, si ad primas aut alias nuptias transferint, antiquas deinceps percipere. Clerici vero & alii matrimonium etiam cum unica & virgine contracturi, postquam illud contraxerint, nec antiquas retinere, nec novas assequi possint, sed nec illi laici, nec clerici privilegio transferendi pensiones, fructus aut alias res hujusmodi de cetero possint, accipientes omnes transferendi facultates ex nunc, antiquas vero pensiones, & alias reservationes tam laicis, quam clericis concessas, & quas ipsos clericos habere contigerit, per futurum contractum matrimonium hujusmodi extinctas esse. Rom. 5. Id. Septemb. 1568.

**TITULUS XIII.  
DE UNIONIBUS BENEFICIORUM.  
CAP. I.**

*Parochialium perpetuo unitarum piis locis portio assignanda Vicariis, non sit major centum, nec minor quinquaginta scutorum.*

Pius V. Ex Concilio Tridentino.

**A**d exequendum pastoralis officii debitum, vigilantibus studiis intendentes, ad ea, per quae cathedralium, aliarumve Ecclesiarum, necnon Monasteriorum, beneficiorum, seu collegiorum, ac aliorum piorum locorum prospere profectui, divinique cultus augmento, & opportune congruaque sustentationi parochialium Ecclesiarum eisdem unitarum statui feliciter dirigendo, & personarum in illis curam animarum exercentium utilitati recta & provida moderatione consuli, & salubriter provideri valeat, libenter interponimus

no.

*a Concordata reservationum edidit Nicolaus V. in gratiam Germanorum 1447. 14. Cal. April. cum Frederico Imperat. aliisque Ecclesiasticis & secularibus loci Principibus.*

*a DD. in cap. praeterca. 23. de jure patron. sect. in c. suggest. 8. de decimis.*



nostræ sollicitudinis partes. Hinc est quod nos, ad quorum aures (quod non sine animi nostri molestia referimus) pervenit, nonnullos ex venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, in deputandis Vicariis, ac in assignatione portionum, Vicariis perpetuis parochialium dictis Ecclesiis, Monasteriis, beneficiis, collegiis, vel locis piis perpetuo unitarum, ex Concilio Tridentino a faciendâ, ita modum excessisse, ut parum aut nihil ex fructibus, redditibus & proventibus parochialium Ecclesiarum sic unitarum, Ecclesiis, Monasteriis, beneficiis, collegiis, aliisve locis piis remaneret, ob idque multæ ortæ sint super hoc controversiæ, circa interpretationes dicti Concilii.

Nos ad eas tollendas animum intendentes, considerantesque uniones ipsas ideo a prædecessoribus nostris factas esse, ut ex redditibus & emolumentis beneficiorum unitorum, Ecclesiis, Monasteriis, collegiis, beneficiis, & locis piis, quibus illa uniuntur, facilis onera eisdem incumbentia supportentur, & promptius a ministris Ecclesiasticis, in eisdem divina officia celebrentur, hospitalitas servetur, aliæque charitatis opera exerceantur, ac etiam, ut nihilominus cura animarum dictarum parochialium laudabiliter exerceatur, motu proprio, & ex certa nostra scientia, auctoritate Apostolica, hac nostra perpetuo valitura constitutione statuimus, & ordinamus, ac declaramus, quemadmodum etiam de ipsius Concilii mente fuisse cogitimus, Patriarchas, Archiepiscopos & Episcopos prælatos, in assignatione portionis ipsi Vicariis perpetuis ex prædicto Concilio ipsorum Prælatorum arbitrio faciendâ, ita se continere & arbitrari debere, ut non major centum, nec minor quinquaginta scutorum annuorum summa, computatis omnibus etiam incertis emolumentis, & aliis obventionibus communiter percipi solitis, eis omnino assignetur, nisi Vicariis temporariis solum fuisset plus assignari, sive in quantitate aut quota fructuum, pecuniæque numerata, fundo seu alia re stabili portio huiusmodi constituitur, cujuscunque valoris parochialis Ecclesia unita fuerit, & habita etiam ratione reddituum & onerum loci, cui parochialis ipsa unita fuerit, ita quod portiones ultra vel infra dictas summas scutorum centum, & scutorum quinquaginta hæctenus assignandæ, quoad excessum & defectum huiusmodi nullius roboris & momenti existant, & ad summas prædictas reductæ & auctæ respective censeantur, nisi tamen valor annuus ipsius parochialis unitæ habita ratione (ut præfertur) minor sit quinquaginta scutis, quo casu portio assignata vel assignanda Vicario perpetuo, non debeat excedere summam annuam valoris dictæ parochialis, sed sufficiat, quod omnes fructus ejus duntaxat attribuantur ipsi Vicario perpetuo.

Et quoniam iniquum esset, eos, qui commodis privantur, eadem onera, quæ prius sustinebant, debere sustinere, volumus & statuimus, quod Ecclesiæ, Monasteria, collegia, beneficia, & pia loca huiusmodi, in quorum parochialibus Ecclesiis unitis contingat Vicarias prædictas erigi, pro quantitibus fructuum ipsis Vicariis perpetuis assignatorum, ad solutionem quindenniorum, quam nobis & Cameræ Apostolice solvunt, ulterius non teneantur, sed eis detractio fiat ad ratam certorum, quæ de fructibus dictarum parochialium percipiuntur: Ita tamen, quod Vicarii perpetui, qui pro tempore deputantur, teneantur accipere a sede Apostolica novam provisionem suæ deputationis, & solvere annuam pro portione fructuum, reddituum & proventuum certorum sibi assignata, & expedire literas Apostolicas, nec alias ad possessionem dictarum Vicariarum perpetuarum, & servitium earundem parochialium admitti possint, nisi

soluta annata, & expeditis literis Apostolicis nova provisionis, ut præfertur: alioquin integrum quindennium solvi debere, nec Vicarii prædicti antea tuta conscientia fructus percipere possint. Volumus insuper, & ita mandamus, quod dicti Vicarii perpetui non liberam ordinariarum electionem, sed ad nominationem illorum, in quorum Ecclesiis unitis ponentur, cum ipsorum ordinariarum, seu eorum Vicariarum, prævio examine approbatione deputentur. Et si dictæ parochiales unitæ erant Monasteriis regularium mendicantium, possint a superioribus dictorum Monasteriorum nominari ex ipsis mendicantibus, quos si ordinarii prævio examine, per se aut eorum Vicarios faciendū, idoneos ad curam animarum exercendam invenerint, & ita pro idoneis approbaverint, teneantur in Vicariis, ad nutum tamen superiorum suorum amovibiles, deputare. Idemque etiam servetur in regularibus Monachis tantum, dummodo in ea parochiali, in qua unus ex eis Monachis fuerit, servata forma prædicta, Vicarius deputatus, habitent cum eo saltem quatuor alii ex dictis Monachis.

#### TITULUS XIV.

#### DE RESIGNATIONIBUS ET PERMUTATIONIBUS, C A P. I.

*Legitima beneficii resignatio, omnium temporis, & personarum dolum excludens, certo dierum spatio ante obitum firmari debet.*

Innocent. VIII.

**P**resumimus resignationes fide & non vere fieri, si illi, qui literas facultatis & licentiæ, cum clausula ( *etiamsi compromittantur seu simpliciter in eorum favorem resignantium beneficia Ecclesiastica, dispositioni Apostolica generaliter reservata existant* ) habent, & personæ compromittentes cum eis, seu simpliciter in eorum favorem resignantes, resignata per eos beneficia quatuor menses ante resignationes ipsas pacifice non possederint, vel ipsi resignantes, intra mensem post resignationes ipsas, morte præventi fuerint, si tamen tempore resignationum seu permutationum eorundem infirmi erant, ea infirmitate, de qua decesserint.

#### C A P. II.

*Resignationes & iurium concessiones infra quod tempus publicari debeant.*

Gregor. XIII.

**H**umano vix iudicio ita bene quicquam, & providenter fanciri potest, quin usus sæpe aperiatur, doceatque id quod salubre fore credebatur, minus experiendo prodesse: quod in illis constitutionibus, quas ad prohibendas simulatas, occultave beneficiorum Ecclesiasticorum resignationes, diversi Rom Pont. multifariam ediderunt, & sel. record. Pius Papa V. prædecessor noster, novissime promulgavit, cognoscimus accidisse. Nos hoc malum prout occasio necessitasque postulat coercere volentes statuimus, ut posthac omnes & quæcunque resignationes, etiam causa permutationis ac commendarum, & etiam literis Apostolicis non confectis, & possessione non habita, necnon litis & iurium quorumcunque cessiones, ac retrocessiones, quæ deinceps de quibuscunque beneficiis Ecclesiasticis, in nostris, seu Rom. Pontif. pro tempore existentis manibus, ac etiam coram Notario publico & testibus fient, & a nobis, vel illo, seu nostro, vel illius mandato admittentur, & super eis provisiones, & quæcunque

*a Beneficia nisi certo tempore ante mortem fuerint resignata, resignatio, quam mors mox sequitur, facta tanquam fraudulenta & fraudis presumptione gravata, non subsistit, ut est in rep. cancell. de infr. resig. intra 20. dies. Quæ regula quo pacto sit intelligenda, latius explicant Gomezus & Rebuffus.*

*a De portionibus assignandis Vicariis perpetuis habes decretum Concilii Trident. sess. 7. c. 5. Et de unionum forma. c. 9. sess. 14. & sess. c. 13. & 15. de reformatione.*

tuncque alia dispositiones, sive temporales, sive perpetuas, aut ad hoc mandata Apostolica, sub quacunque forma, & quibuscunque etiam sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, ac piis locis quocunque privilegio suffultis, facta publicari debeant cum literis Apostolice sedis confectis, intra sex a menses, si beneficium citra montes fuerit, ultra vero intra novem, a data concessionis gratiæ, non autem a die præstiti super ea consensus numerandos, etiam si postea concessio gratiæ hujusmodi ex quavis causa, diversisque subsequenter datis, ac quoviscunque & quovismodo reformatæ, & valida reddita fuerit, pluresve, & quotquot in alium, vel alios cessiones, ac etiam in ipsammet primum resignantem vel cedentem retrocessiones, termino prædicto nondum elapso, intercesserint, ita ut unicuique duntaxat terminus omnibus his successivis cessionibus ac retrocessionibus decurrat, ut qui postremo gratiam haberit, publicationem hujusmodi facere, ceteraque omnia hic præscripta intra eundem terminum præstare teneatur. Ipsa autem publicatio in cathedrali, & in beneficii Ecclesiæ, vel Ecclesiis, si in pluribus illud sit, fiat, ibique dum frequens populus ad Missarum solennia convenerit, palam omnibus, litteræ Apostolicæ prædictæ, earumve transcriptum authenticum exhibeatur, claraque & intelligibili voce resignatio seu cessio hujusmodi, ac beneficii qualitas, & invocatio, nominaque, & cognomina resignantis sui cedentis, ac illius, in cuius favorem gratia hujusmodi facta est, pronuntientur, ita ut hæc omnia possint ad notitiam omnium ibi existentium verisimiliter pervenire, scriptoque de his omnibus exemplo collato valvis dictarum Ecclesiarum affixum relinquantur. Si vero Ecclesiæ beneficii ruralis sit, aut populo, conventuque careat, eo casu in parochiali, intra cuius parochiæ limites beneficium ipsum consistit, & in cathedrali Ecclesiæ, vel locus bello, seu peste, aliisve manifestis periculis subiaceat, tunc in proxima parochiali, ac etiam in cathedrali Ecclesiæ, vel si aditus ad illas, aut utramvis, minime sit securus, in alia cathedrali vel parochiali viciniori periculis immuni, publicatio hujusmodi peragatur. Is quoque, in quem disponi vel mandari de beneficio, etiam litigioso, vel accedente non possessore, sub quacunque forma contigerit, possessionem beneficii intra dictum tempus, vigore literarum Apostolicarum desuper confectarum, nec alias apprehendere debeat, & si propter litem, aut aliud legitimum impedimentum nequiverit, saltem literas Apostolicas cum eorum publicatione, si tunc facta erit, Judici, seu executori illarum, vel aliis, ad quos pertinet, per se vel procuratorem suum legitimum, intra idem tempus præstare, & apud illum vel illos pro ipsarum literarum executione instare, & possessionem hujusmodi instanti petere teneatur. Ceterum modus & forma hęc tradita semper & ubique debeat observari, nec alia, vel æquipolens ullo modo admitti, in omnibus hujusmodi resignationibus, cessionibus quorumcunque beneficiorum, tam regularium quam secularium. Quod si quicquam prædictorum omisum fuerit, dictis terminis utcumque modo sint irritæ & inanes. Dat. Rom. Non. Jan. 1583.

## C A P. III.

*Resignationes legitimis de causis tantum admitti debere.*  
Pius V.

**Q**uanta Ecclesiæ Dei incommoda omni tempore attulerit, & nunc quotidie magis afficit, ministrorum in eam ingressio viciosa, jam late perspiciant, & cum moreo expendant Præsules omnes & Pastores, quando

*a Hi menses computari debent a die supplicationis, non a die consensus, quamvis Ganes. asserat a tempore consensus computandos. q. 7. Paris. cons. 243. Christoph. Ruffin. de benef. b. Meritis suffragantibus. non ambitu proveri debent & ad beneficia & sacr. limina ingredi. c. nullus itaque l. c. inscript. 8. q. 1.*

hęc perniciës cæterarum omnium maxima, tam multas orbis Ecclesias impie violavit. Quia vero hoc malum, cum in cæteris frequens, tum maxime in beneficiorum, & officiorum Ecclesiasticorum dimissione admittitur, nemini molestum esse debet, quod periode de repræmendis quotidianis fraudibus, quæ hac in re frequentiores inter noscuntur, certam aliquam rationem tandem inturi, officii nostri partes in prohibenda omnibus interim resignationum hujusmodi receptione, paulo severius interposuerimus, omnesque beneficiorum interim resignandorum dispositiones, quæ fierent, in irritum revocaverimus, ac etiam decernimus, nullam per eas in illis jus, neque titulum, vel coloratum, tam in petitorio, quam in possessorio, ipsis provisum tribuere, quin etiam eos, ad illa deinceps obtinenda, perpetuo inhabiles fore: Collatores vero alias in illorum dispositione, etiam tanquam devolutionis jure, sese interponere non possunt, sed de eis, ut vere vacantibus, sive per Romano Pontifices, sive alios collatores eorundem superiores, uti præventum esset, libere provideri.

Nunc autem intendentes institutum hoc nostrum, quo sanctuarium Domini capimus illibatum auctore Domino persequi, ac simul, quantum in nobis est, cavere, ne resignationes ipsæ dehinc pro cuiusque arbitrio, nullisque vel certe levibus causis, passim, & temere admittantur, prohibitionem, & alia prædicta ac cetera omnia, nostris super hoc literis contenta, cætenus relaxamus, ut posthac Episcopi, & alii facultatem habentes, eorum duntaxat resignationes recipere & admittere possint, qui aut sentio confecti, aut valetudinarii, aut corpore imbecilli, vel vitiosi, aut criminii obnoxii, censurisque Ecclesiasticis irretiti, aut nequeant, aut non debent Ecclesiæ, vel beneficio inservire, seu qui unam aliud vel plura beneficia obtinuerint, vel quos ad aliud contigerit promoveri, religionem quoque ingressuri, vel matrimonium contractari, si statim postea id re ipsa exquantur, denique cum quis ex aliis casibus acciderit, qui constitutione felicis recordationis Innocentii Papæ III. de dimittendis cathedralibus Ecclesiis, edita continentur. Qui etiam ob capitales inimicitias nequeant, vel non audent, in loco beneficii residere secuti. Sed nec horum ullus sacro ordini mancipatus, nisi religionem ingressurus, valeat ullo modo beneficium vel officium Ecclesiasticum resignare, nisi aliud ei sit, quo in vita possit commode sustentari. Ad hæc beneficiorum permutationes admittere, quæ canonicis sanctionibus, & Apostolicis constitutionibus permittuntur. Caveant autem Episcopi, & alii prædicti, itemque omnes electores, presentatores, & patroni tam Ecclesiastici, quam laici, quicumque sint, ne verbo quidem aut nutu, vel signo, futuri in hujusmodi beneficiis & officiis successores, ab ipsis resignantibus, aut aliis eorum significatione vel horratu designentur, aut de his assumendis promissio inter eos, vel etiam intentio qualifecunque intercedat. Ceterum præcipimus atque interdiximus, ne ipsi Episcopi, aut alii collatores, de beneficiis & officiis resignandis prædictis, aut suis, aut admittentium consanguineis, affinitibus vel familiaribus, etiam per fallacem circuitum multiplicatarum in extraneos collationum, audeant providere: quod si fecerit, ac etiam quicquid præter vel contra formam prædictorum fuerit a quocunque temere attentatum, id totum ex hunc vires & effectum decernimus non habere. Qui vero contra fecerint, ut in eo quo deliquerint puniantur, a beneficiorum & officiorum collatione, necnon electione, presentatione, confirmatione, & institutione, prout cuique competierit, tam diu suspensi remaneant, donec remissionem a Rom. Pont. fuerint obtinere, & qui talia beneficia seu officia receperint, eos prædictis poenis volumus subiacere. Et nihilominus in eos, qui sic suspensi, conferre, eligere, presentare, confirmare, vel instituere, ausi fuerint, excommunicationis, quoad personas, quo vero ad capitalia, & con-

ven-

ventus, & divinis suspensionis sententia ipso facto promulgamus. Romæ Cal. April. 1568.

## C A P. IV.

*Consensus qui præstari debet in beneficiorum resignationibus, quo pacto notetur & computetur in libris Camera Apostolica.*

## Clemens VII.

**S**anctissimus in Christo pater & D. N. D. Clemens, divina providentia Papa VII. Constitutionem suam de consensibus in Cancellaria vel Camera Apostolica extant de cætero præstandis, quoad materias Franciæ infra tres menses, in aliis vero infra quindecim dies, a die extensionis eorundem consensuum computandos, in libris solitis & authentice annotandos, ad obviandum fraudibus quæ in retardatione annotationis consensuum hujusmodi committentur, nuper prædictam declarando, voluit, quod dicta tempora, non a die extensionis consensuum in dictis libris, cum ipsa constitutio sic nihil operaretur, nec per eam dictis fraudibus in aliquo obviaretur, sed a die præstationis eorundem consensuum, intelligi debeant. Et quoniam nonnunquam præstantur consensuum super supplicationibus nondum ad registrum missis, seu adhuc penes Datarium suum existentibus, & notarii non possunt tales consensuum in dictis libris annotare, nisi videant hujusmodi supplicationes registratas seu expeditas, & sæpe labantur dicta tempora, antequam ipsæ supplicationes ad registrum mittantur seu expendantur, voluit & declaravit, quod tunc & eo casu dicta tempora a die, quo Datarium hujusmodi supplicationes ad registrum vel summam miserunt, computari debeant, diem autem missionis hujusmodi de cætero annotabit Datarium, pro tempore in calce supplicationum consensuum aliquem requirerentium, per hæc verba videlicet: *Missa die tali N. Datarium*: quæ verba voluit ad plenam probationem missionis prædictæ sufficere. Præterea voluit, quod notarii de talibus consensibus rogati, in annotatione illarum in dictis libris faciendâ, teneantur de die missionis hujusmodi, sicut de data supplicationum, expressam mentionem facere, ut die præstationis consensuum, & die missionis supplicationum hujusmodi simul junctis, ex illorum inspectione evidenter appareant ipsi consensuum infra tempora prædicta in dictis libris annotati: & notarii requisiti de cætero ad ponendum aliquos consensuum in libris prædictis, si ex inspectione dierum præstationis consensuum, ac missionis supplicationum, viderint dicta tempora ad annotandum consensuum, ut præsertur, præfixa esse lapsa, consensuum tales in dictis libris annotare nullatenus præsumant, sub pœnis dictæ prioris constitutione contentis. Et nihilominus annotatio de illis sic extra tempora prædicta pro tempore facta, ipsique consensuum sic annotati, viribus omnino careant, nulliusque sint roboris vel momenti. Narrativa quoque per verbum Hodie vel Nuper, in literis Apostolicis super materiis, ad quarum expeditionem consensuum aliquis requiritur, pro tempore expeditis posita, contra præmissa minime attendi debeat, nec aliquem effectum operetur.

## C A P. V.

*Beneficiorum fraudulente permutationes prohibentur.*

## Pius IV.

**S**anctissimus in Christo Pater & Dominus noster, Dominus Pius, divina providentia Papa IV. ad casus aures pervenit, nonnullos beneficia Ecclesiastica per eos obventa, in amicorum aut alias sibi gratiarum personarum favorem, etiam in ordinariorum illorum collatorum manibus, contra juris dispositionem resignare cupientes, etiam fictâ permutationis formam excogitasse, per

quam se beneficia hujusmodi ex causa permutationis, alias de jure approbare, pro quodam imaginario, nec usquam reperibili beneficio (quod beneficium de Pertica, seu alio nomine vocant) illud per suppositivum compertum suum obtineri asserentes, & non alias, in dictis manibus resignant, talesque resignationes ex causa præsentis permutationis admitti, ac de suis veris beneficiis, tanquam per dictas resignationes vacantibus, eisdem fictis compertumationibus, seu potius ipsi fieri compertumantes, sibi provideri præcurant, hac indirectâ via beneficia in aliorum favorem simoniace resignando, in factorum canonum fraudem, & animarum tuarum periculum.

Proinde considerans illud fictivum de Pertica, aut alias nuncupatum, incertum, incorporeum & inane, nullibi que reperibile, se vera non esse beneficium, ac propterea veram cum eo permutationem fieri non posse (tamen non desinat, qui subtili potius, quam vera rationatione contrarium pertinaciter asseverare nitatur) ac propterea Ecclesiam sanctam eura sua divinitus commissam hoc pravo abusu, fraudulentique commento subtiliter emundare volens, hac perpetuo valitura constitutione prohibuit, ne quis de cætero tales permutationes simulatas facere, neque beneficium de Pertica, aut aliud hujusmodi fingere, neve locorum ordinarii seu quivis alii resignationem alicujus beneficii, ex causa præsentis permutationis cum beneficio de Pertica hujusmodi, seu quovis alio quocunque nomine sic dolo & in fraudem nominato factâ, vel faciendâ tanquam metam fraudem sapientem tanquam vere & virtualiter in favorem alterius factam, ac propterea illicitam admittere præsumant. Decernens omnes & singulas beneficiorum resignationes, prætextu permutationis hujusmodi, eorumque subsecutas admissiones ac provisiones, & alias dispositiones, quavis etiam Apostolica auctoritate faciendas, nullas & irritas, nulliusque fore roboris vel momenti, irritum quoque & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scieniter vel ignoranter contigerit attentari.

## T I T U L U S XV.

DE FRUCTUUM BENEFICII RES-  
STITUTIONE.

## C A P. I.

*Susceptor fructus, Clericus omissis dicere officium, restitueret debet.*

## Leo X. in Concilio Lateranensi.

**S**tatuimus & ordinamus, quod quilibet habens beneficium, cum cura vel sine cura, si post sex menses ab obtento beneficio divinum officium non dixerit, legitimo impedimento cessante, beneficiorum suorum fructus non faciat suos, pro rata omissionis officii & temporis, sed eos tanquam injuste perceptos, & fabricas Ecclesiarum, ejusmodi beneficium, vel pauperum elemosynas erogare teneantur: si vero ultra dictum tempus in simili negligentia contumaciter permanserit, legitima monitione præcedente, beneficio ipso privetur, cum propter officium detur beneficium. Intelligatur autem officium omittente, quoad hoc, quod est de beneficio, privari posse, qui per quindecim dies illud saltem hoc non dixerit, Deo tamen ultra præmissa debita omissionis reddituri rationem. Quæ pœna in habentibus beneficia reiterabilis totiens sit quotiens contra facere convincantur.

## C A P. II.

*Fructuum amissis ob neglectas horas canonicas pro rato temporis præteritis officii perpenditur.*

Ritas

Pius V.

**E**X proximo Lateranensi Concilio hæc pia & salubris sanctio emanavit, ut quicumque habens beneficium Ecclesiasticum, cum cura & sine cura, si post sex menses, quam illud obtinuerit, divinum officium, legitimo cessante impedimento, non dixerit, beneficiorum suorum fructus, pro rata omissionis, officii & temporis, suos non faciat, sed eos, tanquam injuste perceptos, in fabricas ipsorum beneficiorum vel pauperum elemosynas erogare teneatur. Veruntamen multorum animi suspensione tenetur, cujusmodi ratæ prædictæ ratio sit habenda? Nos huic rei evidentius atque expressius providere volentes, statuimus, ut qui horas omnes canonicas uno vel pluribus diebus intermiserit, omnes beneficii seu beneficiorum suorum fructus, qui illi vel illis diebus responderent, si quotidie dividerentur: qui vero matutinum tantum, dimidiam: qui cæteras omnes horas, aliam dimidiam: qui harum singulas, sextam partem fructuum ejusdem diei amittat: tamen aliquis choro addictus non recitans omnibus horis canonicis cum aliis præsens adsit, fructusque & distributiones forte aliter assignatas, sola præsentia, juxta statuta, consuetudinem, fundationem, vel alias sibi lucrificasse præcedat. Is etiam, præter fructuum & distributionum amissionem: item ille, qui primis sex mensibus officium non dixerit, nisi legitimum impedimentum ipsum excusaverit, grave peccatum intelligat admisisse. Declarantes præstimoniam, præstimoniales portiones, & qualiacunque beneficia, etiam nullum omnino servitium habentia, obtinentes, cum prædictis pariter contineri. At quicumque pensionem, fructus, aut alias res Ecclesiasticas, ut clericus, percipit, cum modo

prædicto ad dicendum officium parvum beate Mariæ virginis decernimus obligatum, & pensionum, fructuum, rerumque ipsarum amissioni obnoxium. Romæ 22. Cal. Octobr. 1572.

C A P. III.

*Tempore obitus, beneficii fructus transeunt ad successores, non ad hæredes. h. d.*

Julius III.

**N**ostre intentionis nunquam fuit, quod quisvis, quorumcunque beneficiorum a, etiam Episcoporum, Archiepiscoporum, Patriarcharum & aliorum Prælatorum, etiam Cardinalium, ubilibet, etiam in Romana Curia, aut districtu, pro tempore decedentium, sive ex testamento, per ipsos beneficiatos, etiam vigore facultatum quarumcunque eis in specie vel in genere, etiam prætextu quorumcunque capitulorum, ac statutorum, & ordinationum, etiam nostrorum, sub quibusvis tenoribus & formis, ac alias quomodolibet concessorum condito, sive ab intestato hæredes, fructus, &c. ac pecunias, & res alias per ipsos sic defunctos beneficiatos, etiam Episcopos, Archiepiscopos, Patriarchas & alios Prælatos ac Cardinales, ante eorum obitum non exactos, etiam si pro tempore ante obitum hujusmodi decurso debeantur, ac eorum solutionis dies beneficiatis & Cardinalibus viventibus adveniret, & per ipsos beneficiatos & Cardinales, non steterit, quo minus illos exegerint, quin imo omnem pro illorum exactione necessariam diligentiam, etiam judicialiter agendo fecerint, quoquo modo exigere, aut etiam sponte oblatos percipere.

*a Concil. Later. sess. 9. Dominicus de Soto q. 5. art. 6. lib. 10. hoc decretum prudenter interpretatur. Menochius vero, de arbit. jud. cens. 5. cas. 429. eorum mediis hanc penam minus contendit.*

*a Vacantium beneficiorum fructus debent converti in Ecclesiæ utilitatem, vel reservari futuro successori. sext. in c. quia serpe de elect. in 6. c. si propter. de rescript. eod. lib.*

## FINIS LIBRI PRIMI.

## S E P T I M I

## D E C R E T A L I U M

## L I B E R S E C U N D U S.

T I T U L U S P R I M U S.  
DE FORO COMPETENTI, ET JURISDICTIONIS ORDINARIÆ POTESTATE.

C A P. I.

*Laicis in clericos nulla potestas, & ideo Ecclesiasticorum causa in foro jurisdictionis ordinariæ debent decidi. Martinus V.*

**A**D reprimendas insolentias transgressorum, eorumque præsumptionem refranandam, si nervus Ecclesiasticæ disciplinæ lentescat, eorum voluntas proclivior sit ad peccandum, & exemplum impunitatis periculosius in alios derivatur.

Propter quod ad præsentis officium pertinet, sic debitam executionem adhibere justitiæ, quod commissæ jam puniat, & committendorum in posterum audaciam interdicit. Sane, sicut displicenter accepimus, nonnulli diversorum regnorum & terrarum Judices, aliique officiales laici, & laicales personæ, jurisdictionem in temporalibus exercentes, exercereque facientes, non attendentes, quod laicis in clericos & Ecclesiasticas personas, & illorum bona, nulla sit attributa potestas, prætextu hujusmodi, quod asserant, in suis dominiis ad se pertinere coercere via facti, quæ vere & fiste attentata asseruntur, etiam in quocunque loco sacro vel religioso, quantumcunque Deo dicato, ex quacunque causa, etiam si ratio

si ratione delationis corporis Christi, collationis Sacramentorum, & beneficiorum Ecclesiasticorum venditionis factarum, aut aliarum rerum, & bonorum ad Ecclesias & Ecclesiasticas personas pertinentium quomodocunque, etiam si sola negatione vel affirmatione facti interveniat, & ad eos recurratur, cognitionem ad se spectare, pro eo, quod factum & novitas, quæ prævidentur, etiam sine alia violentia, quamvis in loco spirituali, & in loco sacro sive religioso, eo quod immediate, ut prævidentur, spiritualiter non existant: propterea ministros Ecclesiæ, & personas Ecclesiasticas, quantumcunque res, causa, vel occasio, unde dependent & derivantur, pia, sacra, vel Ecclesiastica sit aut spiritualis, ad forum suum, & ipsarum cognitionem trahunt, & respondere cogunt: necnon procuratores fiscales in curiis temporalibus multoties agere procurant, ad quos (quod deterius est) nonnulli prælati & personæ Ecclesiasticæ, in superbiam & elationem dati, ad superandum & sibi subijciendum, per tales inventiones & cautelas, alias personas Ecclesiasticas & religiosas, habent plerumque recursum, & propterea in eisdem regnis, & terris, civitatibus, castris, & locis, auctoritas & jurisdictione Ecclesiastica penitus absorbetur: & nihilominus ipsi laici Judices alios laicos in foro Ecclesiastico, super rebus quantumcunque Ecclesiasticis vel spiritualibus, & concurrentibus immediate Ecclesiasticas personas, ne respondeant, & Judicibus Ecclesiasticis, ne cognoscant, inhibitiones fieri sub gravibus pœnis temporalibus faciunt, & procurant, & si secus fecerunt, emendam pecuniariam excessivam exigere, ac vastatores in domibus, & aliis piis locis Ecclesiasticis, & religiosis, inducere, ac loca ipsa, personasque Ecclesiasticas, jocalibus & paramentis Ecclesiasticis, & bonis mobilibus, ac aliis spoliare, illaque vendere & alienare, fructus quoque & proventus ad temporalitatem ad manus suas ponere, nec non diversas injurias, & molestias reales & personales eisdem personis Ecclesiasticis inferre non verentur, in Dei offensam, animarum suarum periculum, Ecclesiasticæ libertatis vilipendium, & plurimorum gravamen, præjudicium & jacturam. Nos igitur adversus talia præsumptum temeritatem, remedia apponere, & super his salubriter providere cupientes, ac Concilii a Milevitan. ac fel. record. Innocentii Papæ III. prædecessoris nostri constitutionibus super hoc editis, auctoritate Apostolica, ex certa scientia nostra irrefragabili constitutione perpetuo duratura, tenore præsentium statuimus, decernimus, ac etiam ordinamus, quod omnes & singulæ personæ Ecclesiasticæ, seculares & regulares, ordinum quorumlibet, quacunque exceptione sussultæ, etiam si Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, Abbatiali, vel alia quavis præfulgeant dignitate, quæ aliam personam Ecclesiasticam, collegium, vel conventum, in actione reali, mixta, vel personali, civili vel criminali, etiam occasione cujuscuque summisionis, etiam juramento vallatæ, vel alias ad forum sive judicium laicale, directe vel indirecte (de qua in foro Ecclesiastico ordinari consueverit) possit, vel debeat, de jure, vel de consuetudine, aut alias cognosce, trahere præsumpserit, causam ipsam, & omne jus ei, sive eis, in possessorio vel petitorio, in re vel ad rem, causa vel occasione hujusmodi quomodolibet competens, eo ipso perdant penitus & amittant, & singulæ personæ, excommunicationis: capitula vero & conventus, suspensionis & interdicti sententias incurrant ipso facto, & si personæ ipsæ, & eis in præmissis adherentes & servientes, in aliquo rebelles fuerint, & in continentem non obediunt, omnes illas per privationem suorum beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcunque, quæ obtinebant, & in quibus, & ad quæ jus

quomodolibet competit, & inhabilitationem ad alia in posterum obtinenda coerceri & compelli volumus antedictas. Et nihilominus omnes & singulos Judices & executores, communitates, dominia, laicos, & laicales personas, postquam exceptum fuerit de non jurisdictione eorum, aut evidenter appareat, hujusmodi cognitionem ad eos de jure non spectare, talia præsentantes, & ea fieri mandantes, seu eorum nomine & mandato facta rata habentes, vel eis faciendis dantes auxilium, consilium, vel favorem, cujuscuque præminentia, dignitatis, gradus, ordinis vel conditionis existant, seculares personas, eorum videlicet singulos officiales, quocunque nomine censeantur, & consiliarios, & privatas personas, quæ præmissorum principales perpetratores existerent, excommunicationis sententiam incurere volumus ipso facto, nullisque ab eisdem sententiis, per alium, quam per Romanum Pontificem, præterquam in mortis articulo constitutus, absolvi valeat, sive possit: & præmissa omnia, non tantum ad futura, sed etiam ad præsentia, & pendentia extendimus, auctoritate memorata; quodque etiam procurator fiscalis causarum Cu Camera Apostolicæ contra culpabiles in præmissis, desuper summaria informatione præhabita, per se, vel alium seu alios, agere & procedere possit & valeat, nihilominus concedentes.

## C A P. II.

*Laici Judices, in privilegio & ordinis clericalis injuriam non possunt sine culpa sacrilegii clericos bannire aut relegare.*

## Urbanus VI.

**Q**uia, sicut displicenter accepimus, nonnulli diversarum partium Principes, Marchiones, Duces, Comites, Barones, & alii nobiles, necnon potestates, Capitanei, Bajulini, Scabini, Advocati, Rectores, Judices & Consules, alique officiales & consiliarii civitatum, oppidorum, terrarum, castrorum, & aliorum locorum, alique laici & laicales personæ, dominium seu jurisdictionem in temporalibus obtinentes, necnon ipsarum civitatum communia, & oppidorum, castrorum, terrarum, & aliorum locorum universitates, non attendentes, quod laicis in clericos, & personas Ecclesiasticas, & illorum bona, nulla sit attributa potestas, nihilominus ministros Ecclesiæ, etiam interdum in dignitatibus constitutos, temeritate propria bannire, seu relegare, aut proficibere non verentur. Nos adversus temeritatem hujusmodi remedium apponere cupientes, omnes & singulos talia præsentantes, & ea fieri mandantes, seu eorum nomine vel mandato facta rata habentes, vel in eis faciendis, dantes auxilium, consilium, vel favorem, si singulæ personæ fuerint, cujuscuque præminentia, dignitatis, status vel conditionis existant, eorum videlicet singulas, si vero communitates vel universitates extiterint, omnes & singulos earum communitatum, & universitatum potestates, capitaneos, bajulinos, scabinos, advocatos, rectores, judices, consules, & officiales, quocunque nomine censeantur, ac consiliarios, & privatas personas, quæ hujusmodi sacrilegii principales perpetratores existerent, excommunicationis sententias incurere, necnon quamlibet earundem communitatum, seu universitatum, ac illa ipsorum Principum, Marchionum, Ducum, Comitum, Baronum, Nobilium, & aliorum quorumcunque laicorum & laicarum personarum talia præsumptum, in quibus talia fierent, civitates, terras, oppida, castra, & alia loca Ecclesiastico interdictione subjacere volumus ipso facto, nullisque ab eisdem sententiis per alium, quam per Romanum Pontificem, præterquam in mortis articulo, possit absolvi, nec interdictum hujusmodi per alium etiam relaxari. Romæ 4. Id. Decemb. 1362.

CAP.

a Gratian. in c. continua. 21. q. 1. & in c. futuram. 12. q. 1.

## C A P. III.

*Exemptionis privilegio abutuntur Canonici ordinarium forum subterfugientes, & impuniter scelorum simulantes, quomobrem eorum cause jurisdictioni Ecclesiastica discutendi tradantur.*

*Leo X. in Concilio Lateranensi.*

**R**egimini universalis Ecclesie (disponente Domino) prædentes, juxta pastoralis officii debitum, libenter intendimus utilitatibus subditorum, & ad conservandam libertatem Ecclesiasticam, & removenda scandala, ponendam concordiam, & nutriendam quietem inter Ecclesiarum prælatos & eorum subditos, eo propensius Apostolica sollicitudinis studium adhibemus, quo dissensionem talium fore dispendiosam experimento comprobatur, necnon indulgæ pariter & privilegia eisdem subditis, in ipsorum prælatorum dispendium, tam per prædecessores nostros, quam sedem Apostolicam concessa, ita libenter moderamus, ne exinde scandala procedant, neve ex his ulli detur materia malignandi, & personæ Ecclesiasticæ a bono obedientiæ, necnon divini perseverantia servitii nullatenus retrahantur. Sane nuper ad nostrum relatione fide digna pervenit auditum, quod Canonici Patriarchalium, Metropolitanarum, & Cathedralium, & collegiarum Ecclesiarum, & alii clerici seculares, plura præsumunt, quæ ipsis infamiam non parvam pariunt, & aliis inferunt læsionem, præterea exemptionis & libertatis dicta sede obtentæ, ordinarium correctiones & ordinationes subterfugunt, ac eorum forum sive judicium declinant, nonnulli etiam impuniter suorum excessuum, per privilegium exemptionis obtinere sperantes, excessus ipsos committere non verentur, quos, nisi per exemptionem, qua gaudent, crederent se defendi, nullatenus fuissent commissuri.

Hinc itaque accidit, ut propter eorum audaciam, qui præterea privilegii exemptionis impuniter excessuum obtinere confidentes, nonnulla multoties committant enormia, per quæ plurimum diffamatur Ecclesia, & scandala gravia generantur, potissime autem, cum talia per eos, ad quos horum spectat correctio, incorrecta remaneant, seu illi, ad quos spectat illa punire, negligunt. Nos volentes, ne eo præterea delicta remaneant impunita, morbo hujusmodi necessariam adhibere medelam, sacro approbante Concilio statuímus, ut de cætero illi, quibus exemptorum correctio & puniitio a dicta sede demandata est, circa illam vigilantè intendant, & diligenter officii sibi commissi debitum exequantur, & quamprimum eis exemptos ipsos deliquisse legitime constiterit, ita eosdem exemptos delinquentes puniant, quod iidem exempti metu pœnæ a suis atreantur insolentis, & alii eorum exemplo perterriti proflire ad similia merito perhorrescant.

Et si circa hoc negligentes fuerint diocesani & alii locorum ordinarii, eosdem, quibus exemptorum correctio hujusmodi competit, personaliter, si illorum copia & notitia haberi poterit: alioquin, vel si nullus in partibus exemptorum ipsorum certus Judex fuerit, eos, quorum sua in præmissis interesse putaverint, per edictum publicum, cathedralium seu aliarum Ecclesiarum locorum, in quibus exemptorum Judices hujusmodi residere, seu nullis eorundem exemptorum Judicibus existentibus, ipsos exemptos deliquisse contigerit, valvis affigendum moneant, ut ipsi tales exemptos delinquentes & criminosos puniant & castigent, infra competentem terminum, momentum ipsorum arbitrio moderandum. Et si ipsi moniti in hoc negligentes fuerint, & id adimplere neglexerint, seu reculerint, tunc ut in eo, in quo deliquerint, puniantur, cognitione hujusmodi ea vice sint privati, & se non intromittant ullatenus de eisdem: sed diocesani & alii locorum ordinarii hujusmodi, contra tales exemptos delinquentes & criminosos, auctoritate nostra ad inquisitionem, vel per accusationem, sine aliquibus tormentis, procedere, & testes per se ipsos ex-

Jur. Canon. Tom. II.

minare possint, ac processum ipsum (quem ratione solennitatis juris, præterquam ratione citationis omisit, dummodo delictum alias rite probatum fuerit, nullum allegari vel dici posse prohibemus, sed per eos habitum, clausum, & eorum sigillo munitum, ad sedis Apostolicæ examen, ipsorum exemptorum delinquentium expensis, etiam in ipso processu factis, ad quarum solutionem ordinarii ipsi possint eisdem inquisitis & accusatis compellere, vel proprium vel alium nuncium quanto citius destinare procurent) apud eandem sedem, per Romanum Pont. vel alium, cui dixerit committendum, diligenter examinandum, & ita culpabiles repertos, quoad condemnationem, vel propter sufficientia indicia, propter quæ ad torturam pro veritate exquirenda procedi valeat, ad ipsos diocesanos seu ordinarios, per eos auctoritate nostra, in causa inquisitionis seu accusationis ulterius legitime procedendum, & causam ipsam, prout justum fuerit, terminandam remittendum. Notarii autem dictæ sedis, quorum officium in ipsis primitivè Ecclesie initiis, a felic. record. Clem. Papa I. ad sanctorum gesta a perquisenda atque conscribenda noscitur institutum, ad Protonotariatus officium assumpti, habitum & rochetum deferentes, & alii nostri & dictæ sedis officiales, actu sua officia exercentes, tam in civilibus, quam criminalibus, ab omni ordinariorum jurisdictione sint exempti. Alii vero Notarii habitum Protonotariatus non deferentes, nisi illum infra trimestre post præsentium publicationem assumpserint, & ipsi ac alii in posterum assumendi, habitum & rochetum hujusmodi continue non gestantes, atque alii nostri & dictæ sedis officiales, officia sua actu non exercentes, tam in criminalibus, quam in civilibus, ratione causæ summæ 25. Ducatorum auri de Camera non excedentis, duntaxat eorundem diocesanorum & ordinariorum jurisdictioni subjaceant. In civilibus vero causis summam hujusmodi excedentibus plena gaudeant exemptione, & a dictorum diocesanorum & ordinariorum jurisdictione penitus sint exempti.

Dignum quoque & etiam congruum arbitantes, quod ex sanctæ Romanæ Ecclesie Cardinalium familiaribus, illi duntaxat privilegio exemptionis gaudeant, qui actu domesticis, & continui sunt commensales, vel ab eisdem Cardinalibus ad ipsorum exequenda negotia missi, vel qui recreationis causa ad tempus a Romana Curia absentes fuerint, cæteri vero etiam familiaritatis literas habentibus, quo minus coercitioni diocesanorum & ordinariorum eorundem subjaceant, familiaritatis hujusmodi privilegium nullatenus suffragetur, & cum eisdem diocesanis, ut monasteria monialium sedi Apostolicæ immediate subiecta, in eorum diocesis consistantia, semel in anno visitare possint, per constitutionem in Concilio Viennensi editam, quæ incipit: Attendentes, &c. plena fuerit data facultas, illam innovamus, ac exemptionibus & privilegiis quibuscumque non obstantibus, districtè servari præcipimus & mandamus. Per præmissa quoque eisdem diocesanis & ordinariis, casibus, quibus in exemptos a jure jurisdicção concessa est, nullatenus præjudicium generetur. Exemptiones autem de cætero absque rationabili causa, & quorum interest, minime citatis, pro tempore concessas, nullius roboris & momenti esse decernimus.

Et cum Ecclesiasticus ordo confundatur, si sua unicuique jurisdicção non fervetur, ordinariorum jurisdictioni (quantum cum Deo possumus) favere, ac litibus finem celerius imponi, & litigantium immoderatis sumptibus & expensis parci satagentes, statuímus & ordi-

*a Protonotariorum officium in principio Ecclesie primitivè a beato Clemente ad sanctorum Marizum gesta perquirenda atque scribenda fuit institutum, ut legitur in historia S. Clementis Papa & Fabiani. Vide Lec. de Penna, in rub. de magistro Scribitorum. Cod. lib. 12.*

dinamus, quod singulæ causæ, tam spirituales, quam civiles & mixtæ, forum Ecclesiasticum quomodolibet concernentes, & beneficiales ( dummodo beneficia ipsa generaliter reservata non fuerint, & ipsorum singulorum beneficiorum fructus, redditus, & proventus, a. ducatorum auri de Camera, secundum communem estimationem, valorem annum non excedant ) in prima instantia extra Romanam Curiam, & in partibus, coram ordinatis locorum duntaxat cognosci & terminari, ita quod nullante diffinitivam sententiam liceat appellare, nec appellatio ( si fuerit emissa ) ullatenus admitti, nisi ab interlocutoria, quæ vim habeat diffinitivæ, vel a gravamine, minime concernente negotium principale, quod per appellationem a diffinitiva sententia reparari non possit: nisi aliter colligantur adversarii sui potentia merito perhortescens, seu alia probabili & honesta causa, aliter, quam per proprium juramentum, saltem semiplene probata, coram ordinario non auderet litigare. Eo enim casu causæ ipsæ, etiam appellationum, in dicta Curia, etiam in prima instantia, committi & cognosci & terminari possint. Alioquin appellationes, & illarum, etiam aliarum causarum hujusmodi commissiones, in posterum & quicquid inde secutum fuerit, nullius sint roboris & momenti. Judices autem & conservatores a sed. Apostolica deputati, si in altero juri graduati non fuerint, assessorum partibus non suspectum, ab ipsis partibus, vel earum altera requisiti, sumere, & secundum ejus relaxationem judicare teneantur.

#### C A P. IV.

*Constitutiones editæ contra Principes seculares jurisdictionis Ecclesiasticæ libertatem impediētes, confirmantur & innovantur.*

**E**T quia sæpius & multiplici ratione percipimus, quam plurimas Ecclesias, & illis præsidentes Episcopos, tam citra, quam ultra montes, vexari in eorum jurisdictionibus, juribus & dominis, ac turbari a domicellis, Principibus, & nobilibus eorundem, qui sub colore juris patronatus, quod in beneficiis Ecclesiasticis habere consueverunt, nullo privilegio Apostolico suffulti, sine ordinariorum collationibus & literis, & absque aliquo saltem colorato titulo, beneficia non solum clericis, sed etiam laicis conferre, sacerdotes & clericos delinquentes ad eorum libitum punire, decimas omnium rerum, & ad quarum solutionem de jure tenentur, ac cathedralium, & alia, quæ legis diocesanæ & jurisdictionis sunt, & ad ipsos Episcopos duntaxat pertinere, temere a terre, fraudare, usurpare, seu, ut præmissa fiant, mandare, ac ipsa & fructus quoscunque, ne a civitatibus, terris & locis eorum extrahantur, prohibere, feuda, possessiones, & prædia occupare, & indebite detinere, sed & ad feuda & bona ipsarum Ecclesiarum eis concedendum, ac Ecclesiastica personis per eos nominatis conferendum, minis & terroribus, ac aliis viis indirectis, inducere & compellere, & alia quamplurima damna, jacturas & injurias, Ecclesiis & earum Prælati, ac clericis præfatis inferri, non modo permittere, sed etiam expresse mandare præsumunt. Attendentes igitur, quod laicis in clericis & personis Ecclesiasticis, ac bona Ecclesiastica, non est attributa facultas, atque æquum & justum esse, ut in eos jura insurgant, qui illa offendere præsumunt.

Necnon considerantes quantum ex his, tam nostro & Apostolica sedis honori, quam personarum Ecclesiasticarum quieto & prospero statui, non sine damnanda pernicie derogetur, ac cupientes eos, quos ad observantiam jurium, virtutum præmia non inducunt, tam adjectarum exaggeratione poenarum, quam adjiciendarum de novo formidine a temerariis ausibus retinere, omnes & singulas constitutiones, quæ super decimarum solutione, & contra violatores & raptores Ecclesiarum, & incendiarios, agrorum depopulatores, & tam S. R. E. Cardinales,

quam venerabiles fratres nostros Episcopos, & alias personas Ecclesiasticas, seculares & regulares, capientes, detinentes, & eorum jurisdictionem & jura quomodolibet indebite occupantes, aut eos in eorum jurisdictionis exercitio perturbantes, seu molestantes, eos quoque ad conferendum beneficia Ecclesiastica personis, per eos nominatis, aut alias de illis, pro illorum libito voluntatis, disponendum, feudum ac bona Ecclesiastica in emphyteusim concedendum, aut alias vendendum, temere compellentes, necnon statuta contra libertatem Ecclesiasticam facientes, & ad præmissa auxilium, consilium, vel favorem præstantes, hæstenu emanant, innovamus.

Et cum eadem juri contraria, sed etiam Ecclesiastica libertati opprobriosa sint quamplurimum & adversa, ut de officio nobis credito dignam Deo possimus reddere rationem, affectibus & monitis paternis, Imperatorem, Reges, Duces, Marchiones, Comes, Barones, & quoscunque alios, alterius consensuque nobilitatis, præminentiæ, potentia, seu potestatis, excellentia, vel dignitatis existentes, attente hortamur in Domino, eisdem in virtute sanctæ obedientia mandantes, ut ipsi constitutiones prædictas observent, & faciant etiam a suis subiectis inviolabiliter observari, quacunque consuetudine contraria non obstante, si divinam offensam, & sedis Apostolicæ debitam vitare voluerint ultionem: ac collationes de dictis beneficiis sic factas, nullas & irritas nihilominus esse decernimus, ac illis utentes reddantur inhabiles ad alia beneficia Ecclesiastica obtinenda, donec cum eis super hoc per sedem prædictam fuerit dispensatum. Mature quoque considerantes, quod post Christi ad Cælos ascensionem, Apostoli per singulas urbes & dioceses Episcopos distribuerunt: sicut sanctæ Romana Ecclesia per orbem constituit, eosdem Episcopos in partem sollicitudinis vocando, onera gradatim distribuendo per Patriarchas, Primate, Archiepiscopos, ac sacris etiam canonibus fuerit diffinitum, per eos, pro morum correctione & controversiarum decisione, & determinatione, ac mandatorum Domini observatione, fieri debere Concilium provinciale, ac Synodum Episcopalem, ut depravata corrigerentur, & illa facere negligentes canonice poenis subiacerent, cum conveniantes circa ea, quæ Rempublicam Christianam concernunt, esse intentos, desiderantes, canones ipsos firmiter observari, eisdem Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis & Episcopis districte injungimus, ut de officio eis commissio dignam Deo possint reddere rationem, Canones, Concilia et Synodos hujusmodi fieri mandantes, quocunque privilegio non obstante, inviolabiliter observent, præterquam, quoad Concilium provinciale, quod de cætero singulis triennis fieri mandamus, ad illa que etiam exemptos accedere debere decernimus, privilegio ac consuetudine quacunque contraria, non obstantibus. Circa hoc autem negligentes, poenas in eisdem canonibus contentas se novarint incursum. Et cum constitutione in Concilio Vienenſi edita, quæ incipit, In plerisque, ut Pontificia dignitatis honores servaretur, statutum fuerit, ne Ecclesiis cathedralibus ( sine quibus spiritualia diu esse non possunt ) privatis, ac clero et populo Christiano carentibus, de aliquibus personis, præsertim religiosis provideretur, constitutionem ipsam innovamus, inviolabiliter observari debere volumus atque mandamus, nisi aliqua justa causa, in consistorio nostro secreto approbata, alias duxerimus faciendum. Nos enim quicquid contra præmissa, vel aliquod præmissorum contigerit attentari, irritum decernimus et inane, contraria quacunque constitutione vel privilegio, non obstantibus.

#### C A P. V.

Pius IV.

*Ordinariorum jurisdictioni subesse debent Græci, qui pervarias Christianæ religionis civitates morantur, ne licentiores jam dudum recessis & excessibus hæresibus suis insitians.*

## Pius IV.

Romanus Pontifex, præcipuis æquitatis & religionis assertor, facultates & gratias ab Apostolica sede concessas, ex quibus tempore procedente animarum pericula, & inter catholicos scandala provenire animadvertit, pro sui pastoralis officii debito, mature revocare consuevit. Sane nonnulli locorum ordinarii nuper ad audentiam nostram referri curarunt, quod in quampluribus Regni Sicilia citra & ultra Pharum, & aliis Christiani nominis civitatibus & locis, magna Græcorum, tam religiosorum & secularium clericorum, quam laicorum multitudo reperitur, qui Ecclesiæ Græcæ mores & ritus observantes, seque suos proprios ejusdem nationis Prælatos habere, ac aliis, non autem locorum ordinariis subesse, sed immunitatum, aliorumque privilegiorum sibi, per sel. rec. Leonem X. Paulum III. Julium etiam III. & forsan alios Romanos Pontifices, prædecessores nostros, & dictam sedem antiquitus concessorum prætextu, se ab eorundem ordinariarum jurisdictione & superioritate exemptos esse prætendentes, impunite sibi proposita, in diversas hæreticas, nefariatque opiniones, & absurda deliramenta passim prolabantur, asserentes inter alias eorum blasphemias, nullum esse defunctorum purgatorium, Rom. Pont. aliquam in eos jurisdictionem vel auctoritatem habere regantes, indulgentias ab illo concessas damnantes, Ecclesiasticas sententias & censuras ab eo latas spernentes, sacrilicissimæ Dei genetricis virginis Mariæ, beatorum Apostolorum, & aliorum Dei sanctorum festivitates, ab Ecclesiâ Rom. sacrilicisque Patribus ordinatas, non obsevantes, sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum suis infantibus in Baptismo exhibentes, inhumata defunctorum cadavera superstitione quadam impia, & plus quam barbarica, e sepulchris eruentes, igneque comburentes, ordinariarum locorum, quos habitant, visitationem, jurisdictionemque contemnentes, & Ecclesiasticam disciplinam perturbantes, ac demum hujusmodi aliisque suis opinionibus erroneis atque sacrilegis populos Latinos inficientes, consecrationem legitimam suæ præsentis exemptionis clypeo repellentes in suis impietatibus, abusibusque consensescunt & immorantur, in suarum vicinarumque populorum, præsertim simplicium animarum perniciem, & scandalum plurimorum. Nos igitur provide considerantes, ejsdem sedis intentionem nunquam fuisse exemptionem, aliunde privilegium a se concessum tri, ut inde scelorum impunitas & animarum periculum emergat, abusibus & periculis hujusmodi, quantum cum Deo possumus, tempestive obviate volentes, ac quarumcumque exemptionum, aliorumque privilegiorum dictis Græcis, eorumque Prælati, Rectoribus, Abbatibus & aliis, tam sancti Basilii & alterius ordinis regularibus, quam secularibus ac etiam laicis personis, quocumque nomine nuncupatis, per præfatos & alios quoscumque Rom. Pont. prædecessores nostros, ac nos, & sedem præfatam, in genere vel in specie hæcenus concessorum, ac etiam iteratis vjebus approbatorum, & innovatorum, literarumque desuper confectarum, & inde secutorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes & singulas exemptiones, ac prout illas concernunt, desuper confectas literas præfatas, ad hoc videlicet, ut ipsi locorum ordinarii quasunque Græcorum Ecclesiâs, Monasteria, Prioratus, & alia pia loca, tam secularia, quam cujusvis ordinis regularia, eorumque Prælatos, etiam si Episcopali, Archiepiscopali, ac majori dignitate præfulgeant, nec non Abbates, Rectores, Ministros, & qualvis alias ejusdem nationis personas, in suis civitatibus, & dioc. consistentiâ, quoties opus fuerit, visitare, ac in illis suam ordinariam jurisdictionem, plenamque omnimodam superioritatem, in his, quæ Dei cultum, Sacramentorum administrationem, & animarum salutem hæcenusque extirpationem concernunt, exer-

cere & exequi libere & licite valeant, reliquis ipsorum Græcorum in divinis celebrandis, aliisque ritibus a sede Apostolica approbatis, necnon privilegiis & gratiis Apostolicis intactis remanentibus, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, perpetuo revocamus, cassamus, & annullamus, ac revocatas, cassatas, & annullatas esse, nec ipsis Græcis clericis vel laicis, eorumque Prælati, Ecclesiis, cœnobiiis, aut aliis piis locis in aliquo suffragati, sed illos omnes & singulos locorum, in quibus moram traxerint, ordinariarum visitationi, correctioni, punitioni, jurisdictioni, & omnimodæ superioritati in præmissis subesse, illisque tanquam superioribus suis, suarumque animarum pastoribus, humiliter obedire. Datum Rom. 16. Febr. 1564.

## TITULUS II.

DE INVASORIBUS ET OCCUPATORIBUS  
RORUM ECCLESIE.

## CAP. I.

*Præter excommunicationis & interdicti pœnas, beneficiis & privilegiis arcetur occupantes & desinentes bona Ecclesiæ.*

## Clemens VI.

ET si solertem adhibere vigilantiam, ne quantumlibet Ecclesiarum jura depereant, ex debito nostri officii teneamur, in manutendis tamen, defendendis, recuperandisque occupatis juribus Ecclesiæ Romanæ, sponsæ nostræ, quæ (disponente Domino) caput omnium, & magistra, cæteris auctori dignitate præcellens, majoribus est juvanda præfidiis, & amplioribus honoribus attollenda, esse debemus solliciti & attentati. Ad obviandum igitur perveris illorum conatibus, qui sibi commoda, non se commodis patrimonii beati Petri in Tuscia, quod juris & proprietatis ejusdem Ecclesiæ fore, ac eidem immediate subesse dignoscitur, applicantes, temere civitates, castra, & villas ejusdem patrimonii, ad eandem Ecclesiam pertinentia, eorumque dominium, superioritatem, advocacionem, capitaneatum, & jurisdictionem, in ipsius Ecclesiæ grave præjudicium, contra constitutiones, & ordinationes, olim per sel. recor. Urbanum IV. & Joannem XXII. ac diversos alios Romanos Pontifices prædecessores nostros editas, non veniant diversis exquisitis coloribus occupare, & sibi in eisdem dominium, superioritatem, & præminentiâ vendicare; hæc perpetua constitutione sancimus, ut nulla civitas, vel communitas, nullaque singularis persona, cujuscumque conditionis vel status existat, deinceps in aliquibus civitatibus, castris, seu villis ipsius patrimonii ad prædictam Romanam Ecclesiam spectantibus, dominium, superioritatem, capitaneatum, advocacionem, jurisdictionem, seu aliquam præsentiam seu præminentiâ, prætextu cujusque venditionis, submissionis, recommendationis, concessionis, recognitionis, obligationis, contractus vel pacti, aut cujusvis alterius commercii, absque auctoritate sedis Apostolicæ speciali, recipere audeat, vel sibi dominium præsentiam, capitaneatum, seu jurisdictionem in prædictis civitatibus, castris, seu villis, ex quavis occasione seu causa, quomodolibet vendicare: quodque civitates & singulares personæ, submissiones, suppositiones, & subjectiones, quasunque jam in eas factas se receptas, seu de facto, cum de jure non teneant, quomodolibet attentatas, admittere teneantur, nec civitates, castra, seu loca alia, quæ se eis, ut præmittitur, submitterunt, vel quomodolibet subjecerunt, & deinceps submissionis & suppositionis alienius, vel cujusvis contractus titulo valeant retinere, nullaque universis, seu communitas civitatis, castris, seu villæ Ecclesiæ Romanæ subiecta, in terris patrimonii constituta, alicui



universitati, seu communitati, vel privatae personae, cuiuscunque conditionis aut status existat, se subicere, submittere, seu supponere valeat, constituendo, recognoscendo, seu profitendo se habere alicui universitati, vel privatae personae, seu ad eosdem super eos, & in ipsis ac dictis civitatibus, & castris, & villis, aliquam jurisdictionem, dominium, capitaneatum, seu quavis aliam praeminentiam pertinere. Et si quae civitates, castra, vel loca, iam de facto ad submissionem & suppositionem aliquibus civitatibus vel privatis personis de se factam, venditionis, donationis, vel cuiusvis alterius contractus colore vel titulo praecesserint, realiter & effectualiter studeant revocare, nec illis unquam utantur, nec virtute submissionem huiusmodi, vel alias illis, quibus quovis titulo vel colore se sumiserint, ullatenus obediant, pareant, vel intendant, contrarium non facientes, directe vel indirecte, per se vel alios, tam illi, & eorum singuli, qui in civitatibus, castris, aut villis ejusdem patrimonii, vel eorum aliquo huiusmodi dominio, superioritatem, capitaneatum, advocacionem, jurisdictionem, quacunque praerogativam, seu praesidentiam, sine licentia sedis Apostolicae specialiter recipient in futurum, & qui iam ex quocunque contractu vel obligatione receperunt, seu quavis usurpatione quomodolibet occupaverunt, nisi sua receperat & occupata infra duorum mensium spatium, postquam praesens constitutio ad eorum notitiam pervenerit, vel per eos fieri, quo minus valeat pervenire, dominium seu praesidentiam, superioritatem, capitaneatum, advocacionem, jurisdictionem, quacunque, seu praerogativam huiusmodi realiter dimiserint cum effectu, illa nullo unquam tempore, absque ipsius sedis licentia resumpturi, quam illi, qui se sumiserint, supposuerint, seu subjecerint, ut praestetur, simili modo, cuiuscunque dignitatis, status, ordinis, vel conditionis existant, singulae personae sententiam excommunicationis incurtant, ac terrae ipsorum, ubicunque fuerint, Ecclesiastico interdictioni subjaceant ipso facto. Civitates autem, castra & villae, quae in antea se submittent, supponent, seu subjecerint, & quae submissionem, suppositionem seu subjectionem huiusmodi recipient, seu quomodolibet occupabunt, civitates quoque, castra, etiam loca quaecunque, quae se iam quovis colore vel titulo, ut praemittitur, sumiserint & subjecerint, ac civitates, quae submissiones & subjectiones huiusmodi receperunt, nisi infra praedictum duorum mensium spatium, ab omni effectu dictae submissionis & subjectionis realiter desisterint, ipsis ulterius non usuri, seu contra constitutionem & inhibitionem nostram venire, directe vel indirecte, per se vel alium seu alios attentabunt, Ecclesiastico subjacere decernimus interdictioni, & nihilominus omnibus indulgentiis, privilegiis, ac gratiis, necnon feudis, bonis, & honoribus, & iuribus quibuscunque, quae ab eadem Romana & aliis Ecclesiis obtinent, privamus, & privatos esse volumus ipso facto. Non obstantibus, si eis vel eorum aliquibus, communiter vel divisim, ab eadem sit sede indultum, quod excommunicari, ipsorumque terrae & loca Ecclesiastico interdictioni supponi non possint, per literas Apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de huiusmodi ac eorum personis, locis, ordinibus, & nominibus propriis mentionem. Nos insuper omnes submissiones, subjectiones, suppositiones super praedictis factas, & obligationes, pacta, seu conventiones, sub titulo venditionis, vel cuiusvis alterius contractus, quomodolibet initas & habitas, & quascunque poenas adjectas, & iuramenta praestita super illis, sub quibuscunque modis & forma, vel expressione verborum, praesertim cum in praedictum ejusdem Ecclesiae redundent ac iuramentum vinculum iniquitatis esse non debeat, decernimus fore nulla, vacua, irrita, & inania, & nullius existere firmitatis, & quatenus ad illa de facto processum extiterit, tollimus & revocamus omnino, & viribus vacuumus. Ceterum,

cum praefatus Joannes Papa XXII. praedecessor noster, dudum universis & singulis, tam clericis quam laicis, cuiuscunque status, ordinis, conditionis, praerogativae, vel dignitatis existerent, etiam si Pontificali, vel Imperiali, seu Regali, vel quavis alia dignitate fulgerent, ac omnibus Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & Nobilibus, ac potestatibus, capitaneis, & aliis officialibus quibuscunque, comitibus & populis civitatum, terrarum, castrorum, & aliorum quocunque locorum ubicunque consistentium, & omnibus aliis quibuscunque, auctoritate Apostolica inhibendum, per suas literas vim constitutionis habentes duxerit, & mandandum, ne per se vel alios, directe vel indirecte, patrimonii Romandiae, Marchiae Anconitan. Ducatus Spoletan. Campania, Maritimaeque ac Massae, Trebartae, Provinciae Venetinae, & Urbinate, olim comitatus, ac Urbinate, & Ravenatensis civitates & alias terras, civitates, castra, villas, & loca quaecunque ad eandem Rom. Ecclesiam pertinent, vel ipsorum aut alicujus eorum partem occupare, invadere, aut turbare, seu fidelibus eorumdem injurias, damna seu violentias irrogare, aut occupantibus, invadentibus, turbantibus, vel injurias, damna, seu violentias irrogantibus, publice vel occulte, adfiteri, aut auxilium, consilium, vel favorem, directe vel indirecte, publice vel occulte, per se vel per alium seu abas praestare praesumerent quoquo modo, in omnes & singulos, contra inhibitionem & mandatum huiusmodi venire aut attentare per se vel per alios praesentes, tam clericos quam laicos, etiam si, ut praedicitur, Pontificali aut Imperiali, seu Regali, vel alia quavis dignitate fulgerent, de fratrum suorum consilio, excommunicationis, quam eo ipso incurerent, sententiam promulgavit, ipsorumque terras, necnon quaslibet universitates, communitates & populos ipsorum, civitates, terras, castra, villas, & loca, in praemissis vel aliquo praemissorum culpabiles, Ecclesiastico suppositum interdictioni, & eos ac ipsorum quemlibet, omnibus privilegiis, indulgentiis, gratiis, & immunitatibus rebus & personalibus, ab eadem Ecclesia & Imperio Romano concessis eisdem, omnium etiam feudorum, bonorum, honorum, officiorum, iurium & jurisdictionum, quae ab Ecclesia & Imperio praedictis obtinerent, de ipsorum fratrum consilio, auctoritate privaverit supradicta, ipsos ad illa & similia, & quaelibet alia, eorumque filios & nepotes ad quaelibet beneficia Ecclesiastica, dignitates, personatus, & officia, cum cura vel sine cura, quovis nomine conferentur, auctoritate quaelibet obtinenda, usque ad tertiam generationem exclusive, reddendo inhabiles & indignos. Nos praemissa vel quaecunque alia inhibitioni, mandato, poenis & sententis per ipsum praedecessorem factis & promulgatis, ut superius est expressum, aliisque contentis in literis supradictis, non intendimus in aliquo derogare, inhibitionem, mandatum, poenas & sententias & alia supradicta, per praesentem constitutionem nostram roboramus, & in sui vigoris efficacia volumus & decernimus permanere.

## C A P. II.

*Principes occupantes bona Ecclesiastica, & eorum libertati detrahentes, excommunicantur.*

*Leo X. in Concilio Lateranensi.*

**S**Tatuimus & ordinamus, ut fructus, redditus, & proventus Ecclesiarum, monasteriorum, ac beneficiorum per seculares ullos Principes, etiam si Imperator, Reges, Reginae, seu Republicae, vel potentatus fuerint, aut per eorum officiales, seu Judices, etiam Ecclesiasticos vel quoscunque alias personas, publicas vel privatas, de eorundem

*a Praesens decretum confirmavit Adrianus VI. Clemens VII. Julius III. & Pius IV. Casus hic reservatur in bulla pro Domini.*

randem Imperatoris, Regum, Reginarum, ac Principum, Rerumque publicarum, vel potentatum mandato sequerari occupative, aut modo aliquo detineri, ipsique hujusmodi Ecclesiis, monasteria, ac beneficia obtinentibus prætextu fabricæ, inaugurationisque, sine Romani Pontificis pro tempore existentis expressa licentia, aut elemosynarum, seu quovis alio colore aut fisco, impediri non debeant, quo minus de illis, ut antea, libere, ac sine impedimento disponere valeant. Et si sequestrati fuerint occupative, aut detenti, integre, libereque, ac sine exceptione vel mora, prælatis, ad quos de jure, legitimeque spectant, restituantur, de quibus, si dissipati nusquam reperiri possint, eorum iusta æstimatione facta, dictis prælatis satisfieri volumus, per eos, qui dictas sequestrationes, applicationes, dissipationesque fecerint, aut fieri mandaverint, sub pœna excommunicationis, aut interdicti Ecclesiastici, talium Principum terris & dominio, eo ipso incurrendis, & ut eorum ac eisdem subditorum bona ubicunque reperta, si moniti parere noluerint, capi & retineri possint; Ipsi vero contrafacientes, tam supradictis pœnis, quam privationis feudorum & privilegiorum, quæ a nobis, & a Romana vel aliis Ecclesiis, nunc & pro tempore obtinuerint, & aliis contra violatores & oppressores libertatis Ecclesiasticæ, etiam per extravagantes & alias constitutiones, etiam incognitas, & forsitan in usu non existentes, impositis, quas earum omnium tenores pro expressis & insertis habentes innovamus, ac perpetuum firmitatis robur habere decernimus & declaramus, ac secundum eas per quoscunque Judices, etiam sanctæ Romanæ Ecclesiæ Card. sublata & adempta eis aliter judicandi declarandique potestate, sententiarum, iudicari, & interpretari debere volumus atque mandamus. Et cum a jure tam divino, quam humano, laicis potestas nulla in Ecclesiasticas personas attributa sit, innovamus omnes & singulas constitutiones fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. etiam prædecessoris nostri, quæ incipit, Felicitis, & Clementis V. quæ incipit, Si quis suadente, nec non quasunque alias Apostolicas sententias, in favorem libertatis Ecclesiasticæ, & contra ejus violatores, quomodolibet editas, & pœnis etiam contra talia præsumentes, in bulla, quæ legitur in cœna Domini, contentis, in suo robore permanentis. Et cum in Lateranensi pariter ac Conciliis generalibus, sub excommunicationis pœna prohibuit fuerit, ne Reges, Principes, Duces, Comites, Barones, Respublicæ, & alii potentatus quicunque, regnis, provinciis, civitatibus, ac terris quoquo modo præfiden. collectas, decimas, & alia hujusmodi onera, clericis, prælatis, & aliis quibuscunque personis Ecclesiasticis imponant, exigantque, neve a sponte etiam dantibus & consentientibus etiam recipiant, atque in præmissis auxilium, favorem, consiliumve palam vel occulte præstantes, in excommunicationis læte sententiæ pœnam eo ipso incidant, & ipsæ quoque Respublicæ, ac communitates & universitates, circa hoc quomodolibet delinquentes, Ecclesiastico eo ipso subjiciantur interdicto, prælatis etiam præmissis absque Rom. Pont. expressa licentia ultro consentientes excommunicationis & depositionis pœnam ipso facto incurrant. Statuimus & ordinamus, ut de cætero talia præsumentes, etiam si (ut præfertur) qualificati fuerint, ultra supradictas pœnas, quas contravenientes eo ipso incurere volumus, ad omnes actus legitimos inhabiles & intestabiles habeantur.

## C A P. III.

*Occupatores bonorum & reddituum Ecclesiasticorum sub pœna excommunicationis restituere debent singula ablata & detenta.*

Paulus IV.

Quicunque præscriptione, etiam centenaria & ultra, præsentia vel præterita non obstante, statuimus, Jur. Canon. Tom. II.

quod, nisi occupatores seu detentores bonorum Cameræ & sedis Apostol. ac Romanæ Ecclesiæ, infra duos menses a publicatione præsentium, ea restituerint, & feudatarii, vasalli, emphyteutæ, censuarii, ac monasteriorum, etiam consistorialium, & prioratum commendatariorum, libellarii, conductores, & alii præfata Cameræ res pondentes, seu alias, etiam ratione exemptionum, libertatum & immunitatum eis concessarum, vel annatarum, seu quinquenniorum, aut aliter, qualitercunque & quomodocunque, aliquid solvere obligati, seu in aliquo debitorum de eo, in quo Cameræ, sedi & Ecclesiæ præfatis tenentur, integre satisfecerint, & præmissa, seu conventa, aut alias ab eis debita, non adimpleverint, omnes & singulas sententias & pœnas, tam Ecclesiasticas, quam temporales, & etiam privationis feudorum, & aliorum bonorum, & monasteriorum, etiam consistorialium, quorum occasione, etiam propter eorum exemptionem & immunitatem, solvant, ac eorundem monasteriorum commendatarum cessationis eo ipso incurrant, & absque alia declaratione desuper fienda incurrisse censeantur, feudaque & bona ad nos devoluta, & monasteria ipsa, per alios, a nobis & dicta sede libere impetrari possint, prout etiam nos tenore præsentium eos omnes sententias, censuris, & pœnis prædictis expresse innodamus, ac privatos esse, commendasque cessasse ex nunc decernimus & declaramus, & nihilominus ad satisfactionem Cameræ Apostolicæ omnino teneantur. Detinentes eos ab alio, quam Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo constitutos, & prævia debita satisfactione, absolvi non posse. Publicata Romæ, & XXVI. & XXX. mensis Octobris, 1556.

## C A P. IV.

*Pœna detinentium bona Romana Ecclesiæ & palatii Apostolici.*

Pius IV.

Apostolici officii auctoritas nos admonet, & ordo rationis exposcit, ut circa ea potissimum versetur, per quæ res & bona Rom. Ecclesiæ, præsertim usui & ornatui Rom. Pont. pro tempore existentis, & sacri palatii Apostolici deputata, ab impiorum insultibus & rapinis præserventur, & ab eis ausu sacrilego, aut alias quomodolibet, abinde asportata & distracta nostræ operationis ministerio cum animarum salute eorum, qui cæca cupiditate dicti, in non parvam sanctæ matris Ecclesiæ injuriam, & ipsorum animarum perniciem, Dei timore postposito, ea furripere, seu sibi appropriare, aut isti hinc divertere ausi fuerint, eidem Romano Pontifici pro tempore existenti restituantur, & taliter in præmissis provideatur, quod cæteris cedat in exemplum. Cum itaque, sicut non sine gravi animi nostri molestia accepimus, tam tempore infirmitatis diversorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, ex qua, sicut Domino placuit, ab humanis decesserunt, quam exinde diversarum sedium vacantium, quamplura etiam pretiosa jocalia, ornamenta, & alia res & bona usui præfato, ut præfertur, deputata, & alias ad eundem Romanum Pontificem pro tempore existentem, & Cameram Apostolicam spectantia & pertinentia, tam ex dicto Palatio, quam aliis quibusvis locis ablata & distracta fuerint, & a diversis eorum protervia invalescente detineantur, in nostrum & ejusdem Pontificis pro tempore existentis non solum detrimentum, sed etiam sedis Apostolicæ ignominiam, & ipsius auctoritatis diminutionem, necnon illa detinentium animarum perniciem, atque periculum non modicum. Nos hujusmodi inconvenientibus & animarum periculis, quantum in nobis est, obviare, & alias in præmissis, prout par est, providere volentes, motu proprio, & ex certa nostra scientia, omnes & singulas per

a Bonorum appellatione intelligis tam mobilia, quam immobilia, l. bonorum. ff. de verbor. signif. c. relatum 2. de test. & Jean. And. c. si quis exigentibus.

X X 3

per nos & Pontifices prædecessores nostros, contra talium perpetratores, ac alias bonorum Apostolicorum usurpatores, raptores, receptores, & possessores, ac detinentes & non restituentes, ac scientes & non revelantes, sub quibusvis verborum formis promulgatas, quarum & literarum Apostolicarum desuper collectarum tenores, ac si de verbo ad verbum infererentur præsentibus, haberi volumus pro expressis, auctoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus & innovamus, ac ad infrascriptos extendimus & ampliamus. Et nihilominus motu & scientia similibus, omnes & singulas, tam seculares, quam Ecclesiasticas, ac etiam militiarum & ordinum quorumcumque religiofas, etiam quæcumque Episcopali, Archiepiscopali, & Patriarchali, seu superiori Ecclesiastica, etiam Cardinalatus honore, ac etiam Comitali, Marchionali, aut Ducali dignitate fungentes, ac alias mundanas personas, nullas penitus exigentes, cum dignitas, qualisunque sit, in peccatis nemini exculationem præbere debeat, quæ jocalia, ornamenta, aurum, argentum monetatum & non monetatum, gemmas, margaritas, lapides pretiosos quocumque nomine nuncupatos, pecunias, vestes, pannos, & tam manuscriptos, quam quosvis alios libros, scripturas, necnon equos, mulos, mulas, imagines auteas, argenteasque, ac æneas, & marmoreas, ac suppellectilia, & alias quascumque res & bona, mobilia & immobilia, spiritalia & profana, cujuscuque generis, qualitatis, & quantitatis, seu pretii existentia, pro usu & commoditate Romani Pontificis pro tempore existentis, & ornamento palatii hujusmodi deputata, ac ad eundem Romanum Pontificem pro tempore existentem spectantia & pertinentia, tempore infirmitatis cujusvis Romani Pontificis prædecessoris nostri, ex qua postmodum decessit, ac etiam dictæ sedis præterea vacantis, necnon per annum ante obitum & vacationem hujusmodi, & dicto palatio & alias undecumque & quocumque asportant, subtraxerunt & occultarunt, seu præterito titulo donationis, vel remissionis, quitantia, vel alio quovis prætextu detinent, seu sciunt, ea per alios possideri, usurpari & detineri, aut occupata fuisse, & ad eorum manus pervenisse, requirimus & monemus, eisque districte præcipiendo mandamus, quatenus infra sex dierum spatium, quorum duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies pro tertio & preemptorio termino, eis & eorum cuilibet pro canonica monitione assignamus, omnia & singula jocalia, ornamenta, aurum, argentum, gemmas, margaritas, lapides pretiosos, pecunias, vestes, pannos, libros, equos, mulos, mulas, imagines, suppellectilia, & alias res & bona hujusmodi, dilecto filio Francisco Odescalco, dictæ Camere præsidenti, cum effectu restituant & consignent, & si donationem vel remissionem, aut quitantiam desuper sibi factam præterdant, illam seu illas vendidas, ut decet, & examinandas exhibeant & producant, ac illorum raptores, usurpatores, seu detentores vel occupatores scientes revelent. Alioquin lapsis diebus hujusmodi, omnes & singuli prælati Episcopali vel Archiepiscopali, aut Patriarchali, ac etiam Cardinalatus honore seu dignitate præditi, interdicti ingressus Ecclesiæ poenam, alii vero excommunicationis & maledictionis æternæ sententiam, quam alias in eos his scriptis fecerimus, & a quibus, nisi a nobis & eodem Romano Pontifice pro tempore existente, ac satisfactione prævia, præterquam in mortis articulo constituti, relaxationis & abolitionis beneficium obtinere non possint, eo ipso incurrant: & si Pontifici aut Cardinalatus honore seu dignitate præditi, sub interdicto hujusmodi per octo dies præfatos, seu immediate sequentes, permanere, alii vero inferiores ab eis eandem excommunicationis sententiam animo, quod absit, indurato sustinere non formaverint, extrane elapsis dictis octo diebus, Pontifici & etiam Cardinalatus honore seu dignitate præditi, a regimine Ecclesiarum eis commissarum, eo ipso suspensi, ac tam ipsi, si alia beneficia Ecclesiastica obtineant,

quam inferiores ab eis, omnibus & singulis Monasteriis, prioratibus, dignitatibus, administrationibus, canonicatibus, & præbendis, cæterisque beneficiis Ecclesiasticis, cum cura & sine cura, secularibus ac ordinum quorumcumque regularibus, quæ in titulum vel commendam seu administrationem, aut alias quomodolibet, etiam ex quibusvis concessionibus seu dispensationibus Apostolicis obtinent, ac etiam officiis Romanæ Curie per eos obtentis: Seculares vero feudis, vicariatus, dominiis & aliis juribus, ac privilegiis quibuscuque, eis per Romanam Ecclesiam aut sedem præfatam seu alios quoscuque, etiam quacumque alia auctoritate, etiam Imperiali vel Regali eis concessis, etiam eo ipso privati existant, & ad similia beneficia, feuda, privilegia, vicariatus, dominiis & jura obtinenda, necnon ad quoscunque actus legitimos exercendos, inhabiles, ac etiam interstabiles similiter eo ipso fiant, possintque beneficia, officia, ac vicariatus & feuda, aliaque jura hujusmodi tanquam vacantia, absque alia declaratione desuper facienda, a nobis & sede præfata, ac aliis, ad quos pertinet, illa concedere & dare, libere impetrari: sequitur quod si ipsi, aut eorum aliqui suæ salutis immemores in præmissis morosi fuerint, seu præmissa adimplere non curaverint, aut contempserint, hoc eis pro gravi crimine & delicto imputabitur, & iustitia mediante contra eos ad graviores & tales poenas atque ullo respectu procedetur, quod illorum coercitio eis perpetuo cedat ad noxam, & aliis in exemplum, absque spe alicujus ventæ inde consequendæ: si vero se humiles, & ad satisfaciendum aut confitendum promptos exhibuerint, cum omni mansuetudine & respectu excipiantur, & ex eorum spontanea restitutione seu confessione eis salutaris misericordiam & gratiam amplexus, exuberanti sedis præfate in singulos pietate provenient. Ac singulas donationes eis desuper factas, prout iustitia suadebit, & ordo distaverit rationis, admittemus. Ac, ut præfertur, scientes & revelantes, ultra cæleste præmium, a nobis condignam mercedem & retributionem recipiant, cum eorum omnium grata satisfactione. Romæ, Non. April. 1560.

### TITULUS III.

#### DE ANNATIS.

##### CAP. I.

*Excommunicationis & privationis beneficiorum penis innotantur, non solventes debitis temporibus annatas.*

Innocentius VIII.

**A**postolicæ Camere, ex qua non modo S. R. E. sed etiam magnum totius Christianæ Reip. subsidium provenit, jura illa servare (ut tenetur) modis omnibus cupientes, his quæ propterea a prædecessoribus nostris emanarunt, libenter adjicimus munimur nostri firmitatem, ac alias desuper providemus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire. Dudum siquidem per fel. rec. Pium Papam II. prædecessorem nostrum, accepto, quod numerus debitorum dictæ Camere nimis auctus erat, & quod obligati pro annatis beneficiorum Ecclesiasticorum, quæ auctoritate Apostolica alienati fuerant, excommunicationis sententiam in eas latam (quam non solvendo in præfixo eis termino ipsa facto incurrerant) minime curare videbantur, & per hoc animabus sic illaqueatis periculum imminere, & continua dictæ Camere damna subsequerentur. Idem prædecessor cupiens tam salutem animarum, quam ipsius Camere indemnitaribus salubriter providere, provide ordinavit, quod omnes, qui de cetero pro annatis quorumcumque beneficiorum in dicta Camera se obligarent, si infra eis præfixos terminos, dictæ Camere, aut colle-

fructibus & proventuum, eis in partibus existentibus, satisfacere deficerent, ipso facto, lapso termino, non solum in sententia excommunicationis incidere, sed etiam beneficiis suis, pro quibus se in dicta Camera obligassent, omnino privati forent; illi vero, qui non pro se, sed pro aliis, ut Principales, se pro annatis hujusmodi obligarent, si in terminis non satisfacerent, ultra sententiam excommunicationis hujusmodi, essent ipso facto omnibus beneficiis Ecclesiasticis, quæ obtulerent, privati; possentque talia beneficia per quoscunque libere impetrari, prout in eisdem prædecessoris literis desuper confectis plenius continetur. Cum autem (sicut accepimus) ex ordinatione prædicta, ab aliquibus temporibus citra, ideo optati fructus non provenierint, quia nonnulli, qui beneficia Ecclesiastica per hujusmodi privationem vacantia pro tempore postmodum impetrarunt super illis, agendo atque excipiendo, privationem hujusmodi in iudicium deduxerunt, coram palatii causarum Apostolici Auditoribus, & aliis Iudicibus Romanæ Curie, audiri non fuerunt ab eisdem Auditoribus & Iudicibus, asserentibus ordinationem eandem prædecessoris præfati non fuisse receptam, & moribus attentum comprobata, crevitque & crevit indies numerus debitorum eorundem, in annuam non solventium, quæ debent, periculum, & præfata Camera ac Christianæ Reip. præfata non leve præjudicium. Nos igitur volentes super præmissis opportune providere, ejusdem prædecessoris ordinationem, & literas prædictas, ac omnia & singula in eis contenta, auctoritate Apostolica, præsentium tenore approbamus, & robur perpetuæ firmitatis obtinere debere decernimus, juxta illarum continentiam & tenorem; ac volumus, & eadem auctoritate statuimus, quod hætenus obligati Camera eidem ex causis prædictis, qui non solverunt, statutis eis terminis, ac propterea excommunicationis sententiam, & juxta ejusdem prædecessoris literarum continentiam, privationis pœnam prædictam incurrerunt (si curiales, infra unum; citramontani infra tres; & ultramontani, infra novem menses, a die publicationis præsentium in Cancellaria Apost. computandos) dictæ Camera de his, quæ debebant, satisfecerint, extunc eo ipso ab excommunicationis sententia absoluti, & ad beneficia, quibus propterea juxta ordinationem prædictam, privati existunt, plenarie restituti censeantur; & si non solverint in terminis prædictis, privationis pœnam prædictam de novo incurran eo ipso: Quodque illi, qui in posterum se obligabunt, excommunicationis & privationis pœnas prædictas, juxta ejusdem prædecessoris ordinationem, omnino incurrant; & impetrantes beneficia per hujusmodi privationem vacantia; & similiter contra illos sic privatos, & de privatione hujusmodi excipientes, possint & debeant per quoscunque auditores & Iudices audiri; nec ex prætextu, quod constitutio prædicta non fuerit recepta, & moribus attentum comprobata, repelli; teneanturque Auditores & Iudices quicunque, in causis cognoscendis in Romana curia & extra, secundum eandem ordinationem judicare. Rom. 13. Cal. Mart. 1484.

## C A P. II.

*Annata non debentur Camera Apostolica, nec exiguntur de beneficiorum pensionibus, annum valorem 24. Ducatorum non excedentibus.*

## Clemens VII.

Cum, sicut nobis innotuit, licet ratione fructuum, beneficiorum Ecclesiasticorum, valorem annum viginti quatuor ducatorum auri, de anno communi æstimatione non excedentium, annata Camera Apostolica non debeantur, nec solvi aut exigi consueverint, & minus ratione pensionum quantitatem viginti quatuor ducatorum auri similium non excedentium, annata aliqua retroactis temporibus exacta aut solata fuerint, nihilominus, a certo

tempore citra, presidentes dictæ Camere & alii officiales Romanæ Curie, ad quos exactio annatarum pertinet, sub prætextu, quod in pensionibus & aliis dispositionibus beneficiorum Ecclesiasticorum, super quorum fructibus, &c. valorem viginti quatuor ducatorum excedentibus, aliquæ pensiones annuæ, cujuscunque etiam minoris quantitatis viginti quatuor ducatorum reservatae existunt, illorum medietas deduci ac desalcari consueverit, annatas ex pensionibus quantitatem octo ducatorum excedentibus, & viginti quatuor non excedentibus aut attrahentibus, de facto exegerint & exigunt. Nos qui unicuique in justitia debitores sumus, super iis congruis remediis providere volentes, ac ratione pensionum, quarum quantitas viginti quatuor ducatorum auri de Camera non excedit, nullas annatas Camera aut officialibus prædictis debere declarantes, ex certa nostra scientia & deliberatione statuimus, quod de cætero ex quibuscunque pensionibus, quantitatem viginti quatuor ducatorum hujusmodi non excedentibus, nulla annata quovis prætextu exigatur, nec per illos, quibus pensiones ipsæ resignatae fuerint, solvatur, neque solvi debeat, sic tamen, quod in pensionibus & aliis dispositionibus beneficiorum, super quorum fructibus similes pensiones annuæ minoris quantitatis viginti quatuor ducatorum, & quantitatem viginti quatuor ducatorum similium non excedentes resignatae fuerint, ex talibus pensionibus nihil deduci debeat. Districtius inhibentes Camere presidentibus, ac aliis officialibus prædictis, sub excommunicationis, & a perceptione emolumentorum officiorum suorum, ad nostrum & Apostolicæ sedis beneplacitum, suspensionis in eorum singulos latae sententiæ pœnis, ne de cætero, ratione hujusmodi pensionum quantitatem viginti quatuor ducatorum non excedentium, aliquas annatas quovis prætextu exigere, seu quo minus literæ resignationis illarum expendantur, impedire vel differre quoquo modo præsumant, alioquin literas ipsas tam per Cancellarium, quam Camera Apostolicam per eos, ad quos literarum expeditio pertinet, absque manuum illorum appositione, libere expediti posse decernimus, ac ad id eis liberam facultatem concedimus.

## C A P. III.

*Constitutionum editarum in non solventes annatas a variis Pontificibus ampliatio & confirmatio.*

## Julius III.

Cupientes Camera Apostolica, ex qua non modo S. R. E. verum etiam toti Reipubl. Christianæ subsidium provenit, & collegii Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium ac officialium sedis Apostolicæ indemnitati consulere, & eorum jura, ut tenemur, illæsa præservare, his, quæ a prædecessoris nostris ad hoc provide emanarunt, libenter adjicimus nostris muniminis firmitatem a, aliasque desuper disponimus, prout in Domino conspicimus salubriter expeditæ. Dudum siquidem, postquam felicis recordationis Pius Papa II. prædecessor noster, accepto, quod numerus debitorum dictæ Camere plurimum auctus erat, & quod obligati pro annatis beneficiorum Ecclesiasticorum, quæ Apostolica auctoritate assecuti fuerant, excommunicationis sententiam in eos locam, quam non solvendo in termino eis præfixo ipso facto incurrebant, minime curare videbantur, unde animabus sic illaqueatis, periculum imminerebat, & continue eidem Camerae damna subsequebantur, Cupiens tam saluti animarum, quam indemnitati Camerae hujusmodi salubriter providere, per sua ordina-verat, quod omnes, qui extunc de cætero pro annatis quorumcunque beneficiorum dictæ Camera se obligarent, si infra terminos eis præfixos dictæ Camerae, aut collectoribus fructuum & proventuum eidem Camerae debitorum

*a Idem habetur sup. x. c. de annatis. ex Innoc. VIII.*

X x 4

in illis partibus existentibus, satisfacere deficerent, ipso facto lapsis terminis prædictis non solum sententiam excommunicationis inciderent, sed etiam beneficiis, pro quibus se in ipsa Camera obligassent, omnino privati essent: si vero, qui se pro annatis hujusmodi non pro se, sed pro aliis, ut principales, obligarent, si in terminis non satisfacerent, ultra sententiam excommunicationis hujusmodi, essent omnibus beneficiis Ecclesiasticis per eos obtentis, eo ipso privati, possentque talia beneficia per quoscunque libere impetrari.

## C A P. IV.

*Annata solvi debet singulis quindecim annis Camera Apostolica de beneficiis & monasteriis unitis de casero non vacantibus.*

**E**T pia memoria Paulus etiam Papa II. prædecessor ac recolenda memoria Martinus V. Eugenius IV. Nicolaus etiam V. & Calixtus III. Romani Pontifices prædecessores nostri, tunc sui, quamplura diversorum ordinum Monasteria, prioratus, præposituras, & præpositus, conventuales, necnon dignitates majores in cathedralibus, etiam Metropolitanis, & principales in collegiatis Ecclesiis administrationes quoque, officia & beneficia Ecclesiastica, etiam dispositioni Apostolicæ generaliter reservata invicem, vel aliis cathedralibus, etiam Metropolitanis, seu collegiatis Ecclesiis, ac earum, sive capitularibus mensis, aut monasteriis, dignitatibus, collegiis, universitatibus, & beneficiis, ac congregationibus canonicorum regularium S. Augustini Lateranensium, & de Scopeto, seu S. Salvatoris nunenperiorum, Monachorum S. Justinae Paduanæ, & Montis Olivæ, S. Benedicti Cisterciens. Vallis Umbrosæ, & Carthusiens. Ordinum, Presbyterorum quoque S. Gregorii in alga Venetiarum, atque aliis Monasteriis, domibus, hospitalibus, fabricis, & piis locis, utriusque sexus personatum, sub diversis modis & formis dicta auctoritate univissent, annexissent, incorporassent, & submississent. Et propterea monasteria, prioratus, præposituras, dignitates, administrationes, officia, & beneficia unita hujusmodi amplius vacare non speraretur, & exinde Camera, ac Collegium hujusmodi, & officiales sedis Apostolicæ detrimentum non modicum paterentur: volens, ut par erat, quod uniones, annexiones, incorporaciones, applicationes, & submissiones prædictæ, si alias rite & rationabiliter præcesserant, ita in sua firmitate permanerent, quod eorum, quibus una cum suis oneribus unita fuerant, commodis defervirent, & aliorum jura propterea non læderentur, per suas statuerat, & ordinaverat, atque decreverat, quod omnia & singula Monasteria, illa videlicet, quorum fructus, redditus, & proventus ad summam centum florenorum auri de Camera, secundum communem æstimationem, ascendebat annuatim, sive in libris ejusdem Camere taxari reperiebantur, communia & minuta servitia, ac alia jura debita & consueta, tam Camere & collegio, quam officialibus prædictis, reliqua vero Monasteria, prioratus, præposituras, præpositus, dignitates, personatus, administrationes, officia & beneficia, ut præfertur, unita, pro quibus prædicta Camere annata, seu alia jura, solvi consueverant, vel debebant temporibus retroactis, & de solvendo singulis certis futuris temporibus, obligatio in eadem Camera per inadvertentiam facta non fuerat, annata sive medius fructus unius anni in posterum, & singulis quindecim annis perpetuo secuturis, eidem Camere omnino solvere tenerentur & deberent. Et quod de omnibus monasteriis, prioratibus, præposituris, præpositatibus, dignitatibus, personatibus, administrationibus, officiis & beneficiis supradictis, ut præfertur, unitis, a quorum unionum temporibus, postquam illæ fuerant sortitæ effectum, anni

*a De beneficiorum unionibus haec sup. in fine 1. lib.*

quindecim effluerant, infra annum proxime secuturum, communia minuta & alia jura, seu annatas, & medios fructus hujusmodi solvere astringerentur, etiam singulis 15. annis in futurum, prout multi alii similes uniones & gratias obtinentes faciebant, & facere consueverant, & ad id ii, quorum intererat, infra ipsius anni spatium se in eadem Camera efficaciter obligare deberent cum effectu, alioquin si a solutione aut obligatione præmissis cessare præsumpissent, uniones, annexiones, incorporaciones, applicationes, & submissiones prædictæ haberentur penitus pro infectis: & sic unita Monasteria, prioratus, præposituras, præpositus, dignitates, personatus, administrationes, officia, & eorum qualitates aut generis beneficia, tanquam vacantia, possent a dicta sede libere impetrari, et canonice obtineri, ac uniones ipsæ et super eis confectæ literæ, ac processus habiti per eandem, et quoscunque inde secuta nullatenus emanasse.

## C A P. V.

*Ordinationem Pii Secundi, cuius neglectus summum detrimentum minabatur Camera Apostol. confirmavit Innocentius VIII.*

**A**C similis memoria Innocentius Papa VIII. similiter prædecessor noster, accepto, quod ex ordinatione Pii prædecessoris hujusmodi a tunc certo tempore citra optatus fructus non proveniret, quia nonnulli, qui beneficia Ecclesiastica per hujusmodi privationem vacantia impetraverant super illis agendo, et alii, qui accipiendo privationem hujusmodi in iudicio deduxerant, coram causarum palatii Apostol. auditoribus, et aliis Rom. Curia Judicibus, afferentibus ordinationem hujusmodi receptam, & moribus utentium comprobam non fuisse, auditum non fuerant, & quod creverat, crescebatque indies numerus debitorum eorundem, in animarum non solventium periculum, & prædictæ Reipubl. Christianæ præjudicium, ordinationem & literas Pii prædecessoris hujusmodi, ac omnia & singularia illis contenta, per suas approbaverat, & perpetuæ firmitatis robur abstinere decreverat. Ac voluerat & statuerat, quod illi, qui extunc in posterum se obligarent, excommunicationis & privationis pœnas prædictas, juxta ordinationem Pii prædecessoris hujusmodi omnino incurrerent, & impetrantes beneficia per hujusmodi privationem vacantia, & similiter contra illos sic privatos, de privatione hujusmodi excipientes, possent & deberent per quoscunque auditores auditum, nec præteritum, quod ordinatio hujusmodi non fuisset recepta, & moribus utentium comprobata, repelli: tenerenturque auditores & Judices quicunque, tam in dicta Curia, quam extra eam, secundum ordinationem hujusmodi judicare, nec prodesse eidem obligatis quietationes, quas a collectoribus vel subcollectoribus haberent, quæ publico non probarentur instrumento;

## C A P. VI.

*Pœnas & censuras sancitas cum privationis beneficiorum, sum excommunicationis inviolabili legis vigore servari voluit Julius II. in non solventes annatas, cuius ut priorum rescriptum ratum & constantissime servandum Julius III. confirmat.*

**S**ANCTÆ memoriæ Julius similiter Papa II. & prædecessor noster, eorundem prædecessorum vestigiis inhærendo, motu proprio, & ex certa scientia ordinationes, statuta, decretum, & voluntatem prædecessorum hujusmodi per quasdam innovans, per constitutionem suam perpetuo validam decrevit, declaravit, statuit, & ordinavit, quod ordinationes, statuta, decretum, & voluntates prædecessorum hujusmodi, & quoad censuras, & pœnas, etiam privationis, in eis expressas, quoad futura in omnibus & per omnia, juxta illorum tenores inviolabiliter perpetuis futuris temporibus observarentur. Et quod illi, quos pro annatis hujusmodi dictæ Camere tenere constaret etiam

etiam si illas solvere non promitterent, seu ad illarum solutionem se specialiter non obligarent, dummodo beneficium ipsa realiter assequerentur, ad solutionem annatæ, & jurium prædictorum efficaciter tenerentur. Et deinde accepto, quod ex prædictis, & quæ postea, tam per dictum Innocentium, quam per similes memoriam Sixtum IV. & Alexandrum VI. Romanos Pontifices, pariter prædecessores nostros, tunc suos eatenus factæ fuerant, perpetuis unionibus & applicationibus, ac ex negligentia live malitia multorum, qui dictis literis parere eatenus contempserant, dicta Camera in suis iuribus non medioctem patiebatur iacturam, tam statutum ordinationem, decretum & declarationem Pauli prædecessoris huiusmodi, quam omnia & singula alia in illius prædictis literis contenta, per alias suas literas approbavit, & innovavit, ac inviolabiliter observari debere, ac omnes & singulos, cujuscunque qualitatis, gradus, & conditionis forent, qui se postea obligaverant, aut alias ratione Monasteriorum, ac aliorum beneficiorum sic unitorum, ad valorem centum florenorum similium communi estimatione ascendendum, vel quorum fructus, redditus, & proventus, in eisdem libris ad similem summam taxati reperiebantur, eidem Cameræ solvere tenebantur, ad integram solutionem eidem Cameræ de præmissis faciendam, infra certum tunc expressum tempus, juxta tenorem literarum Pauli prædecessoris huiusmodi, & sub pœnis in illis contentis, ut par erat, omnino teneri, obsequique decrevit, prout in singulis literis prædecessorum huiusmodi plenius continetur. Cum autem, sicut accepimus, malitia & avaritia hominum in dies crescente, ordinationes, statuta, voluntates, decreta, & declaratio Pii, & Pauli, ac Innocentii, & Julii prædecessorum huiusmodi, ad præsens plene non observentur, & a tempore ipsius Alexandri prædecessoris citra, tam per ipsum Julium, quam etiam felic. record. Leonem X. Adrianum VI. & Clementem VII. ac Paulum III. Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, diversæ aliæ uniones, annexiones, incorporaciones, & applicationes perpetuo factæ, & concessæ fuerint, ac ex incuria agentium pro Camera prædicta, seu alias obligationes de solvendis communibus, & minutis scrivitiis, ac annatis, seu mediis fructibus, aut aliis iuribus solvi debitis & confectis, factæ non fuerint, & quæ factæ sunt, executioni non demandentur, in eorum, ad quorum commodum uniones, annexiones, incorporaciones, & applicationes prædictæ factæ fuerint, animarum periculum, & Cameræ, ac collegii Cardinalium, & officialium detrimentum, necnon Republicæ huiusmodi non leve præjudicium.

Nos volentes in præmissis opportune providere prædecessorum huiusmodi vestigiis inherendo, motu proprio, non ad alicujus nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de mera deliberatione, & certa scientia nostris, ordinationes, statuta, voluntates, decreta, & declarationem Pii, & Pauli, ac Innocentii, & Julii prædecessorum huiusmodi, necnon desuper contestas literas, ac omnia & singula in eis contenta, Apostolica auctoritate, tenore præsentium approbamus, & innovamus, ac robur perpetuæ firmitatis obtinere, & a quibuscunque, tam in eisdem literis nominatis, quam non nominatis, virorum & mulierum, secularibus & quorumvis ordinum regularibus, congregationibus, ac omnibus aliis & singulis prædictis & præsentibus nostris literis comprehensis personis, tam pro præterito, quam futuro tempore inviolabiliter observari, eaque omnia, ac censure ac pœnas in singulis literis huiusmodi contentas, contra omnes congregationes & personas prædictas, quoad omnia & singula Monasteria & beneficia Ecclesiastica, cum cura, & sine cura, secularia & quorumvis ordinum regularia quomodolibet qualificata, quæ congregationes prædictæ quomodolibet communiter possident, etiam si de jure patronatus laicorum, etiam Imperatoris, Regum, Ducum, Marchionum, Baronum, Comitum, & aliorum Nobi-

lium, etiam illustrium, aut dummodo per ipsas congregationes possideantur, tam in Romana Curia, quam extra eam, inter quoscunque litigosa existant vigere, & locum habere, totalique, & plenaria executioni demandari debere, decernimus. Necnon ea omnia, quæ singuli prædecessores prædicti voluerunt, eisdem auctoritate & tenore volumus, ac præmissa omnia, prout per ipsos prædecessores ordinata, statuta, decreta, & declarata fuerunt, de novo ordinamus, statuimus, decernimus, & declaramus, eaque omnia, ad quoscunque, tam seculares, quam regulares virorum & mulierum congregationes, quantumvis privilegiatas & exemptas, auctoritate & tenore prædictis extendimus & ampliamus. Rom. 15. Cal. Jan. 1553.

## C A P. VII.

*Annatarum, quinquenniorum & reliquorum jurium solutioni obligantur Monasteria, quorum fructuum taxam Camera Apostolica non laeset auctoritas. Beneficiorum quoque annuum valorem proderet & fateri debent Ecclesia cathedralis, ne annatarum jus defraudetur.*

Pius Quintus.

Apostolicæ sedis poscit auctoritas, ut quæ provide per Rom. Pontif. statuta fuerint, debita executioni demandentur. Cum autem, sicut accepimus, ut annatarum communium, & aliorum jurium semel tantum, vel de 15. in 15. annos, ob perpetuas beneficiorum Ecclesiasticorum uniones persolvendorum, quæ alias fel. record. Julius III. & Paulus IV. Rom. Pontif. prædecessores nostri, per eorum literas in forma motus proprii desuper editas, ex præterito duntaxat Cameræ Apostolicæ applicaverunt, eo celerius, quo poterit, exactio & executio fiat, plurimum interesse; et necessarium existit, ut tam Julii III. & Pauli IV. prædecessorum literas prædictas, quam alias quascunque constitutiones, statuta, decreta, & declarationes, per fel. mem. Pium II. Paulum etiam II. Innocentium V. II. Julium similiter II. ac Julium & Paulum præfatos, aliosque diversos Romon. Pontif. prædecessores nostros, contra pro tempore in Camera Apostolica, aut alias ratione annatarum communium, et aliorum jurium prædictorum semel tantum, aut de 15. in 15. annos solvend. obligatos, aut alios quoscunque, beneficia Ecclesiastica, abique eo, quod annatas, communia, et quinquennia prædicta solvissent, pro tempore possidentes, editas et factas, per nos innoventur, approbentur, et confirmantur.

Nos igitur singularum literarum, et cujuslibet motus proprii, a prædictis Rom. Pontif. prædecessoribus nostris, ut præfertur, quam etiam forsitan a nobis hactenus emanati veriores tenores, ac si de verbo ad verbum hic inserti essent, pro plene et sufficienter expressis et insertis haberi volentes; illas et illos, necnon omnia et quæcunque, per quoscunque Judices, executores et commissarios in illis deputatos, et ab eis subdelegatos, ac alios ministros in præmissis, et circa ea quomodolibet gesta ut exequuta reperiuntur, ac inde sequuta quæcunque, ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine approbamus et confirmamus, ac rata et grata habemus, necnon illis perpetuæ et irrefragabilis firmitatis robur adjicimus, illaque inconcasse observari debere decernimus et declaramus, omnesque et singulos tam juris quam facti, et solemnitatum forsitan omissarum, et alios quoscunque defectus, si qui forsitan intervenerint in eisdem, et qui necessario exprimi deberent, motu, scientia et potestatis plenitudine similibus supplemus, illasque et illa, quatenus opus sit, innovamus. Et insuper quoniam (sicut etiam nobis innotuit) a nonnullis nimium scrupulosis et plañquam oporteat sapere contententibus hæsitatur, an monasteria, quorum fructus, etc. in libris Cameræ Apostolicæ taxati reperiuntur, necnon prioratus quorumvis ordinum

dinum regularia & regulares, ceteraque beneficia Ecclesiastica quocunque titulo nuncupata, quorum fructus, redditus, & proventus in distributiones quotidianas convertuntur, sub literis Pauli II. & aliorum prædecessorum hujusmodi comprehenduntur.

Nos considerantes, quod annatarum communium, & aliorum jurium prædictorum exactio, in recognitionem universalis domini introducta, est antiquissima: Quindenniorumque usus & solutio ideo adinventi sunt, ne Camera prædicta ex monasteriorum, prioratum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum unionibus, quæ amplius vacare non sperabatur, detrimentum aliquod pateretur: Volentes Camera nostræ Apostolicæ, ac venerabilium Fratrum nostrorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, necnon dil. filiorum Rom. Curie officialium participantium jura præservare, illorumque indemnitate consulere, ad omne dubium omnemque disputandi & excipiendi occasionem tollendum, motu simili, &c. omnia & singula monasteria, tam secularia, quam quorumvis ordinum regularia, dummodo in libris ejusdem Camera taxata reperiuntur, reliqua vero monasteria, prioratus, præposituras, præpositus, tam seculares, quam quorumvis ordinum regulares, necnon dignitates, personatus, administrationes, officia, & alia quæcunque beneficia Ecclesiastica: etiam si manualia, & de jure patronatus existant, quorum fructus, &c. summam 24. ducatorum auri de Cam. se. com. aff. val. annum excedunt, a quocunque tempore citra etiam ante fel. rec. Martinum Papam V. similiter prædecessorem nostrum, & per nos & successores nostros, quibuscunque cathedralibus etiam Metropolitanis, seu collegiatis Ecclesiis, aut capitularibus mensis, etiam pro quotidianis distributionibus, aut aliis usibus, necnon collegiis, universitatibus, congregationibus, quorumvis ordinem, monasteriis, domibus, hospitalibus, fabricis, ac utriusque sexus personarum piis locis, quantumvis privilegiatis & exemptis, sub quibuscunque tenoribus & formis Apost. auctoritate unita, seu alias quomodolibet & quovis titulo obrepta & possessa, sub literis Pauli II. & aliorum prædecessorum hujusmodi comprehendit & includit Et propterea omnia & singula cathedralium etiam Metropolitanarum, Ecclesiarumque collegiatarum capitula, congregationes, universitates, collegia, hospitalia & pia loca, & quivis alii, in quorum favore uniones, annexiones, incorporationes, applicationes, & subdivisiones hujusmodi factæ reperiuntur, quantumcunque, ut præfertur, exemptæ & privilegiatæ existant, etiam si se super inde in Cam. Apost. non obligaverint, dummodo monasteria & beneficia ipsa possideant, ad solutionem communium annatarum, & aliorum jurium prædictorum, eidem Camera pro tempore præterito (salyis collegii & officium iuribus quoad futura remanentibus) ratione unionum, annexionum, incorporationum, applicationum, & submissionum prædictorum, singulis 15. annis, a die, qua illæ suum sortitæ fuerint effectum, & alias juxta tenorem literarum, in forma motus proprii a Julio III. prædecessore prædicto, super applicatione quindenniorum prædictorum eidem Camera facta, desuper emanatarum faciendam, teneri & obligatos esse, & ad id per sententiam, censuras, & pœnas in singulis Pauli II. & aliorum prædecessorum hujusmodi literis contentas, cogi & compelli posse, sicut & non aliter in præmissis omnibus & singulis, per quoscunque Judices & commissarios, quavis Apost. auctoritate surgentes, etiam palatii nostri Apostol. causarum auditores, necnon S. R. E. Cardinales, ac venerabilem Fratrem nostrum Hieronymum Episcopum Maceratensem præfatæ Camere clericum, cui omnes

& singulas causas, occasione præmissorum pendentes committimus in quavis instantia, sublata eis & eorum cuilibet aliter judicandi facultate, judicari & diffiniti debere, irritumque, &c. decernimus & declaramus. Mandantes eidem Hieronymo Episcopo, ut omnes & singulas causas eorum eo, inter dil. filium ejusdem Camere collectorem ex una, & quascunque congregationes, capitula, collegia, & quavis alias personas ex altera partibus, super solutione annatarum communium & aliorum jurium, quindenniorum eorundem, vel eorum occasione nunc & pro tempore, pendentes, juxta presentium tenorem terminet & decidat. Et pro faciliori indagazione unionum prædictarum omnia & singula cathedralium etiam Metropolitanarum & collegiatarum Ecclesiarum capitula, collegia, necnon tam virorum quam mulierum seculares, & quorumvis ordinum regulares congregationes seu collegia, & pia loca eorundemque prælatos & procuratores, ad judicandum & profitendum medio juramento, omnia & singula monasteria, prioratus, præposituras, præposituras, parochiales Ecclesias, & alia quæcunque beneficia Ecclesiastica, quæ ipsa capitula, congregationes, & alia pia loca prædicta possideant, & quo titulo illa possideant, illorumque annuos valores, sub privationis, & aliis in literis in forma motus proprii Pauli IV. prædecessoris hujusmodi contentis sententiis, censuris, & pœnis in Romana Curia & extra eam moneat & requirat.

## TITULUS IV.

### DE JURE PATRONATUS.

#### CAP. I.

*Beneficiorum electivorum concessiones juris patronatus habentis factæ, a primo anno Pontificatus Innocentii Octavi, qui Roma coronatus fuit pridie Idus Septemb. 1484. revocantur.*

#### Adrianus VI.

**S**anctissimus D. N. Adrianus VI. accepto per sanctitatem suam, quod nonnulli Romani Pontifices ejus prædecessores, diversis personis & collegiis laicorum a jus patronatus, & facultates & indulta presentandi seu nominandi personas idoneas ad Ecclesias, etiam Metropolitanas, Monasteria, & beneficia Ecclesiastica, secularia ac regularia, ac hospitalia, & alia pia loca ex tunc deinceps vacatura, etiam interdum pro eorum hereditibus & successoribus aliis, sub variis modis & formis, per diversas eorum literas in perpetuum vel ad certum tempus reservarunt & concesserunt, considerans, quod per hujusmodi facultates & indulta Romanus Pontifex sæpius impeditur, quo minus personas qualificatas, utiles & necessarias ad Ecclesias & monasteria promovere, ac de beneficiis Ecclesiasticis similibus personis providere, hospitalia quoque & pia loca hujusmodi personis etiam utilis, & Monasteriis committere, & alias de illis disponere libere possit. Ideo ut per sanctitatem suam & sedem Apostolicam liberius de personis bene meritis, dilectis cathedralibus Ecclesiis & Monasteriis provideatur, & de illis ac aliis dignitatibus, beneficiis, hospitalibus, & piis locis hujusmodi disponatur, opportune providere volens, fel. recordationis Innocentii Papa VIII. suæ sanctitatis prædecessoris inhærendo vestigiis, omnes & singulas reservationes & concessiones juris patronatus, ac facultates & indulta presentandi seu nominandi personas hujus-

*a Introducta fuit annata ad subventionem Papa & Cardinalium indigentium, sicuti & charitativum subsidium, ut tradit Ferdinand. Cordub. in tractatu suo de annas. quem refert Gomez. in prefatione. reg. cancell. de valore exprimendo. m. 6.*

*a Vid. Mar. Socin. de prob. ult. col. Felin. in tract. quando literæ Apostol. 6. limitat. Casarem Lambert. in tract. de jure patron. lib. 1. quæst. 1. art. 3. Rebuff. in tract. de nominib. Rochus in tract. de jure patronat. verb. honorificum. q. 3.*

hujusmodi, ad Ecclesias, Monasteria, prioratus, prapositiones, dignitates, personatus, administrationes, officia, canonicatus, & prapendendas, aliaque beneficia Ecclesiastica, cum cura & sine cura, secularia, & ordinum quorumcunque regularia, qualitercunque qualificata, ac hospitalia, & alia pia loca, per nostros prapdecessores & sedem Apostolicam, aut ejus legatos, nuncios, executores, & subexecutores, ab anno primo Pontificatus ejusdem Innocentis prapdecessoris citra, quibusvis Regibus, Reginis, Ducibus, & Marchionibus, ac aliis Principibus & personis necnon communitatibus, universitatibus, consfraternitatibus, & collegiis secularium personarum, cujuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis existentibus, etiam ex motu proprio & ex certa scientia, ac de potestatis Apostolicæ plenitudine, aut etiam consfraternaliter, & alias tam simpliciter, quam sub quibusvis conditionibus & promissionibus, & alias quomodocunque & qualitercunque & ex quibusvis causis, praprerquam ratione ereptionis locorum, in quibus Ecclesiæ, monasteria, & beneficia prædicta consistunt, ex infidelium mambus & potestate factas, concessa, quorum omnium formas & tenores eadem sua sanctitas haberi voluit pro expressis, quoad Metropolitan. ac alias cathedrales Ecclesias & monasteria, necnon prioratus, & prapositiones, ac alias dignitates conventuales, & alia electiva, etiam si ii, quibus reservationes & concessiones, facultates & indulta hujusmodi facta & concessa fuerunt, quascunque conditiones eis propterea quomodolibet impostas, & promissiones per eos propterea factas adimpleverint.

Quo vero ad alia beneficia ac hospitalia & pia loca hujusmodi, si illi, quibus reservationes & concessiones ac facultates et indulta hujusmodi facta et concessa fuerunt, ut præfertur, illorum occasione fructus proxime dictorum beneficiorum, hospitalium, et porum locorum, ad medietatem unius anni valoris fructuum eorundem, secundum communem æstimationem, de propriis eorum bonis non auferunt, vel eorum Ecclesias aut hospitalia et pia loca hujusmodi, de novo fundamentaliter non ædificaverunt, seu fundus, in quibus ædificarentur ædificia in præsentiarum subsecuto non concesserunt, ad quorum augmenti, ædificationis, reædificationis et concessions respectivæ probationem, eos, qui tali jure patronatus, seu præsentandi et nominandi directe vel indirecte uti voluerint, eadem sua sanctitas teneri decrevit, etiam si conditiones, ad quas alias, quam modis præmissis, tenebantur, executioni de mandata fuissent, et in hæris reformationum, et primo dictarum concessionum, seu facultatum et indultorum hujusmodi cautum sit, quod dictum jus simpliciter, vel sub certis conditionibus, modis et formis, ex fundatione vel dotatione pertinet aut pertinere censeatur, vel perinde habeatur, ac si ex fundatione vel dotatione prædicta pertineret, et quod reservationes, et primo dictæ concessiones, facultates, et indulta hujusmodi revocari non possint, et clausula etiam derogatoriæ derogatoriæ, fortiores, efficaciores, et insolite in dictis litteris, pro illarum perseveratione desuper adjectæ sicut, illarum formas et tenores pro expressis habendo revocavit, cassavit, annullavit, ad Ecclesias, monasteria, prioratus, prapositiones, dignitates, et beneficia hujusmodi, ad eorum primæviam naturam, præmissis non obstantibus, reduxit.

## C A P. II.

*Jure præsentandi privatur, qui apostatam præsentat ad beneficium juris patronatus.*

*a Constructione, dotatione, vel fundatione, ut jus acquiratur, sic & isdem tribus modis conservatur. cap. 3. de jure patronatus. cap. pia mentis & ibi gloss. 16. quæst. 7. cap. Abbatem in 2. 18. quæst. 2.*

Paulus IV.

**S**I patroni alicujus beneficii Ecclesiastici, five sint laici, five clerici, alicquem ex apostatis & extra claustra vagantibus ad beneficium, de eorum jure patronatus existens, tunc vacans, præsentaverit, præsentationes hujusmodi sint eo ipso nullæ, irritæ & inanes, ac viribus careant, & ipsi patroni jure præsentandi alios ad eadem beneficia pro ea vice tantum privati existant.

## C A P. III.

*Jus patronatus concedendi legitima causa qua sit.*

Pius IV. ex reformationis penitentiarie

Apostolicæ decrevis.

**P**enitentiarie ac penitentiarie Apostolicæ regens ablineat a concessione juris patronatus seu præsentandi ab beneficia Ecclesiastica, propter augmentum fructuum, sed tantum ex causa fundationis vel devotionis a illud concedere possit.

T I T U L U S V.  
D E C O N F E S S I O .

## C A P. I.

*Confessi crimen, aut gravissimum indicium questione torquendi carcerati, non relaxentur fisco inscio, nisi præstita fuerit cautio.*

Paulus IV.

**L**icet ex juris communis dispositione satis provisum sit, ut de aliquo crimine inquisitus, dum super indicibus contra eum existentibus discutitur, an tortura in ejus persona jure locus sit, personaliter in carcere detineatur, et ut crimen confessus, in quem nihil, nisi ut poenam solvere cogatur, agendum restat, quousque ille debite punitus fuerit, non relaxetur: tamen ut nuper accepimus, rei criminum torturæ supplicandi, sub cautione de se repræsentando, et confessi sub simili cautione, seu etiam sub cautione de stando juri, et iudicatum solvendo, plerumque relaxantur, quo fit, ut illis extra carcerem positis, expeditionem non procurantibus, causæ hujusmodi differantur, et demum oblivioni tradantur, aut variis viis rei ipsi, post aliquod tempus, cautiones præstitas liberari procurent, sicque ipsi poenas debitas effugiant, & delicta remaneant impunita, in grave scandalum, & pessimum cæterorum exemplum. Nos itaque huic abusus occurrere volentes, motu simili, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, tenore presentium decernimus, statumus & ordinamus, ut nullus, qui ex indicibus contra eum laborantibus jure torquendus veniat, seu de quo dubitetur, dum de indicibus hujusmodi, an ad torturam sufficientia sint, disputatur, quo usque aut per torturam indicia ipsa purgaverit, aut eum torturæ subiciendum non esse, cognitum fuerit, nisi procuratore fisci nostri ad hæc omnia citato & interveniente, sub quavis cautione a carcere relaxetur, neque super iis extra carceres audiatur. Nullus etiam, qui crimen in iudicio confessus fuerit, contra quem nulla sunt partes Judicis, nisi in exequendo, etiam si pro crimine hujusmodi pecuniaria poena plestendus veniat, & quacunque cautionem de illa solvenda præstare offerat, a carcere relaxetur, nisi poena ipsa, præfata fisci procuratore desuper audito, debite persoluta, sicque per quoscunque Judices quavis auctoritate surgentes, iudicari, diffiniri, & observari debere, sublata eis & eorum cuilibet aliter iudicandi & diffinendi facultate, irritumque & inane, quicquid contra presentium tenorem, a quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, attentari contigerit, decernimus.

CAP.

*a Pan. in cons. 76. & 106. lib. 2. Cass. ad decis. 7. de jure patron. numer. 6.*



## C A P. II.

*Rei confessi a vinculis carceris non solvantur, nisi executionis sententia paruerint.*

Pius V.

Cum sicut accepimus, visitatores carcerum almæ urbis nostræ, homicidii, aliosque capitalium criminum reos carceratos, ad illorum absolutionem & liberationem, nimia humanitate proni atque proclives, sæpe a carceribus liberari faciunt, sub cautione de se presentando, aut alias sub aliis obligationibus & conditionibus eis bene visis, & ita processus debilitantur, & causarum expeditiones differuntur, vel (quod molestius ferimus) eos quandoque liberant, aut leviori poena, quam iustitia exposcit, efficiunt ac propterea delicta impunita remanent, contra jus & utilitatem a publicam. Nos considerantes, impunitatem scelerum esse incentivum malorum, nolentesque in futurum, reos homicidii, ac aliorum delictorum capitalium, nisi in casibus a jure expressis, a carceribus liberari, & extra carceres audiri, ac levius puniri, tenore presentium, eisdem visitatoribus sub poena indignationis nostræ inhibemus atque interdiciamus, ne posthac reos carceratos, ut præmittitur, arbitrio suo relaxent & liberent. In levioribus autem delictis reos confessos aut convictos non relaxent, neque liberent, nisi prius sententia, aut condemnationi, quam eis infligendam & imponendam duxerint, paruerint, & illius executio facta fuerit. Volamus autem, quotiescunque viderint æquitatem juris rigori, attentam facti qualitate, præferendam esse, cum ad solum Principem jus decretandi inter jus & æquitatem non scriptam spectet & pertineat, tunc facti qualitas diligenter inquisita consideretur, & si quid ab eis de jure relaxandum videbitur, nobis unus ex visitatoribus una cum Judice causæ referat, præsentem procuratorem fisci, vel Advocato fisci ejusdem Camere & fisci, ac etiam pauperum advocato, ut a nobis, quid statuendum & deliberandum sit, intelligant.

## C A P. III.

*In causis criminalibus confessi appellare nequeunt.*

Idem.

IN confessos Judices procedere possunt, non obstantibus b appellationibus & inhibitionibus, & absque aliquarum poenarum ineursu.

TITULUS VI.  
DE DOLO ET CONTUMACIA.

## C A P. I.

*Defensio condemnatorum in contumaciam, infra semestre exigi debet.*

Pius IV.

Quoniam sæpe contingit, ut qui ex aliquo crimine in contumaciam condemnati fuerint, perdurant ad multos annos in contumacia, expectantes occasionem, ut per temporis diuturnitatem criminis probatio impossibilis reddatur, & tunc querunt contumaciam sibi remitti, & super defensionibus audiri, cum criminis probandi facultas est fisco sublata, causam plerumque, vel coram Judicibus in ipsos propensis, vel in locis, ubi jura fisci deduci non possunt, introducunt, statimus, quod rei in contumaciam condemnati, ad suas defensiones faciendas admitti non possint, nisi infra sex menses c quoad faciendas videlicet a die condemnationis,

a L. cum quidam. ff. de liberis & posthumis. c. ut fama. de sent. excomm. b Propria voce confessus, appellare non potest. l. 2. c. quorum appell. ubi gloss. Bart. Bald. & Aldrad. communem dicunt. c Pius V. in sequenti constitutione, contumaces infra annum ad defensionem admitti posse decrevit.

quo vero ad jam factas condemnationes, a die publicationis presentium computandos, nec alibi, quam in loco, ubi condemnatio secuta est, vel in curia generali Provincia, ubi delictum fuerit commissum. Et si fecus fieri contingat, quæcunque absolutiones desuper obtinentur, etiam si vigore commissionis signaturæ nostræ, nullius sunt roboris vel momenti, sed ad ipsarum condemnationum jam factarum executionem deveniri possit & debeat. Quo termino sex mensium elapso, sententia in contumaciam lata crimen notorium efficiant, & tanquam in rem judicatam transiverint, realiter & personaliter executioni demandentur. Nec homicidis proflit minor ætas viginti annorum, dum tamen majores quatuordecim annorum extiterint. Quod si banniti hujusmodi in contumaciam condemnati, veniant postmodum absolvendi, Judices, sub poena mille scutorum, & infamiae perpetuæ, illos gratis, & sine ulla sportularum solutione, absolvere debeant. Publicata Rom. 26. Maji 1505.

## C A P. II.

*Semestre spatium concessum Pii IV. decreto contumacibus ad exprimendas causas defensiones, ad annum extenditur & prorogatur, ita tamen, ut sponte comparentibus duntaxat non captis, infra annum faveat & patrocinetur.*

Pius V.

UDum postquam fel. record. Pius Papa IV. prædecessor noster, captis subterfugiis delinquentium a obviare, per quasdam suas in forma motus proprii editas literas, sub dat. Romæ apud sanctum Petrum, 12. Cal. Junii Ann. 6 inter alia statuisset, quod rei in contumaciam condemnati, ad suas defensiones faciendas admitti non possint, nisi infra sex menses quoad faciendas videlicet a die condemnationis, quo vero ad jam factas condemnationes, a die publicationis earundem literarum computandos, per alias nostras, etiam in forma motus proprii emanatas literas, die 20. mensis Junii, pontificatus nostri anno primo publicatas, terminum sex mensium hujusmodi, ad annum prorogavimus, ac contumacibus hujusmodi defensiones, non nisi post anni elapsi terminum, denegari debere decrevimus. Cumque, sicut accepimus, a nonnullis ordinationem & dispositionem hujusmodi, nostramque & dicti prædecessoris in illis edendis intentionem, variis calumniis eludere, & super earum finistris interpretationibus agentes pro fisco & Camera Apostolica fatigare, & causas in longum protrahere, & illas intricare, sententiarumque executionem evitare fatigentibus, sæpe in dubium verti contingat (licet ex verborum proprietate res clara sit) an scilicet, tam sponte comparentes, de quibus loquitur motus proprius præfati prædecessoris, quam etiam capti intra dictum tempus, indistincte admitti debeant, ad faciendum suas b defensiones, maxime stantibus in eodem nostro motu proprio appositis supra relatis verbis, videlicet, *Ac contumacibus hujusmodi defensiones non nisi post anni elapsi terminum denegari debere*: quæ indiffinitè prolata sunt, & videntur posse comprehendere, tam sponte comparentes, quam captos, nihilominus considerantes, quod verba ipsa nihil aliud disponunt, quam prorogationem termini, his, quibus ex forma motus proprii prædicti prædecessoris denegari non poterat. Nos igitur ad tollendum omne dubium, & absurdum evitandum, quod capti, & sponte comparentes patris

a Contumacia in criminalibus accusanda. l. absentem. §. 1. ff. de poenis. Barr. in l. inser. ult. col. ff. de public. jud. & in extravag. ad reprimendum. in verb. neglexeris. b Contumax damnatus non audietur, nisi contumacia solutio expensis. gl. in l. sed & si §. sed et si dum decreto. ff. ex quibus causis major. Bald. in c. cum venissent. col. 2. de judic. Idque observatur tam in civilibus, quam criminalibus causis.

paris essent conditionis, necnon calumniis & aliis inconvenientibus hujusmodi, quantum cum Deo possumus, obviare, omnemque disputandi materiam tollere, & in his opportune providere volentes, necnon singularem literarum predictarum, ac iudiciorum, inquisitionum, processuum, condemnationum, & sententiarum desuper formatarum, & latarum, ac formandarum, & promulgandarum hujusmodi, aliorumque forsitan latius exprimentiores, continentias, formas, & compendia, ac reorum, delictorum, criminum, & excessuum, ac poenarum hujusmodi, & iudicium nomina, cognomina, gradus, & qualitates, ac quantitates, & loca, pro plene & sufficienter expressis habentes, & decernentes, necnon singulas prænaratas literas confirmatas, & innovantes, motu simili, &c. quod benigne, & in contumaciam condemnati, in poenam capitis & ultimi supplicii, si capti ad manus Curæ devenerint, per Judices ad novas sive alias defensiones faciendas, etiam intra dictum tempus non admittantur, nisi habita a nobis vel signatura nostra desuper gratia speciali, nec literæ ipsæ, quæ in eorum odium editæ sunt, eis in aliquo suffragentur, aut illis se juvare sive defendere possint. Quinimo, quod Judices prælati sententias ipsas condemnatorias, tam in urbe, quam extra eam latas & ferendas, si tamen legitimis præcedentibus iudiciis ad inquirendum promulgatæ fuerint, executioni realiter & corporaliter suis loco & tempore congruis, respective totaliter & integre contra sic captos demandent & demandari faciant, hac nostra perpetuo valitura declaratione declaramus & ordinamus, & ita mentis & intentionis nostræ fuisse & esse attestatur. Rom. Id. Septemb. 1571.

## TITULUS VII.

## DE SEQUESTRIS.

## C A P. I.

*Judicibus decernendi sequestra fructuum beneficiorum lites pendente conceditur facultas.*

## Pius V.

**S**anctissimus in Christo Pater & Dominus noster Dominus Pius, divina providentia, Papa V. cupiens, prout suo pastoralis incumbit officio, unicuique quod suum est tribui, justitiamque inter omnes æqua lance ministrari, ac animarum periculis, & fraudibus eorum, qui passim beneficia Ecclesiastica in mensibus, id quibus illorum collatio & provisorio per constitutiones suas seu Cancellariæ Apostolicæ regulas desuper editas, dispositioni suæ pro tempore reservatæ existunt, vacantia, seu alias eidem & sedis Apostolicæ dispositioni generaliter reservata, aut ex generali reservatione Apostolica, vel alias affecta, ordinariæ, seu alia auctoritate, contra dictarum constitutionum tenorem, aut alias indebitè sibi conferri, & de illis etiam provideri procurant, & in eis prætextu collationum & provisionum hujusmodi se intrudunt, ad hoc, ut illorum fructus suos faciant, & ex eis impetrantes Apostolicos, seu alias justo titulo provisos molestant, & interim lites adeo in longum protrahant, ut impetrantes & justum titulum habentes, aut cum eis concordare, aut eorum juri cedere & renunciare, aut in prosecutione litium hujusmodi omnes fere eorum facultates dissipare, & tandem in illarum prosecutione mori cogantur. Quique beneficia in Romana Curia, vel extra eam, litigiosa resignant, aut eorum juri cedunt simpliciter, vel in favorem tertii, in memorialibus cum parvis datis & consensibus desuper præstitis, quæ penes se retinent, & nihilominus lites hujusmodi proseguuntur, & dum cognoscunt, nullum jus sibi in hujusmodi beneficiis litigiosis competere, ad effugiendum sententiam, & executionem, vel fructuum restitutionem, in quibus con-

demandandi venirent: Supplicationes desuper signari, ac datas, & consensus parvos hujusmodi extendi faciant, asserentes, se jam diu illa dimisisse, partes foventes bonum jus, & Judices justitiam ministrantes deludendo, quantum in eo est obviare, omnem penitus talia præsumendi occasionem tollere, hac sua perpetuo valitura sententia statuit & ordinavit, quod quoties in antea aliquem, super quovis beneficio Ecclesiastico, ut præfertur, reservato seu affecto, & dicta auctoritate vel alias nulliter collato, tam in dicta Curia, quam extra eam litigare contigerit, & Judici ordinario, seu cui causa desuper commissa fuerit, etiam summarie & extrajudicialiter, quantum sibi pro rei qualitate sufficere parte legitime citata videbitur, constitit beneficium ipsum in dictis mensibus vacavisse, aut alias, ut præfertur, reservatum seu affectum, & nihilominus ordinariæ, seu alia auctoritate nulliter collatum, & indebitè detentum existere, idem Judex reproducta citatione, fructus, redditus, & proventus beneficiorum sic nulliter collatorum, & indebitè detentorum, sequestrari a mandet & faciat, ac alia exequatur in præmissis necessaria & opportuna. Super quo eidem Judici omnem potestatem & auctoritatem impertitus est. Idemque Sanct. sua in causis nunc in quavis instantia coram eisdem iudicibus pendentibus, similiter observari mandavit. Præterea decrevit & declaravit, sic resignantes seu cedentes, & nihilominus lites hujusmodi prosequentes, ne eorum malitia illis prodesse, & foventibus bonum jus nocere valeat, ad fructuum, reddituum, & proventuum dictorum beneficiorum per eos perceptorum restitutionem, ac expensarum in litibus hujusmodi factarum refectionem, omniaque & singula damna & interesse, in quibus condemnati fuerint, si non cessissent vel resignassent, per Judices, tam ordinariæ, quam delegatæ, vel alia auctoritate fungentes, coram quibus lites ipsas pro tempore pendere seu moveri contigerit, condemnandos fore, & condemnari debere, ac ad id teneri & obligatos esse, ipsosque, ac etiam in dictis beneficiis successores quoscunque, ad partitionem sententiæ, seu literarum executoriarum, ac literarum executoriarum pro tempore latarum, seu latarum, & decretarum, a quibus appellare non liceat, ad restitutionem, seu relaxationem possessionis, ac fructuum, reddituum, & proventuum, necnon refectionem expensarum, ac damnorum, & interesse hujusmodi, perinde ac si contra eosdem successores sententia seu sententiæ lata, & literæ executoriales hujusmodi decreta fuissent, cogi & compelli. Sic tamen, quod postquam alter ipsorum sententiæ, seu sententiis, ac restitutioni, vel relaxationi possessionis, & fructuum, reddituum, & proventuum, necnon damnorum & interesse hujusmodi refectioni, aliisque præmissis, realiter & cum effectu paruerit, alter desuper molestari non possit.

## C A P. II.

*Lites pendente fructus & distributiones beneficiorum Ecclesiasticorum fidei sequestro debent deponi.*

## Pius V.

**C**ordi nobis est lites minuere, & a laboribus subditos, maxime personas Ecclesiasticas divino cultui deditas, relevare. Sane, cum (sicut accepimus) in plerisque cathedralibus & collegiatis Ecclesiis, earum constitutionibus & statutis, etiam a sede Apostolica approbatis & confirmatis cautum sit, quod occurrentibus litibus & controversiis inter provisos de dignitatibus, officiis, canonicatibus, & præbendis, portionibus, & prædemoniis, ceterisque beneficiis Ecclesiasticis qualitercunque qualificatis,

*a Sequestrum non debet concedi, nisi jus illud presentis appareat. l. cum proponas. C. de bon. auth. jud. possid. l. is a quo. ff. us in poss. lega. Nam si is, qui petit sequestrum nil juris habeat, sequestrum non fiet.*

ficatis, tam ordinaria, quam Apostolica auctoritate, tam super illorum provisione, seu institutione, aut possessione, quam illorum idoneitate & habilitate, aut alias ex quavis causa, & eorumdem ad dignitates, canonicatus, & præbendas, cæteraque beneficia Ecclesiastica prædicta, admissione & receptione, & capitulum, et canonicos, cæteraque capitulares personas, ad quos admissio & receptio, tam de jure, quam ex consuetudine spectat & pertinet, aut etiam alias personas Ecclesiasticas, afferentes beneficia prædicta ad sede jure spectare, ipsi sic provisioni interim beneficiorum hujusmodi fructus ac distributiones non percipiant, sed capitulum & canonici illas, vel in suos usus & utilitatem convertendas, seu restituendas ei, cui de jure restituendæ erunt, recipiant, prout in dictis constitutionibus & statutis, seu consuetudinibus continetur, quo factum est, ut lites hujusmodi immortales efficiantur, nec earum operatus finis videri possit. Hinc est, quod nos hac nostra perpetuo valitura constitutione, auctoritate Apostolica, statuimus atque decernimus, quod fructus, redditus, & proventus, ac distributiones, cæteraque emolumenta, quæ vigore constitutionum, consuetudinum, & statutorum prædictorum a capitulo & canonicis recipienda (ut præmittitur) erant, amplius non ab eisdem capitulo & canonicis recipiantur, sed penes personam fidei & facultatibus idoneam, per Judicem, coram quo causa hujusmodi pendere reperire fuerit, eligendam & nominandam deponantur, restituenda ei, cui de jure postea restituenda fuerint. Datum Romæ 3. Cal. April. 1568.

## TITULUS VIII.

### DE INTERDICTO.

#### C A P. I.

*Propter pecuniarium debitum, civitas, provincia, & loci publici non possunt interdicto supponi.*

#### Bonifacius VIII.

**P**rovide attendentes, quod ut frequentius, quamvis non sine causa, sine culpa tamen multorum, interdicti sententia proferantur, quod sint nonnulli Judices, nimis prompti ad proferendas easdem, etiam in negotiis sive causis, quæ plus interdum ex cupiditate, quam ex charitatis radice, perspicuis indicis procedere arguuntur; quodque tempore interdicti divina organa suspenduntur, & laudes Dei, nec Ecclesiastica Sacramenta ministrantur, ut solent, tolluntur mortuis, seu minuuntur suffragia, præsertim per oblationem frequentem hostiæ salutaris, adolescentes & parvuli percipientes rarius Sacramenta, minus inflammantur, & consolidantur in fide, fidelium tepescit devotio, hæreses pullulant, & multiplicatur periculum animarum; præsentis constitutionis providemus edicto, ut provincia, civitas, castrum, villa, locus, territorium vel districtus, auctoritate ordinaria vel delegata non supponantur Ecclesiastico interdicto, pro pecuniario debito, vel pro cuiusvis monetæ, vel pecuniæ quantitate, sub quacunque occasione, vel cauta, seu quovis quæsito colore, pro eo maxime, quod ipsorum domini, rectores, seu officiales, quocunque nomine censeantur, aut incolæ seu inhabitatores, quod singulares personæ ipsorum, statutis vel statuendis, ordinatis vel ordinandis terminis hujus, seu quantitatem non solverint hæterus, aut in antea non persolverint. Nos enim ex nunc decernimus irritum & inane, si secus hætenus contigerit attentari, illudque revocamus omnino.

#### C A P. II.

*Judices in quacunque loca, ob pecuniarium debita, interdicti sententiam ferre non debent, nisi Casibus hic expressis urgentibus.*

#### Leo X. ex concordatis Gallie.

**O**mniam ex indiscreta interdictionum promulgatione, multa consueverunt scandala venire, statuimus, quod nulla civitas, oppidum, castrum, villa aut locus Ecclesiastico possit supponi interdicto, nisi ex causa sive culpa ipsorum locorum, aut domini seu rectoris vel officiales ipsorum locorum auctoritate Judicis requisiti, hujusmodi personam excommunicatam infra biduum inde cum effectu non ejecerint, aut ad satisfaciendum compulerint, qua etiam post biduum refumi possint, quod etiam in pendentibus locum habere decernimus.

#### C A P. III.

*Pro pecuniario debito, vel cuiusvis aris crediti quantitate, non potest Judex, ordinaria vel delegata potestate, locum vel populum interdiceret.*

#### Clemens IX.

**L**icet ea, quæ per Romanum Pontificem pro Christi fidelium animarum salute quotidie facta fuerunt, plenam obrineant roboris firmitatem, nonnuquam tamen Romanus Pontifex illa libenter approbat, & concedit, ut eo firmius illibata persistant, quo magis suo fuerint præsidio communita. Datum siquidem sel. rec. Bonifacius Papa VIII a prædecessor noster, libenter provideatens, quod ut frequentius, quamvis non sine causa, sine culpa tamen multorum, interdicti sententia proferantur, quodque erant nonnulli Judices nimis prompti ad proferendas easdem, etiam in negotiis sive causis, quæ interdum plus ex cupiditate, quam charitatis radice, perspicuis indicis procedere arguebantur, quodque interdicti tempore divina organa suspendebantur, & laudes, nec Ecclesiastica Sacramenta ministrabantur, ut solebant, tollebantur mortuis sive minuebantur suffragia, præsertim per oblationem frequentem hostiæ salutaris, adolescentes & parvuli participantes rarius Sacramenta, minus inflammabantur & solidabantur in fide, fidelium tepescebat devotio, hæreses pullulabant, & multiplicabantur pericula animarum: constitutionis suæ providit edicto, ut nulla provincia, civitas, castrum, villa, locus, territorium, vel districtus auctoritate ordinaria vel delegata supponeretur Ecclesiastico interdicto pro pecuniario debito, vel cuiusvis monetæ vel pecuniæ, quacunque occasione vel causa, seu quovis quæsito colore, pro eo maxime, quod ipsorum domini, rectores, vel officiales, quocunque nomine censeantur, aut incolæ, seu habitatores, aut singulares personæ ipsorum tunc statutis seu statuendis, ordinatis vel ordinandis terminis hujusmodi debitum, seu quantitatem non solvissent eatenus, aut in antea persolverent, decernens ex tunc irritum & inane, si secus extitisset attentatum, vel contingeret attentari, illudque revocavit omnino. Non obstantibus quibuscunque contractibus, obligationibus, pactis, conventionibus, compositionibus, submissionibus, sive iussionibus, confessionibus, processibus, & sententiis tunc desuper habitis & habendis, juramentorum, poenarum, spiritualium, temporalium, seu multarum appositione, vel quacunque alia firmitate vallatis, nisi talis suppositio interdicti eatenus foret facta, vel in antea fieret, de Apostolica sedis speciali licentia & expressa, per ipsius patentes literas appa-  
rente. Nos igitur cupientes, ut ea, quæ pro animarum Christi fidelium salute, per prædecessores nostros matura deliberatione ordinata & facta fuerunt, perpetuis futuris temporibus firmius observentur, motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac potestatis plenitudine, literas prædictas, & in eis contenta, auctoritate Apostolica, renore præsentium approbamus, & innovamus, ac presentium scripti patrocinio communimus, illaque inviolabiliter observari debere decernimus atque mandamus, ac priori pro cautela, omnia in eis contenta, de novo facimus & ordinamus. Romæ Cal. Junii 1559.

TITU-

a Sup. cap. primo.

TITULUS IX.  
DE APPELLATIONIBUS.  
CAP. I.

*Appellationes & provocaciones a summo Pontifice ad futurum Concilium inanes, schismatica & erronea sunt.*

Pius II. in Mantuana Synodo.

**E**xecrabilis, & pristinis temporibus inauditus, tempestate nostra inolevit abusus, ut a Romano Pontifice Jesu Christi Vicario ( cui dictum est in persona beati Petri, Pasce oves meas, & Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in caelis ) nonnulli spiritu rebellionis imbuti, non sanioris cupiditate iudicii, sed commissi evasione peccati, ad futurum Concilium provocare praesumant; quod quantum sacris canonibus adverteretur, quantumque Reipubl. Christianae noxium sit, quisquis non ignarus iurum intelligere potest. Namque ( ut alia praetereamus, quae huic corruptelae manliestissime refragantur ) quis non illud ridiculum iudicaverit, quod ad id appellatur, quod nusquam est, neque scitur, quando futurum sit? Pauperes a potentioribus multipliciter opprimuntur, remanent impunita scelerata, nutritur adversus primam sedem rebellio, libertas delinquendi conceditur, & omnis Ecclesiastica disciplina, & hierarchicus ordo confunditur. Volentes igitur hoc pestiferum virus a Christi Ecclesia procul pellere, & ovium nobis commissarum saluti consulere, omnemque materiam scandali ab ovili nostri Salvatoris arcere, de venerabilium Fratrum nostrorum sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, cunctorumque Praelatorum, ac divini & humani iuris interpretum, curiam sequentium, consilio & assensu, ac certa nostra scientia, huiusmodi provocaciones damnamus, & tanquam erroneas ac detestabiles reprobamus; cassantes, & penitus annullantes, si quae haecenus taliter interpositae reperiantur, easque tanquam inanes ac pestiferas, nullius momenti esse decernimus ac declaramus: praecipientes deinceps, ut nemo audeat quovis quasito colore, ab ordinationibus, sententiis, live mandatis quibuscumque nostris, ac successorum nostrorum, talem appellationem interponere aut interpositae per alium, adherere, seu eis quomodolibet uti.

CAP. II.

*Pii II. in appellans a sedis Apostolicae sententia ad futurum Concilium institutio confirmatur & interpretatur.*

Julius II.

**L**icet olim fel. record. Pius Papa II. praedecessor noster, de Fratrum suorum sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, cunctorumque Praelatorum, ac divini & humani iuris interpretum, Curiam Romanam sequentium, in dicta seu congregatione Mantuana existentium approbatione, matura prius & gravi praemisissa discussione, & de eorundem congregatorum unanimi consilio & assensu, ac ex certa scientia, provocaciones ad futurum Concilium efficacissimis & palpabilibus rationibus, tanquam erroneas & detestabiles damnaverit, ac sub excommunicationis latae sententiae & interdicti poenis praecipit, ne qua persona cuiusvis dignitatis, live etiam universitatis, aut collegium, quovis quasito colore, ab ordinationibus, sententiis seu mandatis quibuscumque, suis ac successorum suorum, appellationem huiusmodi interponere audeat, & contrafacientes una cum favoribus suis, & consiliis, auxiliisve praestantibus ( live hi tabelliones essent, live testes, live advocati, live alii

quicumque ) non solum poenis & censuris praedictis, sed etiam iis, quae laese maiestatis & haereticae pravitate reus imponuntur, obnoxios esse statuerit. Leonardus tamen Lauredanus Dux, Rogati, ac generale Concilium, & commune Venetiarum, omnique & singuli patritii, & cives communis eiusdem, una cum provisoribus, potestatis, commissariis & reliquis officialibus suis ( quorum auctoritate, industria, consilio, opera, aut favore civitates, oppida, castra & arcus, ad nos & sanctam Romanam Ecclesiam legitime pertinentes, occupatae fuerant, aut detinebantur ) de Fratrum nostrorum consilio, a nobis requisiti & moniti, ut intra certum terminum, sub poenis tunc expressis, nos & sanctam Apostolicam sedem plene & omni ex parte, in concessa sibi auctoritate & libertate, ac obedientia recognoscerent & reintegrarent, ac Ravennam, Serviam, Ariminum, Faventiam, Sarsinam civitates, cum oppidis, castris, terris, & districta ipsarum, cumque Celenaten. Forliven. ac Immol. territorii, castris, oppidis, terris, & locis, quae occupabant, integre & expedite, nobis & dictae Romanae Ecclesiae, cuius iuris esse noscebantur, relaxarent, atque inde recederent, nec impedirent, quo minus illorum cives & habitatores ad pia matris suae Romanae Ecclesiae obedientiam revertentur: omnes eorum fautores ad auxilium in talibus praestatione deterrendo, ita quod requisitioni, monitioni & mandato nostro huiusmodi non parentes, maioris excommunicationis sententia, de simili consilio, eo ipso innodati censerentur, a quo, praeterquam in mortis articulo constituti, per alium, quam per Romanum Pontificem, etiam praetextu iustae facultatis, cuiusque pro tempore concessae, absolvi non possent ( quam quidem excommunicationis sententiam, in huiusmodi non partitionis eventum, iteratis etiam vicibus aggravavimus ) paternis monitis & salutaribus iussis obsequi, prout debebant, indebite recusantes, seu qui iuri proprio dissident, & superioris mandata contumaciter obaudiunt, ut quae minus iuste usurparunt, indebite, etiam cum animarum suarum detrimento, retineant: ad prohibitorum atque damnatorum remedium confugientes, a requisitione, monitione & mandato, ac sententiis, censuris, & poenis praedictis, nulla constitutionis Pii praedecessoris, hoc expresse vetantis, habita ratione, ad futurum concilium temere ( ut accepimus ) provocantur: prout etiam perditionis filii, quondam Joannes Bentivolus, & ejus nati, cum eos a tyrannica oppressione dilectae civitatis nostrae Bononiae expellere decrevimus, damnabiliter fecisse dicuntur: videlicet ad futurum Concilium praedictum appellasse & provocasse. Nos igitur quam detestanda sit eorum perversitas attendentes, qui propriis inotixi commodis, & nefariis cupiditatibus mancipati, salubria decreta Patrum, & Superiorum iussa spernentes, inconsultum Christi tunicam scindere, aut etiam scissionis causam praebere contendunt, & Ecclesiae unitatem dividere, praedictae S. sedis Apostol. principatum tollere, & contra tot sanctorum Patrum, & factorum Concil. decreta, temere & damnabiliter, magna audacia venire non erubescunt, & contrafacere non verentur: afferentes inter cetera, consulentes, persuadentes, determinantes, seu determinationi huiusmodi interessentes, sola consilii praestatione, seu persuasione, deliberatione aut determinatione, quod aliquibus casibus a Rom. Pontif. seu ejus sententia vel decreto, ad futurum Concil. generale appellari possit, dicta Pii praedecessoris constitutione non ligari, nisi in ipsa actuali appellatione, & illius interpositione, vel scripturae compositione, se immiscuerint: ne de cetero tali assertione se excusare, ac tale quid in posterum praesumere impune valeant, opportunam tam immani & periculoso morbo medelam adhibere volentes, hac generali & in perpetuum valitura constitutione, ex certa nostra scientia, & potestatis plenitudine, de venerabil. fratrum nostrorum sanctae Romanae Ecclesiae.

Car.

a Proximo c. sup. execrabilis. de appellationibus.

Cardinalium consilio promulgata, sancimus, constitutionem Pii prædecessoris præfatam, tam citra quam ultra montes, & in ultramontanis partibus, quoad omnes, tam Ecclesiasticas quam seculares personas, etiam regali dignitate ac Cardinalatus honore fulgentes, capitula, universitates, communitates, & collegia, congregationes, & synodos, ac parlamenta, valuisse, valere, & perpetuo valitura declaramus, cum suppletionem solennitatis cuiuslibet, etiam publicationis omissemus, (casus in illa edenda vel publicanda defectus præterire possent, quæ juxta illam fieri requirebatur), eamque ex præterito nunc & in posterum inviolabiliter observari mandamus, ipsius violatores cuiuscunque dignitatis existant, poenis & censuris in eadem expressis, quocunque tempore subjacere statuentes, contraria consuetudine, seu potius consuetudine, non obstante: Decernentes & declarantes ultra poenas impositas (quas ipso facto dictos violatores & contra venientes incurere volumus ipsos & eorum quemlibet, pro veris & indubitatis schismaticis, inconfutillis tunicæ Domini nostri Jesu Christi violatoribus & dissipatoribus, ac de catholica fide male sentientibus, habendos & reputandos, poenisque canonicis & legalibus contra tales impositis subjacere, & cum Dathan & Abiram partem & damnationem habere, ipsasque etiam poenas & earum quamlibet omnes illos incurere volumus, cuiuscunque conditionis existant, & gradus prærogativa fulgeant, qui in senata, consiliis, parliamentis, congregationibus, etiam Synodalibus & provincialibus, vel alias quomodolibet, tacite vel expresse, voce vel scripto, per se vel alium (cuiuscunque timoris vel reverentiæ velamine, vel præterita excusatione, & superioris mandato, non obstantibus) decreverint, seu deliberaverint, vel aliorum dicta approbaverint, ut ad futurum universale Concilium a nobis vel successoribus nostris Rom. Pontificibus contra prædictam constitutionem appellare liceat, possit vel debeat: dictas poenas ad ipsos eorum quemlibet contra venientem in præmissis, tenore præsentium extendentes, & locum habere declarantes, omni ambiguitate cessante. Et nihilominus provocaciones & appellaciones, tam per Leonard. Ducem, Rogatos, consilium & commune Venetiarum, factas hujusmodi, quam per quoscunque alios prædictos per tempore faciendas, & inde secuta quæcunque Culpote contra Pii prædictam ac præsentem constitutionem attentatas, nullas, prout sunt, & invalidas, nullisque roboris vel momenti fuisse, & pro tempore fore; auctoritate, scientia & potestate similibus statimus, decernimus, & declaramus, ac pro potiori cautela, cassamus & annullamus. Et ultra prædictas poenas (quas contra constitutionis hujusmodi violatores in suo robore permanere decernimus) loca quæcunque, ad quæ violatores ipsos declinare, & in quibus scienter stare permitti contigerit, Ecclesiastico supponimus interdicto: decernentes illud, quamdiu ipsi violatores inibi scienter itererint, ut præfertur, & per triduum post eorum inde discessum, firmiter observari. Romæ 9. Cal. Julii 1509.

## C A P. III.

*Appellaciones in causis criminalibus infra sex menses expediri debent, ne hinc diuturna poena mora, delictorum impunitas exoriatur.*

Pius V.

**C**UM remedium appellationis, contra Judicium injuriam a legibus introductum, minime tollere intendamus, saltem cum eo homines abuti, & illud in calamitatem verum prospiciamus, illius tempus limitandum & restringendum duximus, ut eo magis hominum malis occurratur, & bene vivere volentium quieti & securitati consulari. Hac igitur perpetuo valitura constitutione, decernimus, ut lata in causis criminalibus sen-

tentia, continentem poenam pecuniariam fisco nostro applicandam, appellantes ab ea in casibus tamen, quibus alias de jure communi permissa est appellatio, & servatis iis, quæ ex forma constitutionum Apostolicarum circa depositum faciendum, (seu cautionem præstandam sunt servanda) teneantur infra sex menses a die ipsius interpositæ appellationis computandos, ita coram Judice appellationis causam suam prosequi, ut etiam expeditionem reportent, quibus elapsis, & expeditione coram Judice a quo non reproducta, teneatur præfatus Iudex, a quo, ad quæcunque fisci instantiam, etiam si acta fuerint transposita, sententiam præfata debite executioni, omni mora postposita, demandare, ita ut effectualis incarceration sublequatur. Verum ne malitia Judicis jus litigatorum efficiatur deterius, ut virtute sanctæ obedientiæ, ac indignationis nostræ, ac privationis officiorum, etiam si illa ex causa onerosa obrineant, ac refectionis omnium damnorum & interesse, quibuscunque Judicibus totius status nostri Ecclesiastici, quæcunque dignitate & præminentia fulgentibus, etiam si legati, vicelegati, ac provincialiarum gubernatores existant, committimus & mandamus, ut appellantes sine mora acta & processus quoscunque effectualiter tradi curent & faciant, & ipsi Judices ad quos respective, bona fide, & omni veruscia femota, ad causarum legitimam expeditionem proceedant, scituri nos acriter vindicatos, si per eorum quempiam in præmissis fuerit appellacionibus ipsis præjudicium generatum. Dat. Rom. 16. Octobr. 1572.

## C A P. IV.

*Ab excessu taxæ semel appellandum.*

Pius IV. ex decretis reformationis signaturæ justitiæ.

**S**ancimus, quod ab excessiva taxatione expensarum semel tantum appellatio committatur, & duæ sententiæ habeant vim trium. Dat. Rom. Cal. Jan. 1562.

## C A P. V.

*fructuum liquidatione unica conceditur appellatio. Idem ex reform. Rotæ Apostol. sanctionibus.*

**A**liquidatione fructuum & expensarum taxatione, semel tantum appellare licet, ita quod duæ conformes rem judicatam faciant.

## C A P. VI.

*A decretis ordinariorum ante sententiam diffinitivam, & ubi agitur de morum & disciplina Ecclesiastica reparatione, appellatio prohibetur.*

Idem.

**E**piscopis, Archiepiscopis, Primatibus, & Patriarchis residentibus, ultra privilegia & indulta eis, per quoscunque Rom. Pontific. decessores nostros, ac sedem Apostolicam & generalia Concilia, & Cancellariæ Apostolicæ regulares concessa, quæ in suo robore permanere volumus, tanquam a dicta sede delegati, in quibuscunque civilibus, criminalibus vel mixtis causis, contra quoscunque clericos, seculares, particulares, ac etiam extra eorum monasteria seu regularia loca degentes regulares, quomodolibet exemptos, auctoritate nostra procedere, & causas ipsas cognoscere, sineque debito terminare, ac quicquid terminaverint, exequi & observari facere, ipsosque exemptos pro tempore delinquentes, juxta eorum excessus & delicta punire, corrigere, omnem jurisdictionem in eos exercere, omniaque alia & singularia in præmissis, & circa quomodolibet necessaria & opportuna, quæ nosmet facere, exercere, & exequi possumus, in omnibus & per omnia facere, exercere, & exequi libere & licite valeant, plenam & liberam licentiam ac facultatem auctoritate & tenore prædictis concedimus & indultimus.

gemus, decernentes, ab eorum ordinationibus, interlocutionibus & decretis, antea diffinitivam sententiam, vel vim diffinitivam habentem, & ubi agatur de morum correctione, nullatenus, etiam ad nos & sedem Apostolicam appellari posse; & nihilominus per appellationes quasunque, contra presentium tenore quomodolibet interpositas, minime causas devolvit, aut etiam per quasvis inhibitiones, etiam cum quibusvis censuris & poenis, eis a quibusvis Judicibus ordinariis vel delegatis forsan faciendas, illarum ulteriorem cognitionem & expeditionem, & ubi de morum correctione agetur, etiam legitimam executionem minime impediri, aut censuris & poenis huiusmodi ligari aut iteriri censere. Romæ Prid. Non. Septembr. 1560.

## C A P. VII.

*Appellationum suffragia propensiores reddunt ad lites faciendas animos & flagitia audenda, cum sententia prorogantur, & indecisæ remanent, ideo non admittuntur in causis malefactorum, nisi deposita pecuniaria multa summa.*

Julius II. *Thesaurario Marchie Anconitanae.*

**A**ccipimus fisco Camerae Apostolicæ, illius nostræ provincie, damnum non leve inferri, delictaque impunita remanere ex pratextu appellationum, quæ in malefactorum b. causis, tum ante condemnationem, tum post, interponuntur: propter quas, cum aut ad urbem, aut alio causa ipsæ transferuntur, indecisæ, & minus pro ipso fisco defensæ remanent. Quamobrem volentes damno & impunitati prædictis occurrere, tibi committimus & mandamus, ut nullum in aliqua causa alicujus maleficii, aut fracturæ pacis, induciarum, vel treugæ (etiam si de novo, causa, aut de habendo recursum diceret) appellationem admittas, aut admitti sinas per aliquem Judicem vel officialem, nisi prius effectuale depositum penes fecerint, de pœna, in qua appellans condemnatus fuerit, aut veniret condemnandus, prout in constitutionibus provincialibus, & aliis prædecessorum nostrorum, & nostris literis) ad quas relationem haberi volumus) plenius continetur, Inhibentes etiam presentibus, Gubernatoribus, Vicelegatis, Locumtenentibus, & aliis quibuscunque officialibus ipsius provincie, quocunque nomine nuoccupatis, ut appellationem aliquam, in dictis causis admittere nullo modo audeant vel præsumant, nisi per te eis prius consisterit de effectuali deposito, ut præmittitur factis. Rom. 16. Jun. 1561.

T I T U L U S X.  
DE DILATIONIBUS ET CESSIONIBUS  
BONORUM.

## C A P. I.

*Cessionis sive discussionis bonorum beneficium impetrantes, aut dilationem quinquennalem, tenentur causam infra tres menses expedire.*

Clemens VII.

**C**um ex multorum relatione non sine animi nostri displicentia accepimus, quod nonnulli, Dei timore postposito, & suarum animarum & honoris proprii immemores, post magnum æs alienum contractum, etiam non sufficiens pro satisfaciendis creditoribus habeant, tamen ad eos illudendos, ac laboribus & expensis defatigandos, alii beneficium alternativum, cessiones

videlicet bonorum aut dilationis quinquennalis, alii discussionem bonorum aut hæreditatis, etiam a sede Apostolicam, quibus impetratis ad expeditionem earundem minime incumbunt, & dictis gratis se tutos cognoscunt, & difficile reputantes, quod vel creditores conveniant in eligendo, vel bonorum hæreditatis discussio fiat, pauperes creditores eorum credito vel deluduntur, vel adeo protrahuntur, ut ipsi fame pereant, vel, ut sæpius evenire solet, moriantur, & hæredes eorum, non ita de materia informati, a credito eorum penitus excludantur. Nos talibus inconvenientiis obviare volentes, motu proprio, & ex certa nostra scientia, tenore presentium decernimus & declaramus, quod quicumque beneficium alternativæ prædictum, aut discussionem bonorum, seu hæreditatis, hætenus impetrant, a die publicationis presentium, & qui in futurum impetrabuntur, a die eorum impetrationis computandis, nisi infra tres menses usque ad sententiam inclusive causam expedierint, seu expediri fecerint, dictis gratis seu beneficiis ipso jure privati existant, & Judices eorum, quibus tales causas ventilare continget, sive ordinarii, sive delegati, etiam si sint causarum palatii Apostolici auditores, aut S. R. E. Cardinales, ad totalem executionem contra ipsos debitores, ad instantiam cujuslibet creditoris, procedere possint & debeant, perinde ac si talia beneficia ipsis talibus debitoribus minime concessa fuissent, partibus aliam justitia ministrando. Et nihilominus, si ex aliqua rationabili causa Judicibus prædictis visum fuerit, dictum terminum trium mensium prorogari debere, dictum terminum sibi visum, non tamen ultra alium mensem, & non amplius, prorogandi licentiam per presentes concedimus pariter & facultatem.

## C A P. II.

*Extensio præcedentis decreti ad discutiendos cavillationes suffragiorum beneficii c. Odoardus. & c. pervenit.*

Idem.

**C**um nuper ad amputandum cavillationes eorum, qui ad fraudandum creditores, & diutius prorogandum debita, alternativæ, & discussiones bonorum a sede Apostolica impetraverint, ut exinde ea longissimo tempore durante nullatenus solvere teneantur, nos per motum proprium, manu venerabilis fratris nostri Antonii de Monte Episcopi Portuensis mandaverimus, ut ii, qui talia impetraverint, extunc, qui vero talia in futurum impetrant, a die impetrationis huiusmodi, infra tres menses causam expedire tenerentur, cum potestate dictis Judicibus attributa, trimestre prædictum, si eis videretur, ad unum mensem prorogandi, quibus clapsis, & causa minime finita, extunc Judex, coram quo causa penderet, ad executionem contra debitores, perinde ac si tales concessiones minime impetrasset, procedere debeant, allaque faciant, prout in dicto motu proprio, ejus tenorem haberi volumus pro inserto, plenius continetur. Verum quia, quod una via prohibuimus, alia cavilloso debitores præfati consequuntur: alii capitulum Odoardus, alii beneficium capituli. Pervenit, a prædicta sede Apostolica impetrantes, quæ beneficia nullatenus expedire curant, in maximum pauperum creditorum damnum, animæ suæ periculum, ac scandalum plurimum. Talibus igitur inconvenientiis providere volentes, dictumque mandatum, etiam ad prædicta beneficia ampliantes & extendentes, decernimus & mandamus, quod quicumque aliquid dictorum beneficiorum, si capitulum Odoardus, & capit. Pervenit, a nobis, seu sede Apostolica hætenus impetraverint, aut in posterum impetrabunt, extunc, aut a die impetrationis respective, infra tres menses, cum potestate prorogandi ad alium mensem, juxta & secundum formam dicti prioris mandati, causam ipsam omnino expediri facere teneantur.

Y y

CAP.

*a Cap. inrefragabili. de offic. ord. c. ad nostram. & c. reprehensibilis. in fin. cod. Specul. cod. tit. §. in quibus. vers. II. a correctione. b Nullus homicidarum, beneficiorum malefactorum. adulterorum, isemque eorum, qui manifestam violentiam commiserunt, argumentis convulsus, testibus superasus, etiam voce propria scelus, vitiumque confessus, audiatur appellans. l. 2. quorum appellatio non recipi. cap. fin. §. nullus; 2. qn. 6.*

Jur. Canon. Tom. II.

## C A P. III.

*Gravibus dolis, quos meditantur, qui alternativas & dilaciones in fraudem creditorum petunt, poena occurrunt, Pius IV.*

**C**upientes mercatoribus & aliis personis, tam almæ Urbis nostræ civibus, quam forensibus in ipsa urbe, cum quibusvis personis contrahendi omnem possibilem securitatem concedere, & omnem viam, ac etiam omnes dilaciones, per quas mercatorum & aliarum personarum debitores, a debitorum solutione subterfugere, seu se quoquo modo subtrahere, & creditores eorum creditis defraudare, aut supplantare possent, de medio rollere, ac remedium opportunum, præmissa ne fiant, adhibere, & ut debitores ipsi a præmissis, si non Dei omnipotentis, saltem humanæ ignominie timore abtineant, & sic eorumdem mercatorum & personarum firmitati providere volentes, & considerantes modum proprium a fel. record. Paulo Papa IV. prædecessore nostro, quod ex tunc de cætero alternativæ, significationes, & dilaciones quæcumque, nisi juxta juris dispositionem, ac formam statutorum ipsius Urbis, concedi nullatenus possent, & qui illas obtinissent, & extunc in futurum obtinerent, semper birretum viride portare tenerentur, emanatum, circa ipsorum debitorum malitiam, seu malos homines, non sufficere, cum ipsum birretum virtute, nisi postquam ad alternativam vel alias dilaciones admissi fuerint, portare non teneantur, & sic beneficio temporis, in grave creditorum præjudicium & jacturam, gaudeant. Nos igitur motu simili, &c. per præfentes perpetuo statuimus, & ordinamus, quod de cætero, quicumque debitores, seu in forma Camere, aut alias quomolibet obligati, quamcunque dilacionem, etiam secundum capitulum a Pervenit, vel Odoardus, seu inhibitionem aliquam a Curia causarum Camere Apostolicæ auditore, seu ejus locum tenente, aut almæ Urbis Vicario, vel Gubernatore, vel Senatore seu aliis ipsius Urbis Judicibus, etiam commissariis, aut etiam carcerum Urbis visitatoribus, petere non possint, nisi se prius coram illis dictum birretum viride gestando presentaverint, & ipsum birretum viride publice & ferente, sub fugatione per urbem per prima vice, & extremum per secunda, qua sine dicto birreto reperti fuerint, deferre, per se, vel suos legitimos procuratores, ipsi absentibus promiserint, & medio juramento affirmaverint, ac aliter a prædictis, & aliis quibusvis Judicibus, etiam vigore specialis commissionis, nostra aut successorum nostrorum manu signatæ vel signandæ, obtentæ & obtinentæ, alternativæ, & significationes, aut dilaciones quæcumque etiam secundum juris formam nullæ sint, & ipsi debitoribus, etiam si clerici existant, nullatenus suffragentur.

## C A P. IV.

*Fraudulenti & dolosi decoctores, luxu & imprudentia rem alienam dilapidantes, pro furibus & latronibus impune grafsantibus haberi debent, & ideo poena ultimi supplicii pleneantur.*

## Pius V.

**P**ostquam eo usque humana processit intemperantia, ut Christi fideles, qui in sacri Baptismatis suscepcionem, Diabolo, & omnibus vanitatibus ejus, sponte ac solenniter renuntiaverunt, diabolica fraude seducti, ita mundi hujus illecebras expectant, ut pro illis assequendis, non modo filii prodigi in Evangelio per Dominum demonstrati exempla sequentes, sua Inxuriose vivendo profundant, verum etiam, illis absumptis, aliena appetant, grande ac alienum a proximis suis, quod eis, prout mutuum fert hominum commercium, sub variis instrumentorum ob-

ligationibus liberaliter mutuant, extorquendo, ac deinde, cum id eis sub paupertatis specie restituere negligunt, proximos suos una cum tota familia aliquando mendicare cogunt: facere nullo modo possumus, quin & pastoralis officii debito, cui disponente Domino præsumus, moniti, & ea, qua Christus prior dilexit nos, charitate impulsus, clementiæ & misericordiæ relictis viis, justitiam & judicium in tales acriter insurgendo assumamus, Jurisque rigorem acriorem reddamus, ut saltem per hoc eos quos timor Domini a malo non retrahit, ultimi supplicii poena exterrat, sicque universæ Domini gregis oves ad ovile, ad quod (dante Domino) omnes dirigi cupimus, salubre perducamus. Sane licet alias fel. record. Paulus Papa IV. prædecessor noster, inter cætera dilectis filijs populo Romano concessa privilegia, per quadam suas literas voluerat, quod dilaciones quæcumque, nisi juxta dispositionem juris, ac formam statutorum almæ Urbis, concedi nullatenus possent, & qui illas obtinerent, semper birretum viride portare tenerentur, ac alias, prout in dictis literis plenius continentur: nihilominus diversi iniquitatis filii, præmissis non attentis, propriaque temeritate confisi, postquam propriis eorum bonis, non adversa fortuna aut fortuitis casibus, sive hostium incurfu, vel ventotum, marisque violentia atque injuria (quod quidem vel certe ferendum esset) cum ab iis facile cavere nequeat humana providentia, sed sua ipsorummet incuria, negligentia, prodigalitate, atque luxu in explendis propriis voluptatibus, penitus dilapidatis, proximos suos, ad varia eorum bona sibi mutuanda, sub spe restitutionis compulerunt, similiter illis profasis creditores suos cessione bonorum deludentes, ac tam literas præfatas, quam alia, per nos, contra hujusmodi decoctores, fallitos nuncupatos, edita statuta deridere audeant, in grave Apostolicæ autoritatis vilipendium, proximatorum suorum detrimentum & gravamen, ac animæ suæ periculum non modicum. Nos præmissa convenientibus oculis pertractare nequeunt, & attente considerantes, nulla alia de causa in fauces ultimi supplicii poenam esse impositam, nisi ut talia perpetrandi hominibus via interclusa, liberum esset unicuique sua absque periculo possidere & usi, hos autem adeo furibus & latronibus similes esse, ut ab illis in nihilo differant, nisi ut, quod ab eis non nisi cum vitæ suæ periculo agitur, hoc decoctoribus impune liceat, volentesque propterea, ut par, imo gravius delictum, parèim etiam fortitatur poenam, jurisque rigorem in hos graviorem reddere, ac genus hoc hominum, tanquam humano generi infestum, a cæterorum cætu segregandum merito esse dijudicantes, omnium & singularum legum & constitutionum, tam Imperialium quam Apostolicarum, etiam in corpore juris descriptarum tenores & formas, ac si de verbo ad verbum inserti forent præsentibus, pro expressis habentes, sine illarum aliquo præjudicio, quinimo illas revalidantes & confirmantes, motu proprio, hac nostra perpetuo valitura constitutione sancimus, statuimus, & declaramus, quod deinceps perpetuis futuris temporibus, quæcumque persona, tam secularis, quam Ecclesiastica, etiam si clericali & Ecclesiastico foro gaudeat, cujuscunque status, gradus, ordinis, & conditionis existat, & quæcumque dignitate, tam mundana, etiam Domicellus, Comes, aut aliter nobilis aliquando fuerit, quam Ecclesiastica, non tamen Episcopali, præfulgeat qui omnem eorum substantiam, non præmissis casibus fortuitis, sed incuria, negligentia, prodigalitate, & luxu suis, proprias voluptates explendo, & cupiditatibus non mediocri intemperantia servientes, subverterint, & dilapidaverint, necnon, qui se bona sua decoxisse simulantes, illa in fraudem creditorum suorum occultant, & eorum pecuniam totam in eorum utilitatem forsati converterint, ut eorum creditores ad se cum componendum facilius alliciant, poenam ultimi supplicii, & ea, qua fures ipsi de jure vel consuetudine, aut particulari vel municipali

*a Hæc duo cap. habentur lib. 3. decret. sis. 22. de fidejussoribus, & tit. 23. de solutionibus.*

nicipali statuto plecti solent, puniri debeant. Mandantes tam urbis præfata Governatori, & Curie causarum Camere Apostolica generali auditori, quam omnibus & singulis nostris & sedis Apostolicæ, in quibuscunque provinciis, legatis & vicelegatis, necnon quarumcunque civitatum, terrarum, oppidorum, & locorum, nobis & eidem sedi tam mediate quam immediate subsectorum Governatoribus, Prætoribus, Capitaneis, Commissariis, & aliis quibuscunque Judicibus, quavis etiam subdelegata potestate fungentibus, ut præsentibus nostris inviolabiliter in eorum iudiciis observent, nec contra tales, nisi illarum forma servata, procedere audeant, vel præsumant. Districtius quoque inhibentes quibuscunque terrarum, oppidorum & locorum dominis in temporalibus, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis, & c. pœnis, ne sic in præmissis iudicantes eorum seculari auctoritate molestant, inquietent, perturbent, vel impedire audeant vel præsumant.

## TITULUS XI.

## DE CAMBIIS.

## CAP. I.

*Commutationis rerum ad res, sive pecunia ad pecunias, quam Cambium mercatorum vulgus vocat, prohibitio illata, & declaratio concessa.*

## Plus V.

**I**N eam pro nostro pastoralis officio curam diligenter incumbimus, ut Domini nostri ovibus opportuna pro animarum salute remedia adhibere minime differamus. Cum itaque ad aures nostras pervenerit, legitimum a cambiorum usum, quem necessitas, publicaque utilitas induxit, sæpenumero ob illiciti quæstus cupiditatem sic depravari, ut sub illius prætextu, usuraria pravitatis a nonnullis exerceatur: Nos petitionibus, quæ super his nuper nobis factæ sunt, hac perpetuo valitura decretali respondendum esse duximus, ut neque dolosis sua fraus suffragetur, neque ignotos perdat incertitia: sic enim pastoris officium exequimur, dum gregem nobis commissum ab æternæ damnationis periculo eripere modis omnibus studemus. Primum igitur damoamus ea omnia cambia, quæ ficta nominantur, & ita consinguntur, ut contrahentes ad certas nundinas, seu ad alia loca cambia celebrare simulant, ad quæ loca ii, qui pecuniam recipiunt, literas quidem suas cambii tradunt, sed non mittuntur, vel ita mittuntur, ut transacto tempore, unde processerant, inanes referantur, aut etiam nullis hujusmodi literis traditis, pecunia ibi denique cum interesse reposititur, ubi contractus fuerat celebratus: nam interdantes & recipientes usque a principio ita convenerat, vel certe talis intentio erat, neque quisquam est, qui in nundinis, aut locis supradictis, hujusmodi literis receptis solutionem faciat. Cui malo simile etiam illud est, cum pecuniæ, sive depositi, sive alio nomine ficti cambii traduntur, ut postea eodem in loco vel alibi cum lucro restituantur. Sed & in ipsis cambiis, quæ realla appellantur, interdum (ut ad nos perfertur) Campiores præstitutum solutionis terminum, lucro ex tacita vel expressa conventionem recepto, seu etiam tantummodo promisso, differunt. Quæ omnia nos usuraria esse declaramus, & ne fiant districtius prohibemus. Porro ad tollendas quoque in cambiis, quantum cum Deo possumus, occasiones peccandi, fraudesque seneratorum, statuimus, ne deinceps quisquam audeat, sive a principio, sive alias, cer-

tum determinatum interesse, etiam in casum non solutionis, pacisci, neque realia cambia aliter, quam pro primis nundinis, ubi illa celebrantur, ubi vero non celebrantur, pro primis terminis juxta receptum locorum usum exercere, abusu illo profus rejecto, cambia pro secundis & deinceps nundinis, sive terminis exereendi. Curandum autem erit in terminis, ut ratio habeatur longinquitatis & vicinitatis locorum, in quibus solutio destinatur, ne dum longiores præfungunt, quam loca destinata solutionis desiderant, tenerandi detur occasio. Quicumque contra hanc nostram constitutionem commiserit, pœnis a sacris canonibus contra usurarios inflictis, se noverit subjacere. Eos vero, qui conspirationes fecerint, vel congestam undique pecuniam ita ad se redegerint, ut quasi monopolium pecuniæ facere videbantur, pœnis, quæ a jure contra exercentes monopolia constituta sunt, teneri facimus. Rom. 5. Cal. Febr. 1575.

## TITULUS XII.

## DE FORMA CONTRAHENDI CENSUM.

## CAP. I.

*Census est rei immobilis fructifera in pecunia numerata contractus, nec super fructibus census augeri vel creari potest, cujus pretium semel constitutum immobile permanet.*

## Plus V.

**C**UM onus Apostolicæ fructivitis obeuntes, cognoverimus, innumeros celebratos fuisse, & indies celebrari censuum contractus, qui nedum non continentur intra limites, a nostris antecessoribus, eisdem contractibus statutos, verum etiam, quod deterius est, contractis omnino pactioibus, propterea ardentem avaritiæ stimulum, legum, etiam divinarum manifestum contemptum præ se ferunt, animarum, prout tenemur, saluti consulentes, ac piarum mentium petitionibus etiam satisfaciendes, tam gravi morbo, lethiferoque veneno, salutaris antidoto non mederi.

Hac igitur nostra constitutione statuimus, censum seu annum reditum creari, constitutive nullo modo posse, nisi in re immobili, aut quæ pro immobili habeatur, de sui natura fructifera, & quæ nominatim certis finibus designata sit.

Rursus nisi vere in pecunia numerata, præsentibus testibus, ac Notario, & in actu celebrationis instrumenti, non autem prius recepto integro, iustoque pretio.

Solutiones quas vulgo anticipatas appellant, fieri, aut in pactum deduci prohibemus.

Conventiones, directe aut indirecte obligantes ad casus fortuitos eum, qui alias ex natura contractus non tenentur, nullo modo valere volumus.

Quemadmodum nec pactum, auferens aut restringens facultatem alienandi rem censui suppositam, quia volumus, rem ipsam semper, & libere, ac sine solutione laudemii, seu quinquagesimæ, aut alterius quantitatis vel rei, tam inter vivos, quam in ultima voluntate alienari.

Ubi autem vendenda sit, volumus dominium census aliis omnibus præferri, eique denuntiarj conditiones, quibus vendenda, sit, & per mensem expectari.

Pacta continentia, morosum census debitorem tenere ad interesse luci cessantis, vel ad cambium, seu certas expensas aut certa salaria, aut ad salaria, seu expensas medio

*a Census varia significatione explicantur apud Cassiodor. lib. 3. variar. epist. penult. & l. 2. §. post deinde ff. de origine jur. Theophil. in §. ult. Instit. de Libertinis quomodo vero differat a pensione emphyteuticæ, & aliis similibus, habet. ex gloss. & Pan. in cap. constitutus. de religiosis domibus & Bal. in titul. de pace Const. in verb. persolvere.*



dio juramento creditoris liquidandas, aut rem censui subiectam, sive aliquam ejus partem amittere, aut aliud jus ex eodem contractu sive aliunde acquisitum perdere, et in aliquam pœnam cadere, ex toto irrita sint & nulla.

Imo & censum augeri, & novum creati super eadem vel alia re, in favorem ejusdem, aut personæ per eum suppositæ, pro censibus temporis vel præteriti, vel futuri, omnino prohibemus.

Sicut etiam annullamus pacta continentia solutiones onerum ad eum spectare, ad quem alias de jure, & ex natura contractus spectarent.

Postremo census omnes in futurum creandos, non solum re in totum vel pro parte præempta, aut infructuosa in totum vel pro parte effecta, volumus ad ratam perire, sed etiam posse pro eodem pretio extinguï: Non obstanti longissimi etiam temporis, ac immemorabili, imo centum & plurium annorum præscriptione, non obstantibus aliquibus pactis, directe aut indirecte talem facultatem auferentibus, quibuscunque verbis aut clausulis concepta sint.

Cum vero traditione pretii reditus extinguendus erit, volumus per bimestre ante id denunciari ei, cui pretium dandum erit, & post denunciationem, intra annum tamen, etiam ab invito, pretium repeti posse, & ubi pretium nec volens intra annum exigat, volumus nihilominus quandocunque reditum extinguï posse, prævia tamen semper denunciatione, de qua supra, & non obstantibus his de quibus supra: Idque observari mandamus, etiam quod pluries ac pluries denunciatum fuisset, nec unquam effectus secutus fuisset.

Pacta etiam continentia pretium census extra casum prædictum ab invito aut ob pœnam, aut ob aliam causam repeti posse, omnino prohibemus.

Contractusque sub alia forma posthac celebrandos fœneratitios judicamus.

Et ita illis propterea non obstantibus, quicquid vel expresse vel tacite contra hæc nostra mandata dari, remitti aut dimitti contingat, a fisco volumus posse vendicari. Hanc autem saluiferam sanctionem, nedum in censu noviter creando, verum etiam in creato quocunque tempore alienando, modo post publicationem constitutionis creatus sit, perpetuo & in omnibus servari volumus.

Declarantes pretium semel censui constitutum, nunquam posse ob temporum, aut contrahentium qualitatem, seu aliud accidens, nec quoad ultimo contrahentes, minui vel augeri.

Et licet legem ipsam ad contractus jam celebratos non extendamus, illos tamen omnes, in quos sub alia forma pervenerint census, hortamur in Domino, ut singulos contractus, censuræ bonorum religiosorum subijciant, & animarum saluti consulant. Rom. 14. Calend. Febr. 1568.

### TITULUS XIII.

#### DE TESTAMENTIS ET ULTIMIS VOLUNTATIBUS.

##### CAP. I.

*Piis locis, qui testandi facultatem non habent Pralati, jure legati, vel donationis decimam tantum partem bonorum relinquere possunt.*

Paulus III.

**R**omanus Pontifex, qui ex assueta sedis Apostolicæ benignitate in favorem Ecclesiarum, hospitalium, & aliorum piorum locorum diversa privilegia concedere consuevit, si processu temporis tendunt

in abusum, illa moderari, ac desuper opportune providere solet, prout rerum & temporum qualitate pensata conspicit in Domino salubriter expedire. Sane non absque animi molestia accepimus, quod nonnulli Archiepiscopi, Episcopi, & Pralati, aliæque personæ Ecclesiasticae, tam seculares, quam diversorum ordinum & militiarum regulares, non habentes de eorum rebus ac bonis testandi & disponendi facultatem, & Ecclesias, hospitalia, & alia pia loca, quibus a dicta sede Apostolica capiendi res & bona ex testamento, vel alia dispositione illorum, qui alias de rebus & bonis eorum disponere non possent, facultas est concessa, hæredes instituunt, & in testamentis, sive eorum dispositionibus, plura legata seu ordinationes, in favorem diversarum personarum, ac alios usus, in quos bona & res hujusmodi transmitti non possent, faciunt: Hospitaliaque, Ecclesiæ, & loca pia hujusmodi, sive eorum Rectores fidem testamentum seu disponentium insequent. legata ipsa, & in testamentis, seu aliis, etiam inter vivos dispositionibus, ordinata adimplent, ex quo Camera Apostolica circa res & bona, spolia nuncupata, per obitum Archiepiscoporum, Episcoporum, Prælatorum, & aliarum personarum Ecclesiasticarum hujusmodi, absque testandi & disponendi facultate decedentium, remanentia in suis juribus detrimentum patitur, & jacturam. Et quia nostrum est, in præmissis taliter providere, quod ipsius Camera Jurium debita ratio habeatur, motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, tenore præsentium, omnia & singula privilegia, facultates, gratias, literas, & indulta, quibusvis Ecclesiis, etiam Metropolitanis, monasteriis, hospitalibus, etiam ab Archiepiscopali sancti Jacobi in Augusta de urbe dependentibus, seu causam habentibus, ac aliis piis locis ubilibet constitutis, per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos & sedem præfatam, super capiendis seu acquirentibus hæreditariis, rebus, ac bonis, ex testamento, donatione inter vivos, vel alia quacunque dispositione, quorumcunque Archiepiscoporum, Episcoporum, Prælatorum, & aliarum personarum Ecclesiasticarum, secularium vel regularium, utrunque etiam, ut præfertur, qualificatarum, quacunque præminentia, ac dignitate, & auctoritate fulgentium, etiam si S. R. E. Cardinalis fuerit, de hæreditariis, rebus, & bonis hujusmodi facultatem disponendi non habentium, vel alias quomodolibet concessa, etiam si usu recepta sint, moderantes, volumus, decernimus & declaramus, quod Archiepiscopi, Episcopi, Pralati, & personæ hujusmodi, de rebus ac bonis eorum, a nobis, vel a dicta sede facultatem testandi seu disponendi non habentes, decimam partem tantum rerum & bonorum eorundem nobilium & immobilium, & se moventium, ac pecuniarum Ecclesiis, monasteriis, hospitalibus, & piis locis capiendi & acquirendi facultatem hujusmodi habentibus tantum, non per viam institutionis hæredum, seu donationis, vel legati invita seu in morte relinquere, & Ecclesiæ, monasteria, hospitalia, & pia loca hujusmodi, seu illorum rectores, non nisi decimam partem hujusmodi capere seu acquirere possint, & ad hoc Ecclesiarum, & hospitalium, ac aliorum piorum locorum hujusmodi privilegia, facultates, concessionem, gratias, literas, & indulta quacunque reducimus, moderamus: decedentes sic, & non aliter in præmissis, ac illa quomodolibet concernentibus, & quoad privilegia, facultates, gratias, indulta, etiam in forma brevis in futurum concedendas, per quoscunque, tam ordinaria, quam delegata, & mixta auctoritate fungentes Judices, & personas, etiam dictæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, ubique judicari, cognosci, ac decidi debere; sublata eis & eorum cuilibet quavis alteri iudicandi, cognoscendi, ac decidendi facultate, necnon irritum & inane, quicquid secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

CAP.

## C A P. III.

*Testamenta & donationes acquiritorum ex bonis Ecclesia in favorem illegitimatorum, etiam legitimatorum, non tamen hospitalibus expositorum & orphanorum infirmantur & annullantur.*

## Pius V.

**O**Uæ ordini Ecclesiastico noxia esse, & scandalum obijcere perhibentur, necesse est, a medio submovere: quod nos pro nostri muneris officio, inter alia incommoda, quæ in oculos nostros incurant, de Christi pectore, ne ab indignis & rejectis ignominiose consumatur, neve illorum causa Ecclesiis & pauperibus præcipiatur, curam præcipuam habere volentes, de nobis attributa potestatis plenitudine, revocamus & abolemus omnia & quæcunque privilegia, licentias, dispensationes, & indulta faciendi testamenta, donationes, sive inter vivos, sive causa mortis, legata, & quæcunque alias dispositiones, de dominis, terris, castris, domibus, & quibuslibet aliis bonis & rebus immobilibus, mobilibus, & se momentibus, necnon pecuniis, juribus, & actionibus, ex beneficiis, fructibus, pensionibus, & aliis rebus Ecclesiasticis quibuscunque confectis, acquisitis, & alias quomodocunque provenientibus, necnon de peculio, & aliis etiam sola industria, labore, muneribus, aut quocunque alio modo partis, cujuscunque qualitatis, quantitas, speciei, naturæ, & valoris existentibus, in quoscunque illegitimos, sive suos, sive extraneos, etiam legitimatos, eisdemque ex toto, vel in parte hæredes instituendi, & substituendi, seu quod ipsi in prædictis ab intestato succedant, cæterasque hujusmodi facultates & permissiones, ac etiam habilitaciones, & capacitates succedendi in bonis & rebus feudilibus & emphyteuticis, ab Ecclesiis, monasteriis, & piis locis profectis, quibuscunque personis secularibus, & quorumcunque ordinum, necnon militiarum, & hospitalium, regularibus, ac Romanæ Curie officialibus, & aliis curialibus, curiamque ipsam sequentibus, & etiam urbis Romæ civibus, ac palatia, ædes, census, aliaque bona, in ea, ejusque districtu habitentibus, nostris quoque & aliorum Romanorum Pontificum familiaribus, Ecclesiarum Prælati, etiam sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & aliis cujuscunque dignitatis, ordinis, & conditionis existentibus, illorumque, et aliis Ecclesiis, capitulis, conventibus, ordinibus, militiis, hospitalibus, collegiis, officiis, et locis, ac prædictæ urbi, aliisque civitatibus, provinciis, et dominiis, eorumque dominis, populis, civibus, et incolis, tam per sel. record. Sixtum IV. Innocentium VII. Alexandrum VI. Julium II. Leonem X. Clementem VII. Paulum III. Julium III. Paulum IV. Pium IV. et qui ante illos fuerint, alios quoscunque Romanos Pontifices, ac nos, et sedem Apostolicam, ejusque legatos, etiam de latere, nuncios, notarios, comites, collegia, officia et loca, etiam per modum statuti perpetui, generalis legis, initii et stipulati contractus, seu quasi, et alias sub quibuscunque tenoribus et formis, ac cum quibusvis restitutivis, perseverativis, mentis, attestativis, derogatoriis derogatoriis, aliisque fortioribus, efficacioribus, et insolitis clausulis, necnon irritantibus, et aliis decretis, etiam motu proprio, et certa scientia, deque simili potestatis plenitudine, ac prædictorum Cardinalium consilio, et matura deliberatione in consistorio habita, necnon consideratione, intuitu, contemplatione, vel ad instantiam Imperatorum, Regum, et aliorum Principum, etiam ob remunerationem laborum et obsequiorum nobis et dictæ sedis impensorum, refectionem damnorum, compensationem jurium cessorum vel oblatorum, novatæ militiæ contra hæreticos et infideles, seu prædictæ urbis ornatu, et frequentatione, ac quibuscunque aliis casibus, ac etiam necessariis et piis causis concessa, et multiplicatis vicibus confirmata, innovata, extensa, et moderata, et quocunque tempore pacifice observata, quoad eam partem,

Jur. Canon. Tom. II.

quæ illegitimos prædictos tangit dantaxat, etiam si illa contineant, quod omnes Curiales Curiam sequentes, et alii, sive Ecclesiastici, etiam Cardinales, sive Mundani, qui palatia, domos, et prædia urbana vel rustica edificaverint, aut census, aliæve bona acquisiverint, aut alias acquisita habuerint in dicta urbe, et circum eam ad miliaria decem, ex bonis, seu fructibus Ecclesiasticis, hi tales de illis, necnon juribus et jurisdictionibus omnibus, in favorem illegitimatorum, ac quomodolibet inhabilitum et incapacium, sive inter vivos, sive causa mortis disponere, cõsequi hæredes & successores universales, vel particulares instituire & substituere, & si intestati decesserint ipsi illegitimi & incapaces, in illis succedere possint, quodque per quæcunque revocationes, derogationes, aut alias contrarias dispositiones illis, quorum interest, præjudicari nequeat, & si ullo unquam tempore præjudicatum, aut derogatum quocunque modo apparuerit, jus quæsitum ablatum, & literæ revocationum & derogationum hujusmodi juris quæsitum, ablatæ censeantur: sicque per quoscunque Judices judicari debeat, & etiam diffiniri. Ac pariter tollimus & abrogamus omnes & quæcunque facultates similia concedendi, legatis, nuntiis, notariis, comitibus, collegiis, officiis, & aliis supradictis, quorum omnium tenores, ac si ad verbum infererentur, habemus presentibus pro expressis. Ita ut privilegiorum, dispensationum, facultatum, habilitationum, capacitationum, indultorum, & aliorum supradictorum sic revocatorum, aut etiam literarum legitimacionis prætextu, nullus omnino de hujusmodi bonis, rebus, pecuniis, juribus, jurisdictionibus, & actionibus, in commodum & favorem illegitimatorum utriusque sexus, sive eorum filiorum, sive consanguineorum, affiniarum, sive extraneorum, etiam in statu seculari procreatorum, ac legitimacione quacunque auctoritate donatorum, vel ad hujusmodi res & bona, ejusque successione, testato vel intestato, idoneorum & capacium effectum, sive a testamento, sive donatione, sive legato, sive elemosyna, sive alio quocunque titulo, & pio opere (exceptis in communi, ac omni fraude, conventionem, seu compositionem cessante, Hospitalibus expositorum, & orphanorum) disponere, nec illegitimi ipsi in eis ab intestato, sive protinus, sive per interpositas personas, ac quomodocunque succedere, aut illa alia ad eos, etiam per quemcunque circuitum multiplicatarum in alios capaces successione, ullo tempore devenire possint. Ac etiam nulla esse, & pro infectis habere volumus omnia & quæcunque facta hucusque testamenta, legata, donationes, & alia disposita hujusmodi, quæ viventibus adhuc testatoribus, aut alias, locum non habuerunt, ac pariter intestato successione non tamen litigiosas, quæ plenarium non sunt effectum sortitæ. Dehinc vero districtius prohibemus, ne talia sive in prædictos illegitimos utriuslibet sexus, sive in illorum conjuges, sive ipsorum parentes, filios, descendentes, ascendentes, vel alios cognatos, sive viventibus, sive defunctis ipsi illegitimis, etiam paupertatis, dotis, aut alterius cujuscunque pii operis intuitu fiant, neve ipsi unquam in rebus, bonis, pecuniis, juribus, jurisdictionibus, & actionibus prædictis, sive totis, sive in parte succedant, aut illa ad ipsos, quavis dispensatione sussultos, etiam per prædictum circuitum deveniant, neve de eis ulla in alium seu alios concessio, donatio, translatio, aliæve dispositio fiat, aut alia bona similia vel dissimilia, illegitimis aut aliis supradictis concedantur. Quod si prædictorum quispiam fuerit presentium violator, testamentum, donatio, legatum, & dispositio, omni-

a C. fin. de pecul. cler. Abb. in c. cum esset in relict. col. 14. Barb. in trait. de prest. Card. 1. part. qu. 4. Joan. Mai. in 4. sent. dist. 24. qu. 20. Aug. in verb. clericus. 2. §. 13. Sylvest. verb. Clericus. 4. quæst. 2. Alvar. Pelag. de plan. Eccles. 2. part. ars. 28. col. 3. Archid. in sum. 12. quæst. 5.

omnino non teneat, nec etiam quoad alios capaces, & res alias valeat, siquæ dispensens privilegio, dispensatione, facultate, & indulto prædicto, ejusque usu & commo-  
modo, etiam in cæteris omnibus, ipso sit jure privatus. Nemo quantumvis capax, illius prætexu fructus, res, pecunias, aut prorsus alia bona sua faciat, nec illa detinens præscriptione, aut ullo alio juris præsidio adjuvetur, sed ad integram illorum restitutionem, quocumque temporis lapsu non obstante, debeat coerceri. Itaut omnes in Ecclesiis, monasteriis, beneficiis successores, tam conjunctim, quam divisim, quisque videlicet pro rara parte sua, illa omni tempore recuperare possint, & qui primus cæteris ab eo monitis & negligentibus iudicium intenderit, ei soli res tota merito vendicetur. Nullis vero hujusmodi successoribus, pro prædictis insistentibus, ac etiam de peculo alias, quam ex rebus Ecclesiasticis confecto, locorum ordinarii, tam concessorum & restitutorum illegitimis, eorumve causa, quam quorumcumque aliorum bonorum immobilium, mobilium, & se moventium, necnon pecuniarum, fructuum, rerum, & jurium, alias sub dictis testamentis, donationibus, legatis, & dispositionibus comprehensorum, corporalem possessionem, amotis inde & expulsi quibuscumque detentoribus, sive incapacibus sive capacibus, per se vel alium, seu alios, libere apprehendant. & apprehensam hujus sedis nomine custodiant, donec ipsa sedes de illis, uti tum tulerit piorum operum necessitas, duxerit providendum. Bona vero, res, & jura feudalia, vel emphyteutica (aliis legitimis ad ea forte vocatis non existentibus) eo ipso devoluta, & juri ac proprietati suarum Ecclesiarum & locorum restituta, & cum reliquis eorum bonis consolidata esse declaramus.

## C A P. III.

*Bona Ecclesiastica sine indulto Apostolico ultima voluntatis arbitrio non relinquuntur.*

## Pius IV.

**G**rave nobis & molestem accidere solet, cum de per-  
sonarum Ecclesiasticarum actonibus, quæ integri-  
tatis exemplo cæteris præstare debent, ea nobis deseruntur, quæ & eorum fama sinceritatem denigrare, & Camera nostræ Apostolicæ incommodum ac detrimentum afferre videntur: unde nos, ut malitiosorum pravis intentionibus occurrere valeamus, debita postmodum remedia in medium asserre, & perniciosas fraudibus, prout ex universalis nostræ Curie sollicitudine tenentur, obviare cogimur. Cum itaque (sicut ex proborum & fide dignorum hominum relatione nuper accepimus) quam plures Prælati, Presbyteri, & aliæ Ecclesiasticæ personæ diversarum provinciarum, locorum, & dominiorum, & præsertim regni Neapolis, nulla a nobis, seu sede Apostolica, facultate testandi suffulti vel muniti, sed temeritate propria, & forsitan ad suorum importunam suggestionem impulsus, in eorum ultimis voluntatibus testamenta sua condendo, ac donationes, seu legata, aut codicillos faciendo, de bonis suis diversimode, licet id facere nullo modo possint, neque debeant, disponere audeant, ipsaque bona, sub diversis confectis prætextibus & coloribus, hospitalibus, ac piis locis, & forsitan cum promissionibus clandestinis, quod eorum consanguineis vel affinitibus, aut aliis personis ab eisdem testatoribus nominatis, post illorum obitum, ab ipsis hospitalibus & locis de certa seu quota portione bonorum hujusmodi subveniat, testari, relinquere, legare, codicillari non erubescant, in dictæ Camere grave damnum & præjudicium maximum, dictæ Camere indemnitati opportune consulere, & inconvenientibus hujusmodi, pro officii nostri debito, congruum remedium adhibere volentes, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione no-

*a Ut in e. quia nos. & c. relatum. a. de test.*

stra, non ad tuam, vel alterius pro te, nobis super hoc oblata petitionis instantiam, auctoritate Apostolica, tenore præsentium decernimus & declaramus, omnia de singula testamenta, donationes in illis, vel mortis causa factas, codicillos, legata, & quæcumque alia in ultimis voluntatibus, per quoscumque Ecclesiasticorum prælatos, etiam Patriarcham, Archiepiscopum, vel Episcopum præfulgeant dignitate, ac quorumvis monasteriorum cujuscumque ordinis Abbates, seu commendatarios, ac presbyteros, & alias quaslibet Ecclesiasticas personas prædictas, & quascumque alias, quæ ex bonis & redditibus Ecclesiasticis, & beneficiorum fructus percipiunt, absque nostra, seu ejusdem sedis, speciali licentia & facultate quomodolibet, quæ in futurum ab illis quocumque prætextu, aut quavis colore, etiam in favorem hospitalium, & aliorum piorum locorum hujusmodi de dictis redditibus fieri, condi, & testari, seu relinqui, aut quovis ultimæ voluntatis titulo disponi contigerit, nulla, irrita, inania, invalida, ac nullius roboris, vel momenti fore, & esse, ac nemini, neque etiam hospitalibus, & piis locis præfatis (cum ad Camera ipsam solum fraudandam, prout ex multis fraudibus desuper commissis & repertis nobis constat, præmissa fieri, clare appareat) ullatenus deinceps suffragari, neque subsistere, aut testamentis suis hujusmodi quæquam juvare, aut tueri, nec effectum aliquem ulla ratione habere, vel sortiri.

## TITULUS XIV.

DE NAUTIS ET NAUFRAGIUM  
PATIENTIBUS.

## C A P. I.

*Naufragata bona occupantes, & nautas impediētes, excommunicantur, qui vero iis opulantur, condonatione Pontificia remunerantur.*

## Julius I.

**O**rdinamus, statumque, firmiterque & inviolabiliter observari mandamus, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis, necnon decem millium ducatorum auri largorum Camere Apostolicæ applicandorum pœnis, quatenus in urbe Roma, suisque portibus & ripis, aliisque omnibus & singulis civitatibus, terris, castris, ripis, portibus, & plagis, Romanæ Ecclesiæ, mediate vel immediate subjectis, etiam Prælatorum, dominorum temporalium, & Baronum dictarum terrarum, in quibus est commercium maritimum, persona aliqua cujuscumque gradus, Ecclesiastici vel secularis, communitur vel divisim, officialis aut privatus, etiam Cardinalatus honore fulgens, deinceps non audeat vel permittat præbere impedimentum, aut genus aliquod molestiæ præstare, dictis nautis & mercium conductoribus subditis Imperatoris, qui cum bono aut iniquo tempore infortunium aut naufragium patientur, in dictis ripis, aut prope ripas, vel intra mare, seu in aliqua parte illius, aut portibus seu plagis (quod Deus avertat) aut quovis alio voluntario aut necessitato, infortunato aut pacifico modo, eos inibi applicare contingat, in quacumque ripam, portum, aut plagam dictarum terrarum, quinimo illi favore et opere gratiosis recipiantur, et benigne tractentur, restituentur et restitui faciendos res et bona eorum, in talibus navigiis conducta, si ea per aliquem vel aliquos detineri, et occupari contingat, vel in posterum occupabuntur aut detinebuntur, ad effectum, ut stante hujusmodi bona comparatione eorum querela cessent, et illi libentiori animo emendantur ac loca prædicta se et eorum merces. Et ut Christi fideles ad præmissa alliciantur, ac ab eis, naufragium hujusmodi patientibus, promptiora subsidia præbeantur, omnibus et singulis utriusque sexus Christi fide-

fidelibus, qui auxilium, consilium, & favorem, naufragium patientibus in reparatione & conservatione suorum bonorum præstitierint, 10. annos & totidem quadragenas, de injunctis eis penitentibus, in Domino relaxamus. Rom. 22. Octobr. 1554.

## C A P. II.

*Furatur res, que jacens post naufragium in ripis aut portibus locorum maritimorum diripitur, repulso omni consuetudinis prætextu, nisi restituatur.*

## Paulus III.

Julius Papa II. considerans, tam civili quam canonice lege, licere unicuique naufragium suum impune colligere, ac jacta in mari, allevandi oneris causa, recuperare, illaque diripientes furtum committere, & graviter delinquere, ac Christianos naufragium patientes, rebus suis spoliantes, diversis pœnis puniri: & propterea consuetudinem prædictam, tanquam contra regulam fidei, qua unus alteri auxilio esse tenetur, merito corruptelam appellari, neminique suffragari debere, cujuscuque temporis cursu munitam: Volentesque (sicut ejus incumbat pastoralis officio) omnium mari terraque ad aliam urbem nostram venientium, securitati & tranquillitati providere, periculique hujusmodi obviare, ac venientium ad aliam urbem, ex omnibus mundi partibus, tanquam ad matrem, de necessariis cum opulencia providere, necnon animarum eorundem Christi fidelium sa-

luti consulere, motu proprio, non ad alicujus sibi super hoc oblata petitionis instantiam, sed de ejus mera deliberatione, & ex certa sua scientia, consuetudinem capiendi & retinendi bona, per naufragium vel jactum, levandæ navis gratia, aut alia necessitate urgente, factum ad littora maris, civitatum, terrarum, & locorum Rom. Ecclesiæ mediate vel immediate subditorum pertinentia, allegari non posse, illamque nulli, in judicio vel extra illud, suffragari debere, auctoritate Apostolica decrevit & declaravit: Et ultra pœnas, tam a lege, quam a canone, contratas spoliantes bonis suis Christianos naufragium patientes, & raptores in littore maris, civitatum, terrarum & locorum, Romanæ Ecclesiæ mediate vel immediate subditorum, hætenus inflictas, quas pro potiori cautela innovavit & confirmavit, talium spoliantium, cujuscuque auctoritatis & dignitatis forent, bona & jura quæcunque præmissa, confiscavit & publicavit, illaque Camera Apostolica confiscata, & publicata, & locorum dominos id fieri permittentes, excommunicatos eo ipso fore decrevit, & etiam declaravit: Dictosque raptores in flagranti crimine repertos, ut latrones & graffatores puniri posse, alias ut fores: præterquam. si nautis in manifesto naufragii & submersionis periculo constitutis, eorum opem & auxilium implorantibus & exposcentibus, non absque vitæ discrimine, in personarum & rerum conservatione auxilio fuerint, vel alias ab imminentis & præsentanei naufragii periculis, ipsorum labore & opera liberaverint, & salvos reddiderint, aut bona jam perperda recuperaverint.

## FINIS LIBRI SECUNDI.



## S E P T I M I

## D E C R E T A L I U M

## L I B E R T E R T I U S .

## T I T U L U S I.

## DE VITA ET HONESTATE CLERICORUM.

## C A P. I.

*Clerici habitus decore modesti incedant, omnem luxum ornatum fugientes, sub pana beneficiorum, qua possident.*

Leo X. in Concilio Lateranensi.

Clerici temperate ac modeste omnia faciant, & tam beneficiati, quam in sacris ordinibus constituti, comam neque barbam non nutrant, neque mulas aut equos cum phaleris, ornamentisque ex velluto aut serico factis, habeant, sed ejusmodi rebus, ex panno tantum aut corio simpliciter

*a Cap. clericus. de vita & honestate clericorum. Ex Concilio Carthaginensi 4.*

utantur. Si quis contrafecerit, excommunicationem incurrat, & si post legitimam admonitionem in hujusmodi pertinacia obstinatus permanserit, beneficiis omnibus, quæcunque habet, privatus sit, & esse censeatur, eaque sic vacantia, a sede Apostolica libere impetrari valeant.

## C A P. II.

*Clerici non solum interna vita munditia, verum etiam exterius decenti habitus ornatu & modestia vita integritatem & gravitatem probent.*

Pius IV.

Nos pro pastoralis officii nostri sollicitudine, Ecclesiasticam disciplinam temporum difficultate, ac hominum malitia, licentiaque deterius labentem, quantum nobis ex alto conceditur, in pristinam sacrorum canonum observantiam reducere cupientes, considerantesque

X y 4

conveniens esse, ut clerici, maxime qui in sacris ordinibus constituti, aut beneficiati existunt, cujuscunque gradus existant, non solum interius vitæ munditia & ac virtutum splendore, cæteris præfulgeant, verum etiam exterius, in eorum habitu & vestibus, gravitatem & morum honestatem, quæ ipsos decet, præ se ferant, statuimus, decernimus & ordinamus, quod omnes & singuli clerici, qui dignitates, personatus, canonicatus, & præbendas, parochiales Ecclesias, aut alia quæcunque beneficia Ecclesiastica, qualiacunque sint, obtinent, vel qui in quibusvis sacris ordinibus constituti sint, qui in hac alma urbe nostra permanent & moram trahunt, & in illo inducti incedant cum debita & congrua tonsura, vestes exteriores ante infra genua se extendentes, ita ut a vestibus & sagis laicorum omnino differant, gesserint, sub pœna excommunicationis, ac sub aliis, ac etiam crescente eorum contumacia beneficiorum privationis, arbitrio nostro, seu dilecti filii nostri Jacobi tituli S. Mariæ in Cosmedin. in hac alma urbe ejusque districtu Vicarii generalis, imponendis pœnis in eventu contraventionis incurrent.

## C A P. II.

*Concubinarij privantur officiis, & inhabiles ad officia & beneficia declarantur.*

Nicolaus V.

SI diligenter attendimus vitia singula, quæ in conspectu populi decus vilescere faciunt clericale, & quam odibilis sit incestus in clericis, crimen incestus hujusmodi, quod plerique, propter illius impunitatem, sibi blandiuntur minime verendum, imo quasi non fore peccatum, non immerito cohibere compellimur, & præsertim eo propensius in curia nostra, quo illud ibidem videtur scandalosius, & ab aliis periculosius trahitur in exemplum. Hinc est, quod nos præsentis constitutionis edicto, universis & singulis sedis Apostolicæ officialibus, necnon quævis Romana curia exercentibus, etiam si ratione officiorum hujusmodi, ipsius sedis officiales non censentur, & aliis quibuscunque clericis eandem curiam sequentibus, districtius inhihemus, ne quisquam ex eis concubinam publice in domo sua, aut a libi, ut illius turpi commercio liberius utatur, teneat, seu quicumque mulierem ad sfortunatum turpem usum hujusmodi, aut quæcumque mulierem in præsentiarum venerit, nisi post præsentium publicationem in valvis Basilicæ Principis Apostolorum de urbe, & in cancellaria nostra faciendam (quam etiam vim habere volumus monitionis peremptoriæ) infra novem dies, ab hujusmodi excessu, realiter & cum effectu destiterit, ac concubinam seu mulierem ipsam penitus & omnino dimiserit, quodque quisquis in antea concubinam vel mulierem talem tenere præsumperit, omnibus beneficiis suis Ecclesiasticis, necnon quæ in dicta curia obtinere vel exercent, officiis, sint ipso facto privati, illaque extunc possint per quoscunque alios libere impetrari, iidemque privati, necnon quicumque alii concubinas & mulieres hujusmodi, contra præsentem prohibitionem tenere præsumentes, inhabiles censentur ad beneficia obtinenda, & in dicta curia officia hujusmodi exercen-

da, nec illorum capaces efficiantur, nisi inhabilitatem suam antea per dictæ sedis literas obtinuerint aboleri, & interim per eos in prædictis gesta habeantur pro infectis.

## C A P. IV.

*Incontinentes clerici & sceleris contra naturam homine infecti, sacris, canonum & juris civilis status plebuntur. Idem in concubinarijs decernitur.*

Leo X. in Concilio Lateranensi.

UT clerici præsertim caste continentique juxta canonum præcepta vivant, statuimus, ut contrafacientes acriter secundum canones puniantur. Si qui vero, tam laicus, quam clericus, de crimine, propter quod venit ira Dei in filios dissidentia, convictus fuerit, pœnis per sacros canones, aut jus civile, respective impolitus puniatur. Concubinarij autem, sive laici sive clerici fuerint, eorundem canonum pœnis multentur, neque superiorum tolerantia, seu prava consuetudo, quæ potius corruptela dicenda est, a multitudine peccantium, aliave quælibet excusatio, eis aliquo modo suffragetur, sed juxta juris censuram severe puniantur.

## C A P. V.

*Clerici nefandi criminis contra naturam rei, degradati, & clericali privilegio exautorati, seculari jurisdictioni, pœnas easdem, quæ in laicos statuta sunt, recepturi, tradantur.*

Pius V.

HORRENDUM illud a scelus, quo polluta, scædæque civitates tremendo Dei judicio conflagraverunt, acerbissimum nobis dolorem inurit, graviterque animum nostrum commovet: ut ad illud, quantum potest, comprimendum studia nostra conferamus. Sane Lateranensi Concilio h. dignoscitur constitutum, ut quicumque clerici illa incontinentia, quæ contra naturam est, propter quam ira Dei venit in filios dissidentia, deprehensi fuerint, laborare, a clero deiciantur, vel ad agendam in monasteriis pœnitentiam detradantur. Verum ne tanti flagitii contagium impunitatis spe, quæ maxima peccandi illecebra est, fidentius invalescat, clericos hujus nefarii criminis reos, gravius ultiscendos deliberavimus, ut qui animæ interitum non horrescunt, hos certe deterreat civillium legum vindex gladius secularis. Itaque quod nos jam in ipso Pontificatus nostri principio hæc de re decrevimus, plenius nunc, fortiusque persequi intendentes, omnes quoscunque Presbyteros, & alios clericos seculares & regulares, cujuscunque gradus & dignitatis, tam diu nefas exercentes, omni privilegio clericali, omni que officio, dignitate, & beneficio Ecclesiastico præsentis canonis auctoritate privamus. Ita quod per Judicium Ecclesiasticum degradati, potestati statim seculari tradantur, qui de eis illud idem capit supplicium, quod in laicos, hoc in exitio devolutos, legitimis reperitur sanctionibus constitutum. Rom. 3. Cal. Sept. 1568.

## T I T U L U S II.

## DE CLERICIS NON RESIDENTIBUS IN ECCLESIA VEL PRÆBENDA.

## C A P. I.

*Episcoporum non residentium in diocesi, civilisque curam negligentium pœna.*

Pius IV.

a Ex Concilio Carthag. cap. 45. & ex generali Synodo sept. can. 19. 21. quæst. 4. cap. omnis juratura. Concil. Trident. sess. 24. cap. 6. b In Presbyterorum lasciviam & libidinem sanctorum varia edita sunt a summis Pontificibus & Conciliis. N. ano can. 3. 31. dist. cap. interdicit. & Nannetens. cap. 3. quas refert Burehardus lib. 2. decret. cap. 116. Loco. part. 6. c. 192. Adde Concil. Trident. sess. 28. de reformat. cap. 14. & l. cum qu. C. de Episc. & Cler. v. Concil. Tridentin. sess. 25. cap. 14.

a Jure hoc scelus vocat horrendum & execrandum, post Alex. Mens. 2. part. quæst. 143. Thom. 22. 154. Astens. l. 2. tit. 64. Anton. 2. part. tit. 5. cap. 4. Uniguor. cap. 7. § 3. Ang. Sylv. Tab. var. luxur. Peral. tit. de luxuria. b Cap. clerici. de excessibus prælat. & sup. tit. ead. cap. 1.

Pius IV. ex Concilio Tridentino.

**D**E salute gregis Deminici nobis ex alto commissi attentius cogitantes, ea libenter intendimus, per quæ grex ipse, continua suorum cum eo residentia a pastorum, præservetur a noxiis, & in devium prolabens, ad reſtitutionem tramitem, reducat, ut pastores ipsi residentiam ipsam, prout tenentur, commodius facere, ac circa ipsius gregis curam libentius ac ferventius invigilare, & illum ab errorum præcipitiis præservare, ac in fide orthodoxa, & devotione nostra, continere valeant, opem & operam efficaces impendimus, prout reſum & temporum qualitate pensata, conspicimus in Domino salubriter expedire. Hinc est, quod nos motu proprio, non ad alicujus nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, universos & singulos venerabiles fratres nostros Episcopos, Archiepiscopos, Primates, & Patriarchas, ab Ecclesiis & diocæſibus suis absentes, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub interditi ingressus Ecclesiæ pœna, eo ipso, absque alia declaratione, incurrenda, districte præcipiendo monemus, ut omnibus postpositis quanto citius, in Romana Curia videlicet moram trahentes, intra unum, extra eam vero in Italia, intra duos, extra vero Italiam existentes, infra 4. menses a die publicationis præsentium, in locis infraſcriptis faciendam computandos, se itineri committere, & legitimis itineribus ad Ecclesias seu diocæſes suas proficisci, & sese personaliter conferre, ac ibidem, ut tenentur, residere, & pastorale officium exercere debeant. Si quis autem Patriarchali, Primatiali, Metropolitana seu cathedrali Ecclesia, sibi quoecunque titulo, nomine seu jure commissa, quacunque illæ dignitate, gradu & præ eminentia præfulgeant, legitimo impedimento, seu iustis rationabilibus causis cessantibus, sex mensibus continuis extra suam diocæſim morando abſuerit, quartæ partis fructuum unius anni, fabricæ Ecclesiæ & pauperibus loci, per superiorem Ecclesiasticum applicandorum, pœnam ipso jure incurrant: Quod si per alios sex menses in hujusmodi absentia perseveraverint, aliam partem fructuum similiter applicandam, eo ipso amittat: crescente vero contumacia, severioris factorum canonum censuræ subſciatur b, Metropolitanus, Suffraganeus, Episcopus absentes, Metropolitanum vero absentem, Suffraganeus, Episcopus antiquior residens, sub pœna interditi ingressus Ecclesiæ ipso jure incurrenda, infra tres menses, per literas vel nuntium Romano Pontifici denunciare teneatur: qui in ipsos absentes, prout cujusque major aut minor contumacia exegerit, suæ supremæ sedis auctoritate animadvertere, & Ecclesiis ipsis de pastoribus utilioribus providere poterit, sicut in Domino noverit salubriter expedire.

C A P. II.

*Privilegia & facultates concessa Episcopis in gratiam pastoralis residentia.*

**E**osdem autem Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, & Episcopos mandatis nostris parentes, & apud suas Ecclesias, seu in eorum diocæſibus personaliter residentes, specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, ut liberius & commodius eorum officio fungi valeant, eis & eorum cultibus, ut quando reſederint, etiam præteritum quorumcumque delictorum & excessuum atrociorum, etiam hæcæſis & læsæ majestatis criminum, per eos quomodolibet commissorum, ad comparandum personaliter in Romana Curia, per quoscumque Judices ordinarios vel

delegatos, etiam sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, nisi vigore specialis commissionis, manu nostra vel Romani Pontificis pro tempore existentis signatæ, trahi aut citari non possint nec debeant, atque aliter factas citationes & censuras in eis appositas, ac inde secuta quæcumque, nulla & irrita, ac nullius roboris & momenti fore, ac eos minime efficere ut actare statuimus & ordinamus. Necnon eos, & eorum quemlibet, ab omnibus & singulis decimis, subsidiiis, & aliis oneribus, ordinariis, & extraordinariis quomodolibet nuncupatis, per nos & successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, ac sedem Apostolicam, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac etiam consistorialiter, etiam ad instantiam Regum & Principum quomodolibet, & ex quavis etiam quantumvis urgentissima, justissima, ac pia, & necessaria causa, etiam pro defensione fidei Catholice, ratione dictarum Ecclesiarum nunc & pro tempore impostis, illorumque solutione, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, ex simili scientia penitus & omnino eximimus & liberamus, nec ad dilectis filiis modernis & pro tempore existentibus, S. R. E. Camerario, necnon Cameræ Apostolicæ Thesaurario, præſentibus & clericis, ac decimarum, subsidiorum, & aliorum onerum hujusmodi collectoribus & subcollectoribus, seu exactoribus, & commissariis ad id pro tempore deputatis, etiam vigore quorumcumque privilegiorum, indultorum, & litterarum, etiam præſentibus derogantium, ac illorum totum tenorem de verbo ad verbum exprimentium, eis quomodolibet concessorum & concedendorum cogi, seu compelli, & ob non solutionem, hujusmodi aliquas sententias, censuras, & pœnas incurrere posse decernimus, illisque & quibusvis aliis, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub nostræ indignationis, necnon excommunicationis, aut suspensionis, aut privationis suorum officiorum & beneficiorum, quæ obtinent, & pro tempore obtinebant, eo ipso incurrendis pœnis, eosdem Episcopos, Archiepiscopos, Primates & Patriarchas, sic in dictis Ecclesiis, vel earum diocæſibus residentes, quamdum in illis reſederint, ut præſertur, ad solutionem decimarum, subsidiorum, & onerum præſertorum cogere, ac propter eorum non solutionem excommunicationis aut alias sententias, censuras, & pœnas promulgare quoquo modo audeant seu præsumant, districte inhibemus. Et insuper eisdem Episcopis, Primatibus, & Patriarchis, sicut præmittitur, residentibus, ultra privilegia & indulta eis per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac sedem Apostolicam, & generalia, & Cancellariæ Apostolicæ regulas concessa, quæ in suo robore permanere volumus, tanquam dicta sede delegatis in quibuscumque civilibus, criminalibus, vel mixtis causis, contra quoscumque clericos seculares particulares, ac etiam extra eorum monasteria seu regularia loca degentes regulares quomodolibet exemptos, auctoritate nostra procedere, & causas ipsas cognoscere, sineque debito terminare, ac quicquid terminaverint, exequi & observari facere, ipsosque exemptos pro tempore delinquentes, iuxta eorum excessus & delicta, punire, corrigere, & omnem jurisdictionem in eos exercere, omniaque alia & singula, in præmissis & circa ea quomodolibet necessaria & opportuna, & qua nosmet facere, exercere, & exequi possemus, in omnibus & per omnia facere, exercere, & exequi libere licite valeant, plenam & liberam licentiam ac facultatem, auctoritate & tenore prædictis concedimus Decernentes, ab eorum ordinationibus, interlocutionibus & decretis, ante diffinitivam sententiam, vel vim diffinitivæ habentem, & ubi agatur de morum correctione, nullatenus, etiam ad nos & sedem Apostolicam appellari posse; & nihilominus per appellationes quascunque contra præsentium tenorem quomodolibet interpositas, minime causas devolvi, aut etiam per quasvis inhibitiones, etiam quibusvis censuris & pœnis, eis a quibusvis a Judicibus ordinariis vel delegatis forsan faciendas, illarum

a Residentia pastoralis commendatur Conc. Trid. sess. 6. Constantiopolit. can. 17. & 24. Antioch. can. 17. Agathensi. can. 39. b Extat can. 20. 7. 9. 1. quo Episcopus in Ecclesia non residens, sed per diversa loca vagatus redire recusans, in monasterium detruditur. Greg. lib. 5. Epist. 23.

zum ultioiorem cognitionem & expeditionem, & ubi de-  
morum correctione agetur, etiam legitimam executionem  
minime impediri, aut censuris & penis huiusmodi  
legari aut irritari censere.

## C A P. III.

*In favorem studiorum excusatur absentia a cura pasto-  
ralis residentia, dummodo ordinariarum consensu & aucto-  
ritate firmetur.*

Idem.

**S**anctissimus in Christo Pater & Dominus noster, D. Pius, divina providentia, Papa IV. ad cuius aures nuper perve-  
nit, nonnullos curatas, vel alias sacros ordines, aut perso-  
nales residentiam requiritur beneficia obtinentes, sub  
prætextu, quod literis operam dare cupiebant, post confir-  
mationem Concilii Tridentini per sanctitatem suam, sanctam  
& publicatam, fecum ut literarum studio in loco, ubi illud  
vigeat generale, actu insistendo, ratione beneficiorum per  
eos obtentorum huiusmodi, usque ad quinquennium, vel  
aliud tempus tunc expressum, dummodo infra primum il-  
lius annum Subdiaconi fierent, ad reliquos ordines promo-  
veri minime tenerentur, & tam idem, quod interim, quam  
alii etiam ad eisdem ordines vel eorum aliquem seu aliquos  
promoti, quod similiter studentes, beneficiis per eos ob-  
tentis, per vicarios idoneos, per locorum ordinarios, etiam  
congrua fructuum beneficiorum huiusmodi portione  
illis assignata, vel alias deputandos, in divinis deserviendo,  
& animarum curam illis imminuentem exercendo, & alia  
incommoda onera supportando, usque ad simile tempus,  
personaliter in sidem beneficiorum residere non tenerentur,  
& nihilominus interea omnes eorumdem beneficiorum fructus  
percipere possent, per ordinariam sanctitatis suæ si-  
gnaturam, seu penitentiarie suæ officium dispensari, sibi-  
que pariter indulgeri obtinuerunt, nullum in his vel frau-  
di vel circumventioni locum, præsertim quoad absentes a  
Romana Curia, de quorum qualitatibus facilis notitia ha-  
berri non potest, quantum humana ratione provideri po-  
test, relinquere volens, Concilii etiam Tridentini decretis  
inhærendo, huiusmodi dispensationes & indulgentias  
hactenus concessa, ac tam ipsius penitentiarie, quam Apostolicas,  
& alias desuper confectas & conscribendas literas, processus  
ultraque habitos & habendos, per easdem dictis absentibus  
nullatenus suffragari, nisi singulorum ordinariarum loco-  
rum, in quibus singula beneficia huiusmodi consistunt  
consensus gratis præstandus ad id accedat, Apostolica au-  
toritate declaravit.

## C A P. IV.

*Clerici non prius admittantur ad regimina Ecclesiarum  
& dignitatum, nec beneficiorum proventus caudeant, qui  
prius residentia iuramentum cura cautione præstiterint.*

Idem.

**I**ntendentes beneficiorum dispendiis, & animarum peri-  
culis, congruis remediis obviare, de parochialibus Ec-  
clesiis, seu eorum perpetuis vicariis, & aliis beneficii  
Ecclesiasticis curam animarum habentibus, per obitum illo-  
rum possessorum successive vacantibus, & antea dispositio-  
ni nostræ reservatis, non nisi personis Ecclesiasticis, præ-  
vio rigoroso examine, de mandato nostro desuper specia-  
liter facti, aut per diocesani fidem, vel fide dignorum  
testium depositionem idoneis reperitis, & medio illarum  
juramento, ac etiam præstita fidei iussione, de se infra cor-  
tum expressum tempus ad locum beneficii conferendi, &  
apud illud curam animarum illi imminuentem per se ipsos  
exercendo, personaliter residentia, astrictis providemus,  
seu providi mandamus. Romæ 13. Mart. 1563.

## C A P. V.

*Is qui maioribus Ecclesiis præsumt, pastoralis residentia  
summo opere commendari debet, & præcipi animadversione  
sanctionum iuris, & Concilii Tridentini auctoritate.*

Idem.

**C**um tam per sacrosanctum œcumenicum Concilium  
Tridentinum, quam etiam per nostras literas five  
bullas etiam desuper emanatas, & inter alias sub Dat.  
Romæ apud S. Petrum, anno incarnationis Domini 1564.  
Septimo Cal. Decemb. Pontificatus nostri, anno quinto,  
mandatum sit omnibus Episcopis, Archiepiscopis, & aliis,  
quibus animarum cura commissa est, oves suas agnosce-  
re, pro eis sacrificium offerre, verbique divini prædica-  
tione, Sacramentorum administratione, ac bonorum om-  
nium exemplo pascere, pauperum, aliorumque misera-  
bilium personarum curam paternam gerere, & signanter  
munera pastoralia, & eis diligenter incumbere & assiste-  
re, aliaque facere, quæ in dicto sacro Concilio, & in di-  
ctis nostris literis, five Bullis continentur. Quæ omnia  
nequaquam ab eis præstari & adimpleri possunt, cum gre-  
gibus suis non invigilant, neque assistunt, sed mercenario-  
rum more oves suas deserunt: & propterea debuissent  
omnes & singuli Episcopi, Archiepiscopi, & alii, in di-  
gnitatibus Ecclesiasticis constituti, & præfecti, & quibus  
animarum cura existit, iuxta divina præcepta, & prædicti  
œcumenici Concilii, ac prædictarum nostrarum literarum  
seu Bullarum, vim, formam, continentiam & tenorem, ad  
eorum respective Ecclesiarum diocesam, ac alia beneficia, qui-  
bus personalis residentia requiritur, ad effectum in eis  
personalem residentiam faciendam, sese contulisse, ac  
omnia & singula in eisdem præceptis, Concilio, & li-  
teris five Bullis respective contenta, adimplevisse & ob-  
servasse. Attamen sicut accepimus, multi & multi præ-  
fatorum & præceptorum, & mandatorum contemptores,  
animarumque suarum & proprie salutis inmemores, in  
dictis dignitatibus Ecclesiasticis, in quibus cura anima-  
rum imminet, ac Episcopalis & Archiepiscopalis res-  
pective constituti, præmissa facere & adimplere hæc-  
tenus minime curarunt, sed distulerunt & differunt, in  
grave animarum suarum gregumque sibi commissorum  
periculum, & ovium suarum perniciosum exemplum &  
scandalum, sententias, & censuras, & penas propterea  
sibi inflatas temere & damnaliter incurrendo. Quæ  
omnia, cum non sint conveniunt oculis, aut impu-  
ne prætermittenda, sed graviter, ut cæteris transeant in  
exemplum, cum jam per tot menses inobedientes fue-  
rint, censuras præfatas sustinendas, metu proprio, & ex  
certa nostra scientia, deque potestatis nostræ plenitudine  
dilecto filio nostro Alexandro Riario, Camera Apostolicæ  
generali auditori, cui alias etiam seu prædecessori suo  
vivæ vocis oraculo commissimus, ut dictos Episcopos,  
Archiepiscopos, & alias personas Ecclesiasticas anima-  
rum curam habentes, non residentes, penas præfatas in  
dicto Concilio, & literis five Bullis nostris contentas in-  
currisse declararet, & ad illarum effectivalem execu-  
tionem, aliaque graviora procedere, vivæ vocis oraculo  
commisimus: tantum quoque nonnulla monitoria contra  
certos Episcopos, & alias personas præfatas, in vim com-  
missionis nostræ huiusmodi sibi facta tunc decreverat, &  
relaxaverat, ne in posterum de illius jurisdictione dubi-  
tari contingat, denuo eidem auditori nostro nunc offi-  
cium auditoratus exerceenti, auctoritate nostra committi-  
mus & mandamus, quatenus statim, tam contra Episco-  
pos, Archiepiscopos, & alios quoscunque Prælatos, tam  
in urbe quam alibi, & ubique locorum existentes & in  
propriis diocesis, non residentem, constituto sibi, quantum  
iussit videretur, summam simpliciter & de plano, so-  
la veritate inspecta, & manu regia, de obedientia præ-  
dicta, usque ad sententiam exclusive procedat, & dein-  
de nobis referat, ut nos in Consistorio nostro secreto, de  
fratrum nostrorum consilio, ut moris est, ad sententiam  
privam

*a Concil. Trident. sess. 23. c. 2. admonet pastores, ut divi-  
narum præceptorum memores, saltemque forma gregis in iudicio ut  
veritate pascant ac regant.*

privacionis, & depofitionis Præſtorum inobedientium hujusmodi procedere valeamus, prout procedere intendimus: quo vero ad alios curam animarum habentes, niſque ad ſententiam incluſive procedat, & exequatur juxta formam & tenorem dicti Concilii, & literarum noſtrarum prædiſtarum, cum eſſidem facultatibus, ut ſupra, ac alia faciat, & exequatur, prout in dictis literis ſive Bullis continetur cum poteſtate citandi, inhibendi, excommunicandi, ſuſpendendi a divinis, declarandi, interdicendi, aggravandi, regnandi, carcerandi, & bachiſm ſeculare decernendi, relaxandi & exequendi, aliaque faciendi neceſſaria quomodolibet & opportuna, contraſque quibuſcumque non obſtantibus.

## C A P. VI.

*Eccleſiaſticum monaſterium neutquam committendum, niſi perſona, qua reſidere in loco, & curam Eccleſie per ſe ipſum valeat exercere.*

## Pius V.

Cupientes pro noſtri paſtoralis officii munere Chriſti fidelium animarum ſaluti, quantum cum Deo poſſumus, ſalubriter conſulere, & parochialibus Eccleſiis ac curam parochiis, prout tenentur, in divinis debite & laudabiliter deſervire, inhærendo etiam decretis ſacri Concilii Tridentini, motu proprio, & ex mera deliberatione, certaſque ſcientia noſtra, ac de Apoſtolice poteſtatis plenitudine, hac noſtra perpetuo valitura conſtitutione, omnes & ſingulos Rectores parochialium Eccleſiarum, cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & præminentie fuerint, in quibuſcumque regnis, provinciis, civitatibus, diœceſibus, ac aliis Chriſtiani orbis partibus conſiſtentes, qui parochialem Eccleſiam, ac canonicatum, aut dignitatem, etiam poſt Pontificalem majorem, ſeu Principalem, in quibuſvis Patriarchalibus, aut Metropolitanis vel cathedralibus, ſeu collegiatis Eccleſiis, ſeu aliud quodcumque beneficium Eccleſiaſticum, etiam quorumcumque diſpenſationum a Romanis Pontificibus, prædeceſſoribus noſtris, ſeu etiam a nobis hæcenus quomodolibet imperatarum, ac literarum Apoſtolicarum deſuper expeditarum titulo, quas omnes hæc præſenti conſtitutione abolemus & revocamus, ſeu quocumque alio prætextu obtinent, cum prima & præcipua debeat eſſe cura animarum, eos ad reſidendum in Eccleſia parochiali, & ibi in divinis deſervendum, debitoque eorum officio fungendum, omnino teneri & obligatos eſſe, ac ad id per Episcopos, & aliorum locorum ordinarios, etiam tanquam Apoſtolice ſedis delegatos, ſub ſententiis & cenſuris Eccleſiaſticis, ac pecuniariis arbitrio eorum declarandis, ac etiam privacionis dictarum parochialium, & aliorum quorumcumque beneficiorum poenis, quacumque appellatione remora, cogi & compelli poſſe & debere, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium ſtatuímus, præcipimus & ordinamus. Eos tamen ſic reſidentes in Eccleſiis parochialibus, omnes & ſingulos fructus, redditus & proventus, etiam canonicatus ſui, vel dignitatis, ſeu alterius cujuſcumque beneficii, exceptis duntaxat quotidianis diſtributionibus, & aliis, quæ ex juſta cauſa abſentes percipere non ſolent, lucrari volumus. Sicque per quocumque Judices & commiſſarios, etiam cauſarum palatii Apoſtolice auditors, ac Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi & interpretandi facultate, interpretari, judicari, & diſſiniſſi debere: Nec non irritum & inane, quicquid ſecus ſuper his a quocumque, quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter, attentatum forſan eſt hæcenus, vel in poſterum contigerit ſentari, decernimus & declaramus. Rom. 8. Id. Jul. 1568.

## C A P. VII.

*In beneficiis curatis & Parochialibus reſidere tenentur, quibus credita eſt animarum cura, aut privilegia collata in gratiam paſtoralis reſidentie amiſſans, & penis canonice ſubſiciantur.*

Idem.

IN ſuprema militantis Eccleſiæ ſpecula, meritis licet inſufficientibus, divina diſpoſitione conſtituti, cunctos non ſolum vigilantie noſtræ commiſſis dominicos greges, ſed etiam ſingularum paſtorum ſuorum actus, intenſa noſtræ mentis acie colluſtrantes, ſtudium efficaciæ, operamque ſedulam ad hoc omnino ſtatuímus adhibere, ut quemadmodum operam ſacri Concilii Tridentini progreſſam, felicemque exitum (Domino cooperante) præſtitimus, ita ſanctiſſima illius decreta, ipſorum præſentium, qui in Apoſtolice ſolicitudinis partem vocati ſunt, paſtorum officium conceſſentia, non tepide, neque diſſimulante exequamur. Sane licet in Concil. præſato ſaluberrima fuerit ordinatione decretum, quod omnes & ſinguli venerabiles Fratres noſtri, Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, & Episcopi, & alii beneficiati, apud Eccleſias ſponſas ſuas reſidere teneantur: nonnulli tamen (quod non ſine animi noſtri mœrore referimus) adeo ſui, gregumque, quos olim deperditus Saluator noſter proprio ſanguine redimere dignatus eſt, ſibi creditorum obſiſi ſunt, ut etiam nunc in alma urbe vel alibi commorantes, & ſacroſancta ſpiritualis matrimonii, inter eos ſuaſque Eccleſias ſolemniſter contracti, jura conſundentes, ſponſas ſuas in longa quaſi viduitate relictas, & prædiſtas Eccleſias quocumque modo ſibi conceſſas inviſere, & apud illas, ut probos & providos patres familias decet, reſidere non curent, in perditionem animarum ſuarum, & ſubditorum ſuorum, ac pernicioſum exemplum & ſcandalum plurimorum. Nos hanc illorum contumaciam, alicujus etiam temporalis poenæ metu, frangendam ſeu convincendam eſſe cenſentes, motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, ac de Apoſtolice poteſtatis plenitudine, omnibus & ſingulis, Patriarchis, Primatibus, & Episcopis præſatis, ac aliis quibuſcumque, etiam quavis auctoritate, dignitate, gradu, vel præminentia ſurgentibus, diſtas Eccleſias in commendam, vel adminiſtrationem, aut alio quovis nomine obtinentibus, & aliis quibuſcumque beneficiatis curam animarum habentibus, qui juxta decreti, ſuper reſidentia in Concilio prædicto promulgati tenorem, perſonalem in ſuis Eccleſiis reſidentiam facere tenerentur, in virtute ſanctæ obedientiæ, ultra poenas in dicto decreto Concilii contentas, etiam ſub privacionis eorum a regimine & adminiſtratione Eccleſiarum ſuarum, ac aliis, noſtro, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis ſucceſſoris noſtri arbitrio, imponendis poenis, diſtincte præcipiendo per Apoſtolice ſcripta, mandamus, quatenus omni mora ceſſante, in eisdem ſuis Eccleſiis, juxta formam & tenorem dicti Concilii perſonaliter reſideant, & nihilominus, ſi quis mandato noſtro hujusmodi (quod abſit) non parere contigerit, ne etiam tales abſente, melioris in hac parte conditionis, quam cæteri in ſuis Eccleſiis reſidentes exiſtant, hac noſtra perpetuo valitura ſanctione per præſentes ſtatuímus & ordinamus, quod deinceps omnia & ſingula, mobilia & immobilia, etiam in urbe vel ejus diſtrictu exiſtentia, & ſe moventia, res & bona, jura & actiones, cujuſcumque qualitatibus, valoris, & ubicunque locorum conſiſtant, ad Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos, & alios quocumque, etiam quavis auctoritate, dignitate, gradu, & præminentia præſurgentes, Eccleſias prædiſtas in titulum, vel commendam, ſive adminiſtrationem, aut alio quovis nomine obtinentes, & alios quocumque beneficiatos curam animarum habentes, qui extra prædiſtas Eccleſias ac diœceſes, etiam in Romana Curia, aut alibi degentes, & juxta decretum & formam Concilii hujusmodi non reſidentes deceſſerint, pertinentia, & perſonos ſuarum Eccleſiarum, ac quorumcumque monaſteriorum, Prioratuum, Præpoſiturarum, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum, cum cura & ſine cura ſecularium & regularium, quæ illi quomodolibet obtinerent, ac fructuum, reddituum, & proventus Eccleſiaſticorum, nec-



necon pensionum annuarum, sibi super similibus fructibus, redditibus, & proventibus reservatarum, & assignatarum occasione quaerita: etiam si facultatem specialem de illis, aut earum parte testandi, & alias libere disponendi, a nobis, & a quibuscumque aliis Romanis Pontificibus, praedecessoribus & successoribus nostris, etiam cum clausulis, quod facultates hujusmodi revocari non queant, aliisque irritantibus decretis obtinuerint, & in vim illarum literarum desuper confectarum, de rebus & bonis hujusmodi, jamque deposuerint, tanquam spolia ad Camera Apostolicam legitime pertineant. Liceatque dilectis filiis, moderno & pro tempore existenti commissario nostro generali, & suis dictae Camera deputatis in eventum decessus hujusmodi, solum inventarium super rebus & bonis praefatis conficere, illaque, prout de reliquis clericorum spoliis fieri solet, ad dilecti filii nostri moderni, & pro tempore existentis generalis Thesaurarii manus redere, dictaque Camera applicare, cujusvis licentia desuper minime requisita. Ac facultates desuper confectas literas praedictas, etiam motu & scientia similibus, etiam in recompensam laborum & obsequiorum, etiam nobis, & Ecclesiae Romanae dictaeque sedi imperentur quomodolibet concessas, & etiam iteratis vicibus approbatas, illorum omnium tenores, praesentibus pro sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, in eventum obitus hujusmodi, etiam si in urbe, aut ejus districtu, vel alibi extra suas auctoritates (ut praefertur) contigerit, & nunc prout ex tunc, & contra, in dictae contumaciae poenam ejusdem potestatis plenitudine, & tenore revocamus, cassamus, & annullamus, & tam eas, quam earum praeterea quomodolibet, pro tempore condita factaque testamenta, codicillos, legata, donationes, & alias dispositiones qualeslibet, etiam, ad pias causas, vel in remunerationem servitorum, nulla & invalida, nulliusque roboris vel momenti fore, neque cuiquam contra praesentium tenorem suffragari, & sic per quoscumque Judices & commissarios, quavis auctoritate fungentes, & S. R. E. Cardinales in quavis instantia, sublata eis eorum cuiuslibet, quavis alias judicandi & interpretandi facultate, iudicari & diffiniri debere, ac quicquid fecus a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum & inane decernimus. Per hoc autem nostris, & Romanorum Pontificum praedecessorum nostro ordinationibus, reservationibus, & decretis, quoad Praetorium & aliorum beneficiorum, etiam in suis Ecclesiis aut diocesis residentium, & ibi decedentium, quae etiam amplius & extendimus ad habentes Ecclesias in urbis districtu, ibique residentes & decedentes, spolia Camera Apostolicae applicata hactenus emanatis, nullatenus praedicare, neque quicquam in eis alterare intendimus, sed ea in suo robore, ut antea, manere volumus, praeterquam quoad eos, qui in suis Ecclesiis iuxta formam praedicti Concilii resederint, & specialem licentiam testandi habuerint: hanc enim tantum salvam eis esse volumus, ita ut generalis licentia testandi eis quanquam residentibus minime suffragetur, sed sola speciali, quam habuerint, tueri se possint. Rom. 7. Calend. Dec. 1564.

### TITULUS III.

#### DE SPOLIIS CLERICORUM.

##### C A P. I.

*Bona Praetorium sine facultate testandi decedentium ad reverenda Camera Apostolica siveum pertinent.*

Paulus III.

**R**omani Pontificis providentia circumspecta, dubia, qua litium dispendia afferre possent, in sua declarationis arbitrio tollit, ac desuper statuit & ordinat, prout rerum qualitate pensata, conspicit in Domino sabuliter expedire. Cum itaque, sicut accepimus, a non-

nullis nimium curiosis, qui jura Camerae Apostolicae usurpare, ac Camerae praefatam illis defraudare vellent, in dubium redigatur, an res & bona, spolia nuncupata Praetorium, etiam Pontifici vel alia majori dignitate fulgentium, caterarumque personarum Ecclesiasticarum secularium & regularium, tempore obitus ipsorum remanentia, ex eo, quod Romano Pontifici pro tempore existenti, & Camerae praefatae reservata fore, aliqua generali Apostolica constitutione forsitan non caveatur, ad Camerae praedictam jure legitimo spectare & pertinere debeant. Nos, etiam satis evidenter constet & appareat, praedecessorum nostrorum Romanorum Pontificum, & nostram indubiam intentionem & voluntatem semper fuisse, ut spolia hujusmodi ad dictam Camerae, & non ad alias spectarent & pertinerent, & quod pro eadem Camerae exigerentur, & recuperarentur, cum praedecessores praefati diversos dictorum spolorum, ut ad Camerae praedictam spectantium & pertinentium, collectores & exactores, in variis provinciis & locis deputaverint & constituerint, & nos deputaverimus & constituerimus, variae quoque literae ab eisdem praedecessoribus, & a nobis, super exactione aliquorum eorundem spolorum, in quibus spolia hujusmodi ad praefatam Camerae spectare expresse continebatur, emanaverint, ac semper de illis dicti praedecessores, per plerasque alias literas, tanquam de rebus ad Camerae praedictam pertinentibus, donando vel transigendo, aut alias diversimode disposuerint, & nos disposuerimus, necnon ea ab antiquissimo tempore citra dictae Camerae nostrae nomine exacta, & inter jura ipsius Camerae connumerata fuerint: ne tamen praemissorum veritas deprimi, & mendacium desuper in praefata Camerae praedictam locum sibi vindicare valeant: attendentes, quod iniquum esset, si ex Apostolicae sedis benignitate, vel alia rationabili causa, ad singula quoque loca collectores non destinamus, jura ipsius Camerae propterea deperant, dubium hujusmodi enucleare, ac in praemissis opportune providere volentes, motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolica potestate plenitudine declaramus, res & bona hujusmodi, spolia, ut praefertur, nuncupata, in quibusvis regnis, ac dominis, tam citra, quam ultra montes & maria consistentia, quae pro tempore post obitus Praetorium & personarum praedictarum, quantumcumque etiam, ut praefertur, vel alias quomodolibet qualificatarum, etiam Cardinalatum honore fulgentium, qui vel nullo condito testamento, vel absque sufficienti facultate, aut ultra quantitatem, de qua facultatem habuerint, condito, decesserint, decedent, remanserunt, remanent, & remanebunt, etiam quod ad illa recuperandum aliqui collectores deputati non fuerint, ad Camerae Apostolicam, & non ad alios, etiam cathedralibus, etiam metropolitanis, & collegiatis, & aliis Ecclesiis, monasteriis, ceterisque beneficiis Ecclesiasticis, cum cura & sine cura, secularibus & quorumvis ordinum regularibus, utcumque qualificatis successores, illa in titulum, commendam, administrationem, & alias quomodolibet pro tempore obtinentes, etiam si ad illa vigore prioris tituli, jus regrediendi, seu accedendi, vel ingrediendi, concessum fuerit, spectasse & spectare: illaque tanquam ad Camerae ipsam spectantia, perpetuo colligi & recuperari potuisse & posse, atque debere, ac ita, ut praefertur, eorundem praedecessorum, & nostram intentionem & voluntatem semper fuisse, fidem facimus, & attestatur per praesentes.

##### C A P. II.

*Sacra suppellectilis ornamenta & res divino cultui dicata, non veniunt sub nomine spolorum pertinentium Camerae Apostolicae, sed ad Ecclesias tempore obitus illas obtinentium spectant.*

Pius V.

**R**omani Pontificis providentia circumspecta ad ea sollicitudinis suae partes potissimum convertit, per quae

quæ in singulis Ecclesiis debita obsequia, & opportuna subventionis auxilia minime subtrahuntur. Cum itaque, sicut accepimus, nonnulli Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, & Abbates seu Commendatarii, & alii beneficia Ecclesiastica obtinentes, proprii honoris & salutis immemores, etiam prætextu facultatum testandi, eis per sedem Apostolicam concessarum, in eorum ultimis voluntatibus res sacras, ac vasa, ornamenta, & paramenta Ecclesiastica, aliæque cultui divino dicata, quandoque ex fructibus Ecclesiasticis per eos acquisita, non Ecclesiis & monasteriis, ac beneficiis, quibus præferunt, seu a quibus proventus Ecclesiasticos & stipendia receperunt, prout rationi & honestati consentaneum foret, sed aliis locis, etiam aliquando non piis, ac interdum etiam consanguineis & affinibus relinquere, ac Camera Apostolica collectorum, prætextu, quod illa sub appellatione spoliarum veniant, tanquam ejusdem Camera spolia exigere & percipere non erubescant, in maximum religionis dedecus, ac Ecclesiarum, monasteriorum, & beneficiorum eorundem detrimentum, ac relinquendum animarum periculum, scandalumque plurimum. Nos abusibus, scandalisque hujusmodi providere, ac singularum Ecclesiarum, & monasteriorum, ac beneficiorum indemnitate, animarumque quarumlibet saluti consulere volentes, motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo valitura constitutione statuimus, ordinamus, decernimus, & declaramus, quod de cætero omnia & singula ornamenta & paramenta, ac vasa, necnon Missalia, & Gradualia, ac Cantus firmi & musica, aliæque quomodolibet nuncupati libri, & alia sacra, etiam auri & argenti, ac quæcunque alia bona per quoscunque Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, seu Commendatarios, & alios quoscunque beneficia Ecclesiastica, cum cura & sine cura, secularia, & quorumvis ordinum regularia, in titulum vel commendam, aut alias quomodolibet obtinentes, quocunque nomine vel titulo censeantur, etiam si de illis & eorum qualitatibus specialis & expressa mentio habenda foret, ad usum & cultum divinum, etiam in eorum privatis ædibus & capellis, vel oratoriiis destinata, tempore eorum obitus, ex testamento vel ad intestato relicta, sub quibusvis facultatibus testandi & alias disponendi de bonis, per eos ex altari vel alias quomodolibet acquisitis, per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores & successores nostros, ac nos, sub quibusvis tenoribus & formis, ac cum quibusvis clausulis & decretis, etiam motu proprio, & alias quomodolibet concessis & concedendis, minime comprehendantur, nec sub appellatione spoliarum veniant, sed ad singulas Ecclesias, monasteria, etiam conventu carentia, & beneficia hujusmodi, in quibus resederint, aut quibus præferunt, seu quæ alias obtinuerint, omnino spectent et pertineant, ac spectare aut pertinere, illaque post eorum obitum, eidem Ecclesiis, monasteriis, et beneficiis, etiam si non Romana Curia, et procul ab illis decesserint, vel ad illa nunquam accesserint, etiam si antea Ecclesiarum et monasteriorum regimini cesserint, vel beneficia hujusmodi renunciarint, eo ipso applicata et incorporata sint, et esse censeantur. Ita quod licet illis defunctis in eisdem Ecclesiis, monasteriis, et beneficiis, successoribus, ac Ecclesiarum et monasteriorum hujusmodi Capitulis et conventibus, respective alia propria auctoritate libere apprehendere, ac eorum Ecclesiis ac sacristiis applicare ac incorporare, ac quæcunque donationes, ac relicta, legata, testamenta, et codicilli, et alia ultime voluntates, seu spolia desuper, contra præsentis constitutionis nostræ tenorem, quomodolibet pro tempore facta, quoad præmissa, nulla et invalida, nulliusque roboris et momenti existant, et personis etiam Ecclesiasticis, seu locis etiam piis, aut Ecclesiasticis aliis quibuscunque, in quarum seu quorum favorem pro tempore facta fuerint, minime suffragentur, nec pro eisdem personis, seu locis, vel aliis Ecclesiis hujusmodi, aliquid

ius in rebus prædictis, vel ad illas acquiri possit. Quinimo res sacras, ac alia bona, prædicto quocunque nomine vel titulo pro tempore detinentes, ad alia Ecclesiis et monasteriis, ac beneficiis per defunctos quomodolibet acquisitis, ut præferatur, juxta præsentium tenorem realiter et cum effectu restituendum et consignandum, quibusvis dispositionibus, de illis in contrarium quomodolibet factis minime attentis, omnino teneantur, & ad id per censuras & penas, etiam furti & sacrilegii, ac alia juris & facti remedia opportuna cogi & compelli possint, & debeant. Insuper, ne deinceps contingat insolentia spoliarum Camera Apostolicæ collectorum & subcollectorum, aliquas Ecclesias, nec hominum quenquam, damno & injuria affici, nec cuiquam de cætero vertatur in dubium, quæ res habenda sint nomine spolia, simili modo statuiamus, decernimus & declaramus, quod quæcunque scamna, cathedra, arce, & etiam lignæ vel lapideæ, etiam marmoreæ mensæ & tabulæ, ac quæcunque dolia seu vasa vinaria vacua, & alia similia suppellectilia domestica, per quosvis Presbyteros, seu clericos ab humanis pro tempore eorum obitus in Ecclesiis, seu eorum domibus Ecclesiarum earundem, vel abbi ubivis locorum relicta, etiam si ex fructibus & proventus beneficiorum, quæ dum viverent obtinebant, acquisita fuerint, sub spoliarum appellatione minime veniant, nec pro spoliis ullo modo reputari possint. Præterea, quod nullam spolia Camera præfata fieri, neque quæcunque a quibusvis spoliarum Camera hujusmodi collectoribus vel subcollectoribus exigi possit, per obitum illius, qui dum viveret, unam vel plura beneficia Ecclesiastica obtinuerit, cujus vel quorum infernal fructus, reditus & proventus triginta ducatorum auri de camera, secundum communem estimationem, valorem annum non excederint, aut qui pensiones annuas super quibusvis fructibus Ecclesiasticis usque ad dictam valorem annuatim perceperit, dummodo tamen is fe ab omni illicita negotiatione, & a sacris canonibus prohibita abstinuerit. Ita quod si quis dictorum collectorum aliquid ex bonis quorumvis defunctorum, qui similia beneficia obtinuerint, seu similes pensiones perciperint, prætextu spoliarum ejusdem Camera percipere, aut alias, contra præsentis nostras literas, attentare præsumperit, ad totalem bonorum per eum perceptorum restitutionem teneatur, ac id via juris, etiam per similes censuras & penas cogi & compelli possit, & debeat. Rom. 3. Cal. Sept. 1567.

## C A P. III.

*Bona regularium extra claustra degentium nomine spoliarum continentur, & fisco Camera Apostolica adjudicantur, vera veluti & propria heredi.*

Gregorius XIII.

Officii nostri partes sedulo præstare tenemur, ut dubia, quæ ab aliquibus falso sub prætextu, vel nimis subtiliter excitata, in Camera nostræ Apostolicæ præjudicium tendunt, declaratione nostra dilucidentur. Nuper accepimus, quod etsi fel. recor. Pius Papa IV. prædecessor noster constitutionem, & quæcunque in illa continerentur, per piæ memoriæ Paulum PP. IV. etiam prædecessorem nostrum, contra apostatas a editam, per quam inter cætera decrevit, bona quæcunque mobilia & immobilia, ac census, reditus, & proventus, jura & actiones per regularem ordinem professos, extra claustra suorum regularium locorum, etiam de licentia suorum superiorum degentes, tempore, quo extra claustra hujusmodi fuissent acquisita, etiam si acquisitiones hujusmodi ab ipsis professis, ex redditibus beneficiorum Ecclesiasticorum, cum cura vel sine cura, per eos obtentorum seu detentorum, aut

*a Apostasia irregularitatis non fidei. 47. dist. quantumlibet. 16. q. 2. de his habet lib. 5. const. Pauli 4. de heret.*

ant ex propria industria, seu artificio, mercatura, vel ex testamento, sive successione ab intestato quorumvis confanguineorum, affinium vel amicorum suorum, aut quorumcumque aliorum, facta essent, non fisco, aut Camera Apostolica, sed religioni aut monasteriis, in quo, seu quibus primo profecti fuissent, eo ipso applicata esse & censei debere, ad iuris & sacrarum constitutionum formam reducerint, necnon præfata bona regularium extra claustra, ut præfertur, degentium, sive mendicantium, sive non mendicantium, aut militiarum professorum, & etiam loca, & canonicas portiones, aut dignitates in cathedralibus, & collegiatis Ecclesiis, cuiusvis ordinis regularibus obtinuerint, ac Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, Primatiali, vel quavis alia præfulserint dignitate, post eorum obitum, ad eandem Camera Apostolicam, & juxta constitutionem fel. rec. Pauli Papæ III. super spoliis, sub dat. videlicet tertio nonas Januarii, Pontificatus sui anno tertio promulgatam, legitime spectent & pertineant, idcirco per Romanos Pontifices, prædecessores nostros, ac nos, dum collector generalis ad recuperandum spolia regularium specificè deputatus fui, aperte demonstratum extiterit, ac in possessione illa exigendi ac recuperandi eadem Camera merito semper fuerit: nihilominus nonnulli vano sub dicta constitutionis Pauli IV. prædecessoris præfati prætextu, contrarium aliquando asserere non dubitavit: Nos omnem circa prædicta dubitandi occasionem dimovere, simulque æquitate & iustitia suadentibus, ejusdem Cameræ indemitati, ne indes molestiis & incommodis afficiatur, consulere volentes, præsentium auctoritate declaramus, res & bona quæcumque, per dictos regulares extra claustra Ecclesiarum, monasteriorum, domorum, & quorumcumque regularium locorum degentes, quocumque jure & actione, sive ex causa testati, sive intestati, acquisita, & in posterum acquirenda, vel ad eos defata in quibusvis provinciis, dominiis, regnis, & locis consistant, nisi iidem, ad quos ista spectaverint, sufficienti fuerint testandi, aut de illis disponendi facultate suffulti, & eaque legitimè usi fuerint, ad eandem Camera pleno jure pertinuisse & spectare, ac bona quæcumque eorundem sub spoliis nomine comprehensa, per ipsam Camera, ejusque nomine a quibuscumque, illa quancumque occupantibus & detinentibus, recuperari ac vindicari posse, & debere, ac juxta Pauli III. & aliorum prædecessorum nostrorum literas, eadem Camera Apostolica in hujusmodi bonis, spolia nuncupatis, vere universaliter succedente, quod ipsa Camera, qua ceteris hæredibus & successoribus ampliori est privilegio munita, cuique merito magis favendum est, dum in eam rerum & bonorum dominium ac possessio nulla traditione præcedente transeat, in quacumque bonorum & spoliis, sive ad seculares sive ad regulares, dum viverent, spectantium successione, quibuscumque in rebus sive pecuniis illa consistent, etiam si nominatim, aut alia speciali nota, illa designanda essent, quæ ad eandem Camera jure spoliis pertinerunt, pertinebunt in posterum, omni prorsus fictione penitus cessante, jus & nomen veri hæredis in eisdem spoliis habere, illiusque naturam sortiri, ac veri hæredis privilegii & iuris, in quibuscumque bonis, pecuniis, juribus, & actionibus, uti antehac potuissent, & nunc posse, idcirco eorundem prædecessorum, ac nostra etiam intentionis semper fuisse & esse, auctoritate præsentium declaramus: sicque per quoscumque iudices in quibusvis causis, etiam per appellationem aut alias pendentes & futuras, ac in quacumque causa vel instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate, judicari & diffiniri debere: necnon quicquid fecus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter attentatum forsitan hætenus, vel in posterum contigerit attentari, irritum & inane decernimus.

Dat. Rom. 23. Jan. 1577.

## C A P. IV.

*Res quæcumque bonorum mobilium sive immobilium, post obitum Prælatorum & quorumcumque personarum Ecclesiasticarum, extra urbem Romam decedentium relicta, pertinent ad Camera Apostolicam.*

Idem.

**I**lla quæ ex fructibus, redditibus, & proventibus Ecclesiasticis profecta, edificata, resecta, & restaurata fuerint, seu alias ex eisdem fructibus, redditibus, & proventibus quomodolibet provenierint, per obitum quorumcumque personarum Ecclesiasticarum, beneficia Ecclesiastica, tam simplicia quam administrationem habentia, obtinentur, nisi quoad simplicia de fructibus hujusmodi depositum fuerit, vel ex privilegio Apostolico, vel ex consuetudine legitime præscripta, tam secularium, quam quorumvis ordinum regularium, quavis, etiam Pontificali dignitate fulgentium, in universa Italia, extra tamen dictam urbem, pro tempore decedentium remanentia, cuiuscumque qualitatis, generis, & speciei fuerint, etiam gemmas, & alia pretiosa, & pecuniarum summas, necnon etiam fructus, redditus, & proventus mensuram hujusmodi, a die Ecclesiarum & monasteriorum vacationis hujusmodi, usque ad diem præfectionis, ac provisionis, seu commendæ de illis facientibus, quos omnes & singulos fructus, redditus, & proventus ad nos & dictam Camera spectare & pertinere volumus & decernimus, & eidem Camera appropriamus & applicamus.

## C A P. V.

*Clericorum bona omnia per negotiationem illicitam quasiata, qua tempore obitus eorum manent inconsumpta, pertinent ad S. R. Ecclesiam: consecrata quoque quæcumque viâ sacris canonibus prohibita.*

Pius IV.

**D**ecens esse censentes, & æquum, ut nos, qui alios in sua iustitia fovemus, Camera Apostolica jura non negligamus, quinimo, ne prætextu incertitudinis illam ab aliquibus usurpari, aut super eis dubia aliqua oriri contingat, ita nostræ declarationis remediò provideamus, quod a nemine desuper dubium aliquod deduci possit. Cum itaque, sicut accepimus, a nonnullis vertatur in dubium, an res & bona per clericos, etiam in sacris ordinibus constitutos, ex negotiatione illicita, aut alias contra sacros canones acquisita, uti spolia, vel alia ad Camera præfata jure legitime spectare & pertinere debeant: Nos omnem desuper hæsitacionis materiam submovere, ac cavillationibus, ac altercationibus, ac litibus viam præcludere, & denique malitis eorum, qui jura dictæ Cameræ usurpare satagunt, obviare, aliasque in præmissis opportune providere volentes, & motu proprio, ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine decernimus & declaramus, omnia & singula, res & bona, cuiuscumque qualitatis, & quantitatis existentia, ac in quibusvis regionibus & regnis ac dominiis, tam citra, quam ultra montes & maria consistentia per quoscumque clericos, tam seculares, quam quorumvis, etiam mendicantium ordinum, ac militiarum regulares, etiam in sacris ordinibus constitutos, cuiuscumque status, ordinis, & conditionis fuerint, ac Archiepiscopali, Episcopali, vel alia majori dignitate præfulgeant, ex negotiatione illicita, aut alias contra sacros canones quomodolibet acquisita, quæ pro tempore post obitum eorum, qui etiam ex facultate, quam habuerint, testandi, condito testamento abivis locorum decederint & decedent, aut quibus illos, etiam eis viventibus privati, & eis destituti contigerit, & præsertim quondam Andreæ Japito de sancto Joanne Rotundo Presbyteri, seu religiosi, extra Romanam Curiam, ad illam forsitan veniendo, defuncti hætenus remanserunt, remanent, & remanebunt, ad eandem Camera, & non alios, etiam in quibusvis cathedralibus, etiam Metropolitanis & collegiatis, ac aliis Ecclesiis, monasteriis,

monasteriis, hospitalibus, militiis, ceterisque beneficiis Ecclesiasticis cum cura, secularibus & quorumvis ordinum regularibus, qualitercunque qualificatis, successores, illa in titulum, commendam, administrationem, commisionem, ac alias quomodolibet, pro tempore obtinentes, etiam si ad illa, vigore prioris tituli, jus regrediendi seu accedendi aliquibus concessum fuerit, spectare, ac sub nomine spoliatorum venire, illaque uti spolia ad Camera ipsam pertinere, perpetuo colligi & recuperari potuisse, posse ac debere, & ita per quoscunque Judices, quavis auctoritate fungentes, in quacunque instantia, sublata eis quavis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari & diffiniti debere. Rom. Non. Novemb. 1560.

## TITULUS IV.

## DE COMITIBUS PALATINIS.

## C A P. UN.

*Doctoratus laurea magistralis, a Comite Palatino, qua olim conferebatur in quavis facultate candidatis, Concilii Tridentini decreto nullius est auctoritatis & juris.*

*Pius V. in Concilio Tridentino.*

Quamvis a sede Apostolica, ad quam negotiorum multitudo undique confluit, curis omnino plena innameris, nonnullis interdum ex iustis causis concedantur, quae successivis temporibus in publicum detrimentum, & alieni iuris praedictum tendere noscuntur, non debet reprehensibile videri, si Roman. Pontifex, ad cuius providentiam pro debito pastoralis officii spectat, super iis debite providere, illa rationabilibus & iudicis supervenientibus causis deinde cognitis quandoque revocat & annullat, ac in statum redigit rationis. Sane cum fide digna plurimorum relatione, non sine animi nostri molestia intellexerimus, nonnullos Comites Palatinos, & diversos alios, praetextu facultatum sibi a Romanis Pontificibus & sede Apostolica concessarum, quamplurimos, tam laicos, quam clericos, tam iure civili quam canonico, & Theologia, nullo, aut non debito examine praevio, indoctos & inhábiles, Doctores, Licentiatos, & Magistros creasse & promovisse, uti ad dignitates, ceteraque beneficia Ecclesiastica facilius assumerentur, & de eis providerentur, in animarum suarum iacturam, & quamplurimorum scandalum. Nos huiusmodi scandalis, quantum in nobis est, obviare, & alias, ne de cetero inhábiles ad huiusmodi gradus admittantur, providere volentes: motu proprio, non ad aliquid super hoc nobis sublatae petitionis instantiam, sed ex mera deliberatione, & ex certa scientia nostris ac de Apostolicae potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo valitura constitutione omnia & singula, facultates & indulta eidem Comitibus, ac etiam quibusvis officialium Romanae Curiae collegiis, singulisque aliis personis, quoscunque status, gradus, ordinis, & praeminentiae existentibus, ad Doctoratus, Licentiatum, & Magisterium gradum promovendi, per quoscunque Romanos Pontifices praedecessores nostros, & sedem Apostolicam, ac etiam nos, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine, similibus pro expressis habentes, auctoritate Apostolica tenore praesentium perpetuo revocamus, cassamus, & annullamus: Ac decretis Concilii Tridentini a inhábentibus decernimus & declaramus, eos, qui a Comitibus & aliis praefatis promoti fuerunt, quoad dignitates, ceteraque beneficia Ecclesiastica, nulla gradus praerogativa frui & gaudere posse vel debere. Rom. Cal. Jun. 1562.

*a Concil. Tridentin. sess. 22. c. 2. de reformat. & sess. 24. cap. 11. de reformat.*

TITULUS V.  
DE MAGISTRIS ET DOCTORIBUS.

## C A P. I.

*Institutio & promotio ad Doctoratus insignia, in favorem pauperum, gratis fieri debet.*

*Julius III. Reſtori Univers. almae urbis.*

**P**auperes & egeni, qui ad susceptionem Doctoratus gradum habiles reperientur, in utroque seu altero iurium promovendi, & gratis pro Deo, absque aliqua pecuniarum solutione ab eis facienda, assumi seu Doctores creati debent.

## C A P. II.

*Cujuscunque facultatis Doctores & Professores promoti sine promovendi, tam electi quam eligendi, ad officiorum exercitia non se ingerant, nisi prius solenne fidei professoris iuramentum emiserint, forma hic praescripta.*

*Pius V.*

**I**n sacrosancta beati Petri Principis Apostolorum cathedra, meritis licet imparibus, hisce procellosis militantis Ecclesiae tempestatibus constitutos, plurimum nos oportet esse sollicitos, ut Domini gregem curae nostrae commissam, non solum ab apertis rapacium laporum undecunque caulis obstrepentium insultibus, sed etiam a magis formidolosis pestiferarum vulpecularum domi latentium insidiis, per probrum pastoralis officii ministerium, ipso Domino cooperante praeservemus, ac illis omnes nocendi occasiones, quantum cum Deo possumus, ubi libet auferamus. Cum itaque, iuxta notum sanctissimi Vatis oraculum, timor Domini, sine quo vera religio, & catholicae fidei puritas nullibi reperitur, sapientia sit initium, & qui vel in scientiis proficere, vel eas alios docere parant, supremum illum sapientiae parentem, benignumque largiorem devoto sanae fidei obsequio demereri, veraque sinceram religionis pietate sibi conciliare debeant. Idcirco hanc fidei puritatem scientiis, doctrinis quibuslibet, tum tradendis, tum addicendis, tanquam necessariam basim, constituere, & ne simplicia nonnullorum adolescentium, res novas audienti cupidorum, ingenia, in naufragos blandientium haerensum scopulos imprudenter impingant, occurrere cupientes; motu proprio, & ex certa scientia, nostra, ac de Apostolicae potestatis plenitudine; quod deinceps nullus Doctor, Magister, Regens, vel alius cujuscunque artis & facultatis professor, sive clericus, sive laicus, aut secularis, vel cujuscunque ordinis regularis sit, in quibusvis studiorum generalium Universitatibus aut Gymnasiis publicis, aut alibi, ordinariam vel extraordinariam lectoris cathedram assuqui, vel jam obtentam retinere, seu alias, Theologiam, canonicam vel civilem censuram, Medicinam, Philosophiam, Grammaticam, vel alias liberales artes, in quibuscunque civitatibus, terris, oppidis, ac locis, etiam in Ecclesiis, monasteriis, aut conventibus Regularium quorumcunque, publice vel privatim quoquo modo profiteri, seu lectiones aliquas in facultatibus huiusmodi habere, vel exercere: Neque Doctores ipsi, aut Universitatum, seu Gymnasiorum eorumdem Rectores, Cancellarii, vel alii superiores, sed nec etiam Palatini a Comitibus, aut alii particulares, facultatem eruditos viros ad eosdem gradus promovendi, etiam a nobis, & Apostolica sede, vel alias undecunque habentes, scholares, tam laicos, quam clericos, & cujuscunque ordinis regulares, vel alios quoscunque, quantalibet eruditione praeditos, ad ulium gradum in eisdem facultatibus suscipiendum recipere & admittere, neque Doctores, Magistri, & Scholares ad electionem alicujus in Rectorem vel Cancellarium Universitatis, aut Gymnasii procedere; nec ipsi Scholares, vel alii

*a Vid. sup. c. 4. de sum. Trin. & fid. cas. & ibid. notas.*

alii quantumlibet docti, & alioquin habiles, gradus huiusmodi, vel eorum aliquem palam vel privatim recipere valeant, nisi Doctores videlicet, ac Regentes, Magistri & alii Professores jam ad cathedras & lecturas recepti, in Italia infra tres, extra vero illam infra sex menses, a die publicationis presentium computandos: reliqui vero ad cathedras, & alias lecturas ibidem in posterum assumendi, ante illorum receptionem in Rectoris, vel aliorum superiorum: Eligendi autem in Rectores vel Cancellarios ante illorum electionem, aut saltem admissionem in ordinarii loci, vel ejus in spiritualibus vicarii; ac promovendi Scholares, & alii prefati, ante illorum promotionem in ejusdem ordinarii, seu ejus vicarii; aut Doctorum aliorumve promotionum manibus, praevis etiam processu vel debita informatione, quantum eis sufficere videbitur, super religione fideique catholica, Rectorum, Cancellariorum, Doctorum, Lectorum, & promovendorum eorumdem per ipsos locorum ordinarios, vel eorum Vicarios iure facta precedente, eandem Catholicam fidem, verbis juxta forma infra scripta tenorem conceptis, palam & solenniter profiteri teneantur. Et desuper instrumentum publicum confici, ac de processu, seu informatione, & fidei professione, in privilegio Doctoratus vel alterius gradus huiusmodi, specialis ac de verbo ad verbum mentio & relatio fieri debeat, auctoritate Apostolica, tenore presentium, perpetuo statuimus & ordinamus. Forma autem dictae professionis fidei haec est: Ego N. firma fide credo & profiteor omnia & singula, quae continentur in Symbolo fidei, quo S. R. E. utitur, videlicet: Credo in unum Deum, patrem omnipotentem, factorem caeli & terrae, visibilium omnium, & invisibilium. Et in unum Dominum Jesum Christum, filium Dei unigenitum. Et ex patre natum ante omnia secula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum non factum, consubstantialem patri per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de caelis. Et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, & homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus, mortuus & sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum scripturas. Et ascendit in caelum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria iudicare vivos & mortuos, cujus regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum Dominum, & vivificantem, qui ex Patre, Filioque procedit. Qui cum Patre & Filio simul adoratur, & conglorificatur, qui loquutus est per Prophetas. Et unam sanctam, catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Constituo unum Baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi saeculi. Amen. Apostolicas & Ecclesiasticas traditiones, reliquasque ejusdem Ecclesiae observationes, & constitutiones siquidem admitto, & amplector. Item sacram Scripturam, juxta eum sensum, quem tenuit & tenet sancta mater Ecclesia, cujus est iudicare de vero sensu & interpretatione sacrarum Scripturarum, admitto, nec eam unquam, nisi juxta unanimem consensum Patrum accipiam, & interpretabor. Profiteor quoque, septem esse vera & propria Sacramenta novae legis, a Jesu Christo Domino nostro instituta, atque ad salutem humani generis, licet non omnia singulis necessaria, scilicet, Baptisma, Confirmationem, Eucharistiam, Poenitentiam, Extremam unctionem, Ordinem, & Matrimonium, illaque gratiam conferre, & ex his Baptisma, Confirmationem, & Ordinem sine sacrilegio reiterari non posse. Receptos quoque & approbatos Ecclesiae catholicae ritus in supradictorum omnium Sacramentorum solemni administratione recipio & admitto. Omnia & singula, quae de peccato originali, & de justificatione in sacrosancta Tridentina Synodo definita & declarata fuerunt, amplector & recipio. Profiteor pariter, in Missa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium sacrificium pro vivis & defunctis, atque in sanctissimo Eu-

charistiae Sacramento esse vere, realiter, & substantialiter corpus, & sanguinem, una cum anima, & divinitate Domini nostri Jesu Christi, sicutque conversionem totius substantiae panis in corpus, & totius substantiae vini in sanguinem, quam conversionem catholica Ecclesia transubstantiationem appellat. Fateor etiam, sub altera tantum specie totum atque integrum Christum, verumque sacramentum sumi. Constantiter teneo purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragiis juvari. Similiter & Sanctos, una cum Christo regnante, venerandos atque invocandos esse, eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias esse venerandas. Firmiter assero imagines Christi, ac Deiparae semper virginis, necnon aliorum Sanctorum abendas & retinendas esse, atque eis debitum honorem ac venerationem impertientiam. Indulgentiarum etiam potestatem a Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumque usum Christiano populo maxime salutarem esse affirmo. Sanctam Catholicam & Apostolicam Romanam Ecclesiam omnium Ecclesiarum matrem & magistram agnosco. Romanoque Pontifici, beati Petri Apostolorum Principis successori, ac Jesu Christi Vicario, veram obedientiam spondeo, ac juro. Caetera item omnia, a sacris canonibus & oecumenicis Conciliis, ac praecipue a sacrosancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata, indubitanter recipio, atque profiteor & simulque contraria omnia, atque haereses quascunque ab Ecclesia damnatas & rejectas, & anathematizatas, ego pariter damno, rejicio, & anathematizo. Hanc veram catholicam fidem, extra quam nemo salvus esse potest, quam in praesenti sponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integram & immaculatam usque ad extremum vitae spiritum constantissime (Deo juvante) retinere, & confiteri, atque a meis subditis, seu illis quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri, & praedicari, quantum in me erit, curaturum. Ego idem N. spondeo, voveo, ac juro: sic me Deus adjuvet, & haec sancta Dei Evangelia.

## TITULUS VI.

## DE MEDICIS.

## CAP. I.

*Fidei professionem praescriptam, & juxta juramenti formam traditam, emittere debent Medici, nec ultra diem integrum visitare tenent infirmos spiritualia remedia confessionis renuentes, salutis admonitis.*

Pius V.

Supra gregem Dominicum nostrae vigilantiae divinitus creditum vigilis speculatoris, prout nobis desuper conceditur, exercentes officium, ad ea, per quae animarum salutem, cum divini nominis gloria, consulti valeat, libenter intendimus, ut Christi fideles post Baptisma in peccata lapsi, per Sacramentum poenitentiae Deo reconciliantur. Sane, cum infirmitas corporalis nunquam ex peccatis proveniat, dicente Domino languido, quem sanaverat: Vade, noli amplius peccare, ne quid deterius tibi contingat: ac propterea provide record. Innocentius III. praedecessor noster Medicis praecipit: ut cum eos ad aegrotos vocari contigerit, ipsos ante omnia moneant, ut ainarum Medicos vocent, ne cum eis hoc in extrema aegritudine constituti suaderent, in desperationis articulum incidant. Nos igitur volentes hoc tam salutare praecipuum nulla temporis praescriptione aboleri, sed semper observari, constitutionem praefatam, auctoritate Apostolica, tenore presentium innovamus, et hac nostra in perpetuum valitura constitutione statuimus,

a Decreto mag' Concilii Lateranensis const. 20.

mus, & decernimus, quod omnes Medici, cum ad infirmos in lecto jacentes vocati fuerint, ipsos ante omnia moneant, ut idoneo confessori omnia peccata sua, juxta ritum S. R. E. confiteantur, neque tertio die ulterius eos visitent, nisi longius tempus infirmo confessor, ob aliquam rationabilem causam, super quo ejus conscientiam oneramus, concesserit, & eis per fidem confessoris in scriptis factam confiterit, quod infirmi, ut pramittitur, peccata sua confessi fuerint. Conjunctis vero, ac omnes familiares & domesticos infirmi, in Domino rogamus & monemus, ut de infirmitate parochum certiores faciant, ac tam parochus, quam conjuncti & familiares prefati, infirmum ad confessionem peccatorum suadeant & inducant. Quod si qui Medicorum promissa non observaverint, ultra poenas in dicta constitutione contentas, quas incurere declaramus, perpetuo sint infames, & gradu Medicinæ, quo insigniti erant, omnino priventur, & a Collegio seu universitate Medicorum ejiciantur, ac poena etiam pecuniaria, arbitrio ordinariorum, ubi deliquerint, mulcentur. Et, ut hac omnia inviolabiliter observentur, volumus, & eadem auctoritate precipimus & mandamus, ut nullus posthac ubique locorum Medicina doctoretur, aut ei quomodolibet medendi facultas a quovis collegio & universitate concedatur, nisi omnia in presentibus nostra constitutione contenta, medio eorum jramento, coram Notario publico & testibus, observare, in eorum manibus, vel ordinarii juraverint, & de hujusmodi juramenti in privilegio, seu licentia medendi specialis mentio fiat. Quod si collegia & universitates prefate, non recepto a promovendis juramento huiusmodi, eisdem ad gradum prædictum promoverint, aut eisdem medendi licentiam præstiterint, poenam privationis facultatis alios ulterius doctorandi incurant. Mandantes in virtute sanctæ obedientiæ, omnibus & singulis venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, quatenus in civitatibus & diocesis propriis, presentes nostras literas publicari faciant, ac juramentum prædictum a Medicis jam promotis, seu licentiam medendi habentibus, omnibus juris remediis exigant, neque alios ad medendum in civitatibus & diocesis prædictis admittant, nisi eis confiterit eisdem juramentum hujusmodi jam præstitisse & contumaces, & jurare juramentum hujusmodi jam præstitum exhibere recusantes, gradu Medicinæ, & omnibus privilegiis eisdem Medicis, tam conjunctum, quam divinum, eis & eorum cuilibet concessis per quosvis etiam Romanos Pontifices, privent, ac ab ingressu Ecclesiæ arceant, donec resipuerint. Rom. 8. Martii, 1566.

## C A P. II.

*Medici Judæi & infideles ad Christianorum curandos morbos non admittantur.*

Gregor. XIII.

**A**lias piæ mem. Paulus Papa quartus prædecessor noster, edita perpetua constitutione inter alia fanciavit, ne Medici Judæi, etiam vocati & rogati ad Christianorum agrotantium curam accedere, aut illi interesse possent: quam constitutionem postea Pius Papa quintus, etiam prædecessor noster, per suas literas approbavit, innovavit, & confirmavit, & robur perpetuæ firmitatis obtinere decrevit: ac voluit, & sub imitatione divini iudicii præcepit & mandavit, omnia in eadem constitutione contenta in posterum firmiter observari, non solum in terris & dominiis sanctæ Romanæ Ecclesiæ subiectis, sed etiam ubique locorum. Quia tamen nobis non sine magna animi nostri molestia innotuit, ea minime observari, sed multos adhuc ex Christianis hominibus esse, qui dum suos corporum languores, illicitis mediis, & præcipue Judæorum ac aliorum infidelium opera sanari cupiunt, veræ salutis animarum suarum & corporum simul immemores fiunt, (& quod valde dolendum est) in da-

Jur. Canon. Tom. II.

mnationis aternæ maximum sæpe discrimen incidunt, Medicis Judæis & infidelibus hujusmodi ad ipsorum curationem vocatis & adhibitis, unde fit, ut & Judæis ac aliis infidelibus magna deus delinquendi occasio, & simul salutate præceptorum negligatur, ab Innocentio Papa III. similiter prædecessore nostro, in Concilio generali quondam emissam, & deinde a prædicto Pio V. innovatam, quod omnes Medici, cum ad infirmos in lecto jacentes vocati essent, ipsos ante omnia moneant, ut idoneo confessori omnia peccata sua, juxta ritum sanctæ Romanæ Ecclesiæ confiteantur, & neque tertio die ulterius eos visitarent, nisi longius tempus infirmo confessor ob aliquam rationabilem causam, super quo ejus conscientia onerabatur, concessisset, & eis per fidem confessoris in scriptis factam constaret, quod infirmi peccata sua confessi fuissent. Idcirco nos, tam Judæos, qui adversus mandata hujusmodi Apostolica committere audent, quam Christianos, qui illos ad se accersunt, vel medendi licentiam concedunt, & viam ad delinquendum eisdem aperiunt, coercere volentes, supradictas prædecessorum nostrorum constitutiones, auctoritate Apostolica, tenore presentium approbamus, confirmamus, & innovamus, ac inviolabiliter observari mandamus, atque hac nostra in perpetuum valitura constitutione, eisdem constitutionibus & præceptis pro firmiori illorum observatione addentes, universis utriusque sexus Christi fidelibus dilicite inlubemus & interdiciamus, ne posthac Judæos, vel alios infideles, ad ipsorum Christianorum agrotantium & infirmorum curam vocent, seu admittant, aut vocari, admitti faciant, concedant, vel permittant.

TITULUS VII.  
DE CONCILIIIS.  
C A P. I.

*Summi Pontificis auctoritatem supra Concilium esse, multis exemplis & pragmatica sanctionis in Concilio Basiliensi decreta abolitione probatur.*

Leo X. in Concilio Lateranensi.

**P**astor aeternus gregem suum usque ad consummationem sæculi nunquam deserens, ita Apostolo recte obedientiam dilexit, ut pro expiando primi parentis inobedientiæ peccato, seipsum humiliaverit, factus obediens usque ad mortem; migraturus vero ex mundo ad patrem, in soliditate petræ Petrum, ejusque successores vicarios suos instituit, quibus ex libro Regum e testimonio, ita obedire necesse est, ut qui non obedierit, morte moriatur, & ut alibi legitur, in Ecclesia esse non potest, qui Romani Pontificis cathedram deserit, quoniam d Augustino, & Gregorioque auctoribus, sola obedientia est mater, custosque omnium virtutum, sola fidei meritum possidens, sine qua quisque infidelis convincitur, etiam si fidelis esse videatur. Itaque nos, eodem Petro docente, solitici esse debemus, ut quæ a Rom. Pont. prædecessoribus nostris, præsertim in sacris Conciliis, pro obedientiæ hujusmodi auctoritatis, libertatisque Ecclesiasticæ, & sedis Apostolicæ defensione, mature, & ex legitimis causis inchoata sunt, nostro studio, cura & diligentia debite absolvantur, & ad optatum finem perducantur, simplicium quoque animæ, quarum etiam rationem Deo redduri sumus, a dolis & Iniquis tenebrarum Principis liberentur, sane fel. recor. Julius Papa secundus prædecessor noster, post infiditum ex legitimis tunc expressis causis, de venerabilium fratrum suorum sanctæ Rom. Ecclesiæ Cardinal. de quorum numero tunc eramus, con-

a C. cum infirmitas. de penitens. & remission. b Philip. 2. c 1. Reg. 15. d August. in opere Monachorum. e Gregor. 35. moral.

Z z

consilio & assensu, sacrum Lateran. Concilium provide considerans, cum eodem sacro Lateranen. Concilio, Bituricen. Regni Francia corruptelam, quam illi pragmaticam sanctionem vocant, cum maximo animarum periculo & scandalo, ac dignitatis sedis Apostolicæ detrimento & vilipendio retroactis temporibus viguisse & adhuc vigere, ejusdem pragmaticæ sanctionis negotium, eodem approbante Concilio, discutendum, certis tunc nominatim deputatis Cardinalibus & Prælati certæ congregationis commisit. Et quoquam sanctio præfata ex multis causis ~~causis~~ notoriè subjaceret, schismatique manifestum foret & contineret, & propterea citatione aliqua minime præcedente, per se irrita, nulla, & invalida declarari potuisset: ex abundantia tamen cautela idem Julius prædecessor Gallicis Prælatos, capitula Ecclesiarum & monasteriorum, patimenta, & laicos illis faventes, & dicta sanctione utentes, omnesque & singulos alios, in præmissis sua communiter vel divisim interesse putantes, per edictum publicum, cum ad partes illas tutus tunc non pareret accessus, in Mediolan. Athen. & Patavien. Ecclesiarum valvis affigendum monuit: quare sanctio præfata, illiusque corruptela & abusus, in concernentibus auctoritatem Romanæ Ecclesiæ, & sacrorum canonum ac Ecclesiasticæ libertatis violationem, nulla & invalida declarari non deberet. Cumque dicto Julio prædecessore in humanis agente, diversis impedimentis causantibus, citatio exequi & reproduci, ac negotium abrogationis hujusmodi plene ditenti, ut intentio ipsius Julii prædecessoris fuerat, non potuisset, sed eodem Julio prædecessore rebus humanis exempto, citatio ipsa legitime executata, & per procuratorem fiscalem sacri Concilii promotorem reproducta, ipsorumque citationum non comparentium contumacia accusata, & ad ulteriora procedi petiitum fuisset, nos (divina favente clementia) ad summi Apostolatus apicem assumpti, omnibus rite pensatis, petitioni prædictæ ex certis causis nullum tunc responsum dedimus, ac deinde, cum per dictos monitos, & citatos diversa & impedimenta allegarentur, quare in termino eis (ut præfertur) præfixo comparere non potuissent, ut omnino iuxta excusationis & querelæ occasio eis auferretur, terminum citationis & monitionis hujusmodi præfixum, eodem sacro approbante Concilio, ad alium tunc expressam terminum jam diu effluxum in diversis sessionibus pluries prorogavimus.

Cum autem moniti & citati prædicti, subiatis jam omnibus impedimentis, effluxisque omnibus terminis, eorum nobis & dicto Concilio non comparuerint, nec comparere curaverint ad allegandam causam, quare sanctio prædicta nulla declarari non debeat, ita ut excusationi ultra locus non sit, possintque merito contumaces reputari prout eos exigente iustitia reputamus: Nos mutare attendentes pragmaticam sanctionem, vel potius (ut dictum est) corruptelam, schismatis tempore a non habentibus potestatem editam, reliquæ Christianæ Reip. Ecclesiæque sanctæ Dei nullatenus conformem, & a clar. mem. Ludovico XI. \*\* a Francorum Rege Christianissimo revocatum, cassatum, atque abolitum, auctoritatem, libertatem, ac dignitatem dictæ sedis violare, ac diminueret facultatem Rom. Pont. pro tempore existentis, de sanctæ Romanæ Ecclesiæ Card. pro universali Ecclesiâ assidue laborantium, virorumque doctorum personis, quibus abundat Curia, & quorum consiliis sedis Apostolicæ, & Rom. Pont. atque universali Ecclesiæ auctoritas & potestas conservatur, negotiaque diriguntur, & in prospero statu consoventur, Ecclesiis & monasteriis, eisdemque personis de reliquis beneficiis Ecclesiasticis,

juxta eorum status exigentiam providendi penitus auferre: Prælati vero Ecclesiasticis illarum partium causam præbere, ut ipsi nervum Ecclesiasticæ disciplinæ obedientiæ sanctum frangant & violent, ac contra nos & sedem prædictam, eorum matrem, cornua erigant, & eis ad præmissa audendum viam aperire, ipsamque notoriè nullatenus subjacere, nulloque nisi alicujus temporis, seu potius tolerantæ cujusdam adminiculo fulciri, est Rom. Pont. prædecessores nostri præfati, prout ipsi suo tempore sumopere optare demonstrarunt, corruptelam & abusum hujusmodi, vel malignitate temporum, vel alias illi providere, & in totum occurrere non valentes, suis temporibus tolerasse visi fuerunt: considerantes tamen ab ipsius Bituricen. sanctionis editione, vix annos septuaginta fluxisse, nullumque infra hoc temporis spatium, præter hoc Lateranense Concilium legitime fuisse celebratum, quo cum (disponente Domino) constituti simus, ab ejusdem improba sanctionis extirpatione & totali annulatione, sine nostra & tantorum patrum presentis Concilii congregatorum nota, ac nostræ & dictorum illa utentium animarum periculo abstinere, seu desistere non posse, Augustino teste, iudicamus atque censemus.

Et sicut pia memoria Leo Papa I. prædecessor noster, cujus in hoc libenter (quoad possumus) vestigia imitamur, ea quæ in secunda Ephesina Synodo temere contra iustitiam & catholicam fidem gesta fuerunt, postmodum in Chalcedonen. Concilio mandavit ac fecit pro dictæ fidei firmitate revocari: ita et nos a tam nefaria sanctionis, et contentorum in ea revocatione retrahi aut desistere salva conscientia, ac nostro et ipsius Ecclesiæ honore, non posse aut debere censemus: Nec illud nos movere debet, quod sanctio ipsa et in ea contenta, in Basiliensi Concilio edita, et ipso Concilio instante, a Bituricen. congregatione recepta et acceptata fuerunt, cum ea omnia post translationem ejusdem Basiliensis Concilii per sel. mem. Eugenium Papam IV. etiam prædecessorem nostrum factam, a Basiliensi conciliabulo, seu potius conventiculo, quæ præsertim post hujusmodi translationem Concilium amplius appellari non merebatur, facta extiterint, ac propterea nullam robur habere poterint, cum etiam solum Rom. Pont. pro tempore existentem, tanquam auctoritatem super omnia Concilia habentem, Conciliorum indicendorum, transferendorum, ac dissolvendorum plenum jus et potestatem a habere, nedum ex sacra scripturæ testimonio, dictis sanctorum Patrum, ac aliorum Romanorum Pontificum etiam prædecessorum nostrorum, sacrorumque canonum decretis, sed propria etiam eorumdem Conciliorum confessione manifeste constet: quorum aliqua referre placuit, reliqua vero, utpote notoria, silentio præterire.

In Alexandria enim Synodo, Athanasio ibidem existente, Felici Roman. Pont. ab eadem Synodo scriptum fuisse legimus, Nicænam Synodum statuisse, non debere absque Roman. Pontif. auctoritate Concilia celebrari. Neque nos later etiam eundem Leonem Pontif. Ephesinam secundam Synodum ad Chalcedonen. transulisse. Martinum etiam Papam quintum præfidentibus suis in Concilio Senen. potestatem transferendi Concilium, nulla consensus ipsius Concilii mentione habita, dedisse. Ephesinam quoque primam Synodum Cœlestino, ac Chalced. eidem Leoni VI. Agathon VII. Hadriano VIII. Nicolao VIII. etiam Constantin. Synodum Hadriano Rom. Pont. prædecessoribus nostris, maximam reverentiam exhibuisse, eorumdemque Pontif. Institutionibus & madatis, in sacris Conciliis per eos editis & factis reverenter & humiliter obtemperasse. Unde Damasus Papa & cæteri Episcopi

a Ludovico XI. Francorum Rex per legatos missos ad Pium II. liberam Ecclesiæ & Pontifici. regno obedientiam præstitit, abrogationem pragmaticæ sanctionis, & magna in Turcas auxiliâ pollicitus. Rennis Senatus Parisiensis. Gagnin, lib. 10.

a Ut hæc facilius innotescant, vide Cajetanum in tractat. de comparatione Papa & Conciliorum. Dominicum Jacobarium lib. 10. de Conciliis, arsc. 7. Petrum de Monte in libr. de potestate Papa & Concilii.

scopi Romæ congregati scribentes de Concilio Ariminen. Episcopis in Illyrico constitutis, præjudicium aliquod, per numerum Episcoporum Arimini congregatorum, fieri, non potuisse testantur: quandoquidem constat, Roman. Pontific. cujus ante omnia decebat spectari decretum, talibus non præbuisse consensum: eundemque Leonem Pontificem universis Scyllia Episcopis scribentem idem noluisse apparere: consueveruntque antiquorum Conciliorum Patres pro eorum, quæ in suis Concilijs gesta fuerunt, corroborazione, a Romano Pontifice subscriptionem, approbationemque humiliter petere & obtinere, prout ex Nicæna & Ephesina ac Chalcedonen. hujusmodi, & VI. Constantinopolitan. & VII. eadem Nicæna, ac Romana sub Symmacho Synodis habitis earumque gestis, necnon in annali libro de Synodis, manifeste colligitur, quod etiam novissime Constantinens. Patres fecisse constat. Quam laudabilem consuetudinem si Bituricen. & Basiliens. secuti fuissent, hujusmodi molestia proculdubio careremus.

Cupientes quoque hujusmodi negotium ad debitum finem perducere, ac tam vigore citationum, hæctenus a nobis & præfato Julio prædecessore ex abundantis emanatarum, quam aliorum præmissorum, quæ ira notoria sunt, ut nulla valeant excusatione aut tergiversatione celari, etiam ex nostro pætorali officio procedentes, omnesque & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui forsitan in præmissis intervenerint, suppletentes, sex certa nostra sententia & de Apostolica potestatis plenitudine, eodem sacro approbante Concilio, tenore præsentium, præfatam pragmaticam sanctionem seu corruptelam, ejusque approbationem quomodolibet emanatam, omniaque & singula decreta, capitula, statuta, constitutiones sive ordinationes in eadem quomodolibet contentas, seu etiam insertas, ac ab aliis prius editas, necnon consuetudines, stylum, usus, sive potius abusum, ex ea in hanc usque diem quomodolibet emanatos, seu observatos, nullius roboris vel momenti fuisse & esse, decernimus & declaramus. Necnon ad abundantiore cautelam, eandem Bituricensem sanctionem sive corruptelam, ejusque approbationem tacitam vel expressam, ut præferatur, & in ea contenta omnia & singula, etiam inserta quæcumque revocamus, cassamus, abrogamus, irritamus, annullamus, ac damnamus, & pro infectis, revocatis, cassatis, abrogatis, irritatis, annullatis, & damnatis haberi volumus, decernimus, & declaramus. Et cum de necessitate salutis existat, omnes Christi fideles Romano Pontifici b. subesse, prout divinæ Scripturæ & Sanctorum Patrum testimonio edocemur, ac constitutione tel. mem. Bonifacii Papæ VIII. similiter prædecessoris nostri, quæ incipit, Unam sanctam, declariatur, pro eorundem fidei animarum salute, ac Rom. Pontif. & hujus sanctæ sedis suprema auctoritate, & Ecclesiæ sponæ suæ unitate & potestate, constitutionem ipsam, sacro præfati Concilio approbantes innovamus & approbamus, sine tamen præjudicio declarationis sanctæ mem. Clementis Papæ V. quæ incipit, Meruit. inhærentes in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub pœnis & censuris infra dicendis omnibus & singulis Christi fidelibus, tam laicis quam clericis, secularibus, & quorumvis ordinum, etiam mendicantium regularibus, & aliis quibuscunque personis, cujuscunque status, gradus, & conditionis existant, etiam sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & quibuscunque aliis Ecclesiastica vel Mundana vel quavis alia dignitate fulgentibus, omnibusque aliis & singulis Prælatibus, clericis, capitulis & con-

ventibus secularibus, & ordinum prædictorum regularibus, etiam monasteriorum Abbatibus, Prioribus, Ducibus, Comitibus, Principibus, Baronibus, Parliamentis, officialibus etiam Regiis, Judicibus, advocatis, notariis & tabellionibus Ecclesiasticis vel secularibus, & quibuscunque aliis personis Ecclesiasticis, regularibus & secularibus ut præferatur, quæcumque dignitate fulgentibus, in præfato Regno Franciæ, Delphinatu, & ubicunque prædicta pragmatica directe vel indirecte, tacite vel expresse vigeret, quomodolibet existentibus, vel protempore futuris, ne de cætero præfata pragmatica sanctione, seu potius corruptela, quomodolibet ex quavis causa, tacite vel expresse, directe vel indirecte, aut quovis alio quæsito colore vel ingenio, in quibuscunque actibus judicialibus vel extrajudicialibus uti, seu etiam eam allegare, vel secundum eam judicare, aut quovis actus judiciales vel extrajudiciales, secundum dictam pragmaticam tenorem vel capitula in ea contenta, per se vel alium seu alios, nullatenus facere præsumant, aut per alios fieri permittant, seu mandent, nec præfatam a pragmaticam sanctionem, aut in ea contenta capitula seu decreta, ulterius in domibus suis, aut aliis locis publicis vel privatis teneant, quinimo illam ex quibuscunque Archivis etiam Regiis, seu capitularibus & locis prædictis, infra sex menses a data præsentium computandos debeant, seu deleri faciant, sub majoris excommunicationis lata sententia, necnon quoad Ecclesiasticas & regulares personas prædictas omnium etiam Patriarchalium, metropolitanorum & aharum cathedralium Ecclesiarum, monasteriorum quoque & Prioratum, etiam conventualium & quorumcumque dignitatum, aut beneficiorum Ecclesiasticorum secularium & quorumvis ordinum regularium, privationis, & inhabilitatis ad illa in posterum obtinenda, quo vero ad seculares præfatæ excommunicationis, necnon amissionis quorumcumque feudorum, tam a Romana, quam alia Ecclesia, ex quavis causa obtentorum, ac etiam inhabilitatis ad illa in posterum obtinenda, inhabilitatisque ad omnes & singulos actus legitimos, quomodolibet faciendos, infamiaeque ac criminis læsæ majestatis in jure expressis pœnis, eo ipso & absque ulteriori declaratione, per omnes & singulos prædictos, si (quod absit) contrafecerint, incurrendis, a quibus vigore cujuscunque facultatis, ac clausularum, etiam in confessionalibus, quibuscunque personis sub quibuscunque verborum formis concessis contentarum, nisi a Rom. Pont. canonice intrante, vel alio ab eo ad id in specie facultatem habente, præterquam in mortis articulo constituti, absolvi nequeant.

#### C A P. II.

*Ecclesia in afflictis & maxime turbatis Christianæ Reipublice rebus præsentissimum remedium ex Conciliorum a-cumenicorum indictione experta est.*

Paulus III.

**M**Ajores nostri sapientia admirabili & sanctitate præditi, sæpe in summis Christianæ Reipublice periculis, remedium optimum atque opportunissimum, œcumenica Concilia, & Episcoporum generales conventus adhibuerunt: Ex diplomate, indictionis Tridentini Concilii. Cal. Junii, 1542.

#### C A P. III.

*Conciliorum canones interpretantur & confirmantur Pontificis maximi declaratione.*

Pius IV.

**S**icut ad sacrorum Conciliorum decreta ac canones auctoritas atque confirmatio Apostolica sedis & debet & solet accedere, ita si qua super eis exorta sit dubitatio, ejusdem sedis judicio & declaratione tollenda est.

CAP.

*a Pragmatica sanctionis abolitio, ejusque sequentium pœnis.*

Z Z Z

<sup>a</sup> Vide Nicolaum Canderum lib. 7. de visibili monarchia, ubi agit de Concil. Constantinensi pag. 540. b Leo Epist. 84. ad Anast. in syn. Gelas. in Epist. ad Episcopos Dardania. Nicol. I. in Epist. ad Michaelem Innoe. III. serm. de consecr. Pontific. Bonifac. VIII. in Extravag. tit. de major. & obed.



## C A P. IV.

*Concilii decreta non prius rata & firma habentur, quin eis accesserit Pontificis maximi confirmatio, cuius est ea & indicere & declarare, tum sancte interpretari. Idque unico Concilii Tridentini exemplo, ex antiquo Ecclesiastica jurisdictionis ritu, probare licet.*

Idem.

**B**enedictus a Deus, & pater Domini nostri Jesu Christi, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis: qui respicere dignatus Ecclesiam suam sanctam, tot procellis & tempestatibus agitatam atque vexatam, & gravioribus laborantem, apto tandem ei subvenit optatoque remedio. Ad plurimas & perniciosissimas hæreses extirpandas, ad corrigendos mores, & restituendam Ecclesiasticam disciplinam, ad pacem & concordiam Christiani populi procurandam, indictum jam pridem in civitatem Tridentinam œcumenicum & generale Concilium b a piæ memoriæ Paulo III. prædecessore nostro, & sessionibus aliquot habitis, cœptum fuerat. Ab ejus autem successore Julio in eandem urbem revocatum, post alias sessiones celebratas variis impeditis & difficultatibus objectis, ne tum quidem peragi potuerat. Itaque diutius intermissum fuerat, non sine maximo mœrore piorum omnium, cum quotidie magis Ecclesia ejusmodi remedium imploraret. Nos autem, post susceptum sedis Apostolicæ regimen, tam necessarium ac salutare opus, sicut pastoralis sollicitudo monebat, divinæ misericordiæ fiducia perficere aggressi, adjuti pio studio charissimi in Christo filii nostri, Ferdinandi Romanorum Imperatoris electi, & aliorum Christianorum Regum, Rerumpublicarum, ac Principum, tandem consecuti sumus, quod nec diurnis nec nocturnis curis laborare desistimus, quodque e patre luminum assidue precati sumus. Cum enim eam in urbem undique ex Christiani nominis nationib. convenisset nostris convocata literis, & sua etiam ipsorum pietate, excitata Episcoporum & aliorum insignium Prælatorum maxima, & œcumenico Concilio digna frequentia, præter plurimos alios pios, et sacrarum literarum scientia, diviniq. et humani juris cognitione præstantes viros, præsidentes ipsi Synodo sedis Apostolicæ legatis, nobis adeo Concilii libertati faventibus, ut etiam de rebus sedi Apostolicæ propriè reservatis, liberum ipsi Concilio arbitrium, per literas ad legatos nostros scriptas, ultro permissimus, quæ de Sacramentis, et aliis rebus, quæ quidem necessariæ visæ sint, tractanda, desinienda, et statuenda restabant, ad consultandas hæreses, ad tollendos abusus, et emendandos mores, a sacrosancta Synodo summa libertate diligentiaque tractata, et accurate ac mature admodum definita, explicata, statuta sunt. Quibus rebus perfectis, Concilium tanta omnium qui illi interfuerunt concordia peractum fuit, ut consensum eum plane a Domino effectum fuisse constiterit, idque in nostris atque omnium oculis valde mirabile fuerit. Pro quo tam singulari Dei munere supplicationes statim in alma hac urbe indiximus, quæ magna Cleri et populi pietate celebrata fuerunt, laudesque et gratias divinæ majestati merito persolvendas curavimus, cum ejusmodi Concilii exitus spem magnam et prope certam attulerit, fore, ut majores indes fructus ad Ecclesiam ex ipsius decretis, constitutionibusque perveniant. Cum autem ipsa sancta Synodus, pro sua erga sedem Apostolicam reverentia, antiquorum etiam Conciliorum vestigiis in hærens, decretorum suorum omnium, quæ nostro et prædecessorum nostrorum tempore facta sunt, confirmationem e a nobis perierit, decreto de ea re in publica sessione facto; Nos ex legatorum literis prius, deinde post reditum eorum,

ex iis, quæ Synodi nomine diligenter retulerunt, postulatione ipsius Synodi cognita, habita super hac re cum venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Car. deliberatione matura, sanctique Spiritus in primis auxilio invocato, cum ea decreta omnia catholica, et populo Christiano utilia ac salutaria esse cognovissemus, ad Dei omnipotentis laudem, de eorundem fratrum nostrorum consilio et assensu, in Consistorio nostro secreto, illa omnia et singula auctoritate Apostolica hodie confirmavimus; et ab omnibus Christi fidelibus suscipienda ac servanda esse decrevimus: sicut harum quoque literarum tenore ad clariorem omnium notitiam confirmamus, et suscipi observarique decernimus. Mandamus autem in virtute sanctæ obedientiæ, et sub pœnis a sacris canonibus constitutis, aliisque gravioribus, etiam privationis, arbitrio nostro infligendis, universis et singulis venerabilibus fratribus nostris, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, et aliis quibusvis Ecclesiarum Prælati, cujuscunque status, gradus, ordinis, & dignitatis sint, etiam si Cardinalatus honore præfulgeant, ut eadem decreta & statuta in Ecclesiis suis, civitatibus & diocœsibus, in judicio et extra judicium, diligenter observent, & a subditiis quicquid suis, ad quos quomodolibet pertinent, inviolabiliter faciant observari, contraditores quoslibet & contumaces per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, etiam in ipsis decretis contentas, appellatione postposita compefcendo; invocato etiam, si opus fuerit, brachii secularis auxilio. Ipsum vero charissimum filium nostrum Imperatorem electum, cæterosque Reges Respublicas, ac Principes Christianos monemus & per viscera misericordiæ Domini nostri Jesu Christi obtestamur, ut qua pietate Concilio per oratores suos assuerunt, eadem pietate, ac pari studio divini honoris, & populorum suorum salutis causa, pro sedis quoque Apostolicæ, & Sacræ Synodi reverentia, ad ejusdem Concilii exequenda & observanda decreta Prælati, cum opus fuerit, auxilio & favore suo adint, neque adversantes sanæ ac salutari Concilii doctrinæ opiniones a populis ditionis suæ recipi permittant, sed eas penitus interdicit. Ad vitandum præterea perversionem & confusionem, quæ oriri posset, si unicuique liceret, prout ei liberet, in decreta Concilii commentarios & interpretationes suas edere; Apostolica auctoritate inhibemus omnibus, tam Ecclesiasticis personis, cujuscunque sint ordinis, conditionis, & gradus, quam laicis quocunque honore ac potestate præditis, Prælati quidem sub interdicti ingressus Ecclesiæ, aliis vero, quicunque fuerint, sub excommunicationis lætæ sententiæ pœnis, ne quis sine auctoritate nostra audeat ullos commentarios, glossas, annotationes, scholia, nullumve omnino interpretationis, genus super ipsius Concilii decretis quocunque modo edere, aut quicquam quocunque nomine, etiam sub prætextu majoris decretorum corroborationis aut executionis, aliove quæsito colore statueri. Si cui vero in eis aliquid obscurius dictum & statutum fuisse, eandemque ob causam interpretatione aut decisione aliqua egere visum fuerit ascendat ad locum, quem Dominus elegit, ad sedem videlicet Apostolicam, omnium fidelium magistratam, ejus auctoritatem etiam ipsa sancta Synodus tam reverenter agnovit. Nos enim difficultates & controversias, si quæ ex eis decretis ortæ fuerint, nobis declarandas, quemadmodum ipsa quoque sancta Synodus decrevit, reservamus, parati, sicut ea de nobis merito consista est, omnium provinciarum necessitatibus, ea ratione, quæ commodior nobis visa fuerit, providere. Rom. 7. Cal. Febr. 1563.

## T I T U L U S VIII.

DE CELEBRATIONE MISSARUM, ET SACRAMENTO EUCHARISTIÆ, ET DIVINIS OFFICIIS.

CAP.

a 2. Corinth. 1. b a Pio IV. tandem in Tridentina civitate consuetum & absolutum suis die Mercurii, 26. Januar. 1564. c Sess. 25. cap. ultimo.

## C A P. I.

*Clerici, sub pœna suspensionis a divinis, Missa sacrificium non celebrent vespertino tempore.*

Pius V.

**S**anctissimus in Christo pater & Dominus noster, dominus Pius (divina providentia) Papa V. ad cujus notitiam pervenit, quod nonnulli cathedralium, etiam forsan metropolitanarum, collegiarum, & aliarum Ecclesiarum, necnon monasteriorum, conventuum, domorum, & aliorum piorum locorum secularium, & diversorum ordinum, ac militarium regularium, Prælati, capitula, clerici, fratres, alique superiores & persone, antiquum sanctæ Romanæ Ecclesiæ ritum institutum Missarum celebrandarum temporibus pervertente satagentes, diversas licentias & facultates, Missas, quæ media nocte, & ceu in aurora Nativitatis, ac de mane Resurrectionis Domini nostri Jesu Christi, & forsan aliarum festivitatum, juxta prædictum ritum celebrari consueverant, de sero forsan circa solis occasum vigiliæ festivitatum earundem, in suis Ecclesiis & capellis celebrandi, seu celebrari faciendi, ab Apostolica sede vel ejus legatis ac etiam majori penitentiario pro tempore existente, variis prætextibus imperaverunt, illisque jam pridem utuntur: hoc ab antiquo catholice Ecclesiæ instituto, sanctorumque Patrum decretis deviare considerans, ac propterea hunc abusum ab Ecclesia Dei submovere volens, omnes ac singulas licentias & facultates hujusmodi, hæcenus etiam motu proprio, vel quorumvis etiam Imperatorum, Regum, & aliorum Principum contumplatione, & ex quibusvis causis quomodolibet concessas, ac Apostolicas & alias literas delatæ confectas, illarum omnium tenores pro sufficienter expressis habens, Apostolica auctoritate, ex certa scientia revocavit, ac omnino cassavit, & annullavit: hæc præsentem perpetuo validam constitutione quibusvis Prælati, capituli, clericis, fratribus, aliisque superioribus, & personis earundem Ecclesiarum, monasteriorum, conventuum, domorum, & aliorum piorum locorum, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub indignationis suæ, ac perpetuæ suspensionis a divinis pœna, districtius inhibens, ne deinceps Missa vespertino tempore, nomine licentiarum & facultatum hujusmodi, aut alio quovis prætextu celebrare, vel celebrari tacere præsumant: ac mandans locorum ordinariis, ut eandem præsentem constitutionem, sub prædictis & aliis sibi benevisis pœnis, per quoscunque Prælatos, capitula, clericos, fratres, superiores, & personas hujusmodi, inviolabiliter observari faciant, contradictores quoslibet auctoritate Apostolice compescendo. Rom. 28. Mart. 1566.

## C A P. II.

*Divini cultus & templorum Dei dicatarum religio omnem decorem expostulat, ut hinc arceantur colloquia, confabulationes, deambulationes, joci, & ea omnia, quæ vel scandalo sunt, vel devotionis impedimenta: nam domum Domini decet sanctitudo.*

Idem.

**U**T Deo optimo maximo, gloriosæ Virginis, & sanctis omnibus debitus honor deferatur, Gregorii X. prædecessoris nostri constitutionem innovantes, ac statuta in Tridentino Concilio observari volentes, statuimus & ordinamus, ut ad Ecclesias sit humilis & devotus ingressus, quieta conversatio, devotus orationibus insistent, & omnes genibus flexis sanctissimum Sacramentum adorent, ad nomen Jesu Christi Domini nostri, cum exhibitione reverentia, caput inclinent, nullus in dictis Ecclesiis seditionem faciat, tumultum excitet, clamores moveat, impetumve committat, cessent vana, sœda, & prolixa colloquia, risus immoderati, & strepitus omnes judiciorum, & alia quæcumque, quæ divinum officium perturbare possunt. Nullus intra Ecclesias deambulare audeat sine præsumat, dum celebrantur sacra Missarum mysteria, & alia divina officia. Qui vero prædicta petulant animo

Jur. Canon. Tom. II.

contempserint, præter divinæ ultionis acrimoniam, nostri quoque arbitrii pœnas incurret, quæ omnia locorum quoque ordinarii in suis Ecclesiis facient observari. Quicumque vero in Ecclesiis, dum ibi sacrificium Missæ, & divina celebrantur officia, aut verbum Dei prædicatur, deambulare, vociferari, aut verso tergo ad sanctissimum irreverenter federe, aut aliquid, quod scandalum generet, aut divina perturbet officia, fecere præsumperit, pœnam viginti quinque ducatorum incurret, præter alias arbitrio nostro imponendas & moderandas pœnas, & qui non habeat in arc, luet in corpore, aut exilio multabitur. Qui vero in Ecclesiis cum mulieribus impudicis, five etiam honestis, colloquium scurrile habuerit, aut alios inhonestos actus fecerit, viginti quinque ducatorum pœnam incurrat, & carceris per mensem. Qui in Ecclesiis, ut supra, obscœnis & inhonestis verbis aut signis usus fuerit, aut alia sœda colloquia cum personis quibuscunque habuerit, decem aureorum pœna multabitur, aut alia corporaliter puniatur. Mandamus præterea omnibus & singulis cathedralium, collegiarum, & parochialium Ecclesiarum capitulis, Rectoribus, vicariis, sacristis, officariis, & aliis ipsarum custodibus, quatenus præfatos omnes in Ecclesiis delinquentes admovent, & ut in eis verita fieri non permittant, vel saltem ipsis ordinariis vel officialibus nostris puniendos deferant: quod si facere neglexerint, pœnam duorum aureorum vice qualibet incurrent \*\*\* ducatorum incurrat, pro secunda pœna duplicabitur, pro tertia autem centum ducatos solvet, & ignominia notatus exilio multabitur. Qui vero plebejus fuerit, nec erit solvendo, pro prima vice manibus post tergum ligatis ante fores Ecclesiæ constituetur per diem integrum, pro secunda suffragabitur pro urbem, pro tertia lingua ei perforabitur, & mittetur ad trimeses. Quicumque clericus in hoc blasphemæ crimen incurserit, pro prima vice fructibus unius anni omnium & quorumcumque beneficiorum suorum, pro secunda beneficiis ipsis privetur, pro tertia omnibus etiam dignitatibus exutus deponatur, & in exilium mittatur. Quod si clericus nullum obtinuerit beneficium, pœna pecuniaria, vel corporali, pro prima vice puniatur, pro secunda carceribus mancipetur, pro tertia verbaliter degradetur, & ad trimeses mittatur. Qui reliquos sanctos blasphemaverit, pro qualitate blasphemæ atque personæ, arbitrio judicis puniatur.

## C A P. III.

*Facultas concessa Græci Latino more, & Latini Græci ritu Missas & alia divina officia celebrandi, revocatio.*

Idem.

**P**rovidentia Romani Pontificis plurimum circumspicte nonnunquam ea, quæ certis suadentibus causis per ejus prædecessores gesta sunt, ex aliis non minus rationabilibus causis alterat, & ad pristinum statum reducit, prout æquitas suadet, & in Domino conspicit expedite. Sane, cum ad notitiam nostram pervenerit, quod nonnulli Presbyteri, tam Græci, quam Latini, antiquum S. R. E. ritum, tam in celebratione Missarum, quam aliorum divinorum officiorum, pervertente satagentes, diversas licentias & facultates, Missas, & alia divina officia, Græci Latino more, ac Latini Græco ritu celebrandi, ab Apostolica sede, vel ejus legatis, ac etiam majore penitentiario pro tempore existente, variis prætextibus imperaverunt, illisque jam pridem utuntur, hoc ab antiquæ catholice Ecclesiæ instituto, sanctorumque Patrum decretis deviare considerantes, propterea hunc abusum ab Ecclesia Dei extirpare & submovere volentes, omnes & singulas licentias & facultates hujusmodi, hæcenus etiam motu proprio, vel quorumvis etiam Imperatorum, Regum, & aliorum Principum contumplatione, & ex quibusvis causis quomodolibet concessas, ac Apostolice & alias literas delatæ confectas, illarum omnium tenores pro sufficienter

Z z 3

ex.

expressis habentes, Apostolica auctoritate, ex certa scientia, hac presentis nostra perpetuo valitura constitutione revocamus, cassamus, annullamus, & irritamus: quibusvis Presbyteris, tam Græcis, quam Latinis, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub indignationis nostræ, ac perpetuæ suspensionis a divinis pœnis, districtius inhibentes, ne deinceps Presbyteri Græci, præcipue uxorati, Latino more, & Latino Græco ritu, hujusmodi licentiarum & facultatum, aut alio quovis prætextu, Missas & alia divina officia celebrare, & celebrari facere præsumant. Mandantes in virtute sanctæ obedientiæ omnibus & singulis venerabilibus fratribus nostris, Patriarchis, Prælatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, quatenus in civitatibus & diocæsiis propriis presentes nostras literas publicari, & sub prædictis & aliis sibi beneficiis pœnis, per quoscunque Prælatos, Capitula, Clericos, Fratres, Superiores, & personas quaslibet inviolabiliter observari faciant. Contradictores quoslibet auctoritate Apostolica compescendo.

TITULUS IX.

DE RELIQUIIS ET VENERATIONE SANCTORUM.

C A P. I.

*Sanctorum festa & solennes memoria sub die eorum obitus celebrantur.*

Paulus IV.

**G**loriosus in sanctis suis Deus, qui omnia operatur in omnibus, quosdam in Ecclesia sua posuit Apostolos, quosdam Prophetas, quosdam Doctores, quosdam Martyres, & quosdam Confessores, quos per anni circuitum, die ut plurimum, qua eos ad cœlestia regna migrare contigit, sancta venerat universalis Ecclesia, ut Christi fideles eorum venerationi per exercitium bonorum operum vacantes, piis ante thronum divinæ majestatis eorum suffragiis adjuvari, & exinde Deo propitio vitam æternam facilius consequi valeant.

C A P. II.

*Religiosa festorum dierum renovatio, in quibus nihil agendum quod sanctitatem, charitatem & pietatem non spiret.*

**C**um dierum festorum observatio ad Dei cultum maxime pertineat, & in lege divina præcipiatur, cupientes abusus privatos, qui ex eorum inobservantia invaluerunt, omnino corrigere, & antiquorum canonum statuta renovare, mandamus, ut omnes dies Dominicæ, & præcipue in honorem Dei, beatæ Mariæ virginis, sanctorum Apostolorum feriat, cum omni veneratione observentur, & omnes diebus præfatis Ecclesias frequentent, divinis officiis devote intendant, ab omni illicito & servili opere abstineant, mercatus non fiant, profane negotiationes, & judiciorum strepitus conquiescant. Qui vero in diebus præfatis opus aliquod illicitum fecisse deprehensus fuerit, præter divinam ultionem, & amissionem animalium, quibus ad vestram utetur, etiam graves pœnas incurrit, arbitrio nostro, seu Vicarii nostri in urbe. In aliis autem locis arbitrio ordinariorum, vel aliorum magistratum, ita ut præventioni locus sit. Quibus omnibus districtè præcipimus, ut hæc diligenter observari procurent, illas etiam festivitates, quæ juxta consuetudinem locorum solemniter celebrari consueverunt, juxta laudabilem consuetudinem, debita cum reverentia observari faciant, sub pœnis arbitrio ipsorum imponendis & moderandis. Romæ Cal. Aprilis, 1566.

C A P. III.

*Calenda Octobris perpetuo solennes festi Rosarii beatæ virginis, ob devotam classem Selimi Turcarum Imperatoris in sinu Corinthiaco apud Naupactum.*

Gregorius XIII.

**M**onet Apostolus in omnibus gratias agere, monent quoque sacram literaturam historiam, insignia Dei beneficia, tum ut ei, a quo accepta sint, merita referantur gratiæ, tum ut fideles quibus collata sunt, illorum memores, ad divinum cultum magis indices incitentur, solemnibus annis festivitatibus celebranda esse. Quod cum multoties institutum fuerit, tum vero maxime, cum Deus patrum nostrorum populum suum a servitute Egyptiaca per manum fortem liberavit. Notabitur itaque quod non minora beneficia quotidie a Deo Optimo Maximo accipimus, inter quæ illud singularissimum superiore anno ab ineffabili ipsius clementia nobis concessum fuit, ut Turcarum classis & numero longe superior, & præteritis elata victoriis, a Christianorum classe, virtute Domini nostri Sabbatho decerrante, die septimo Octobris, non longe a Corinthiaco sinu penitus devicta & quassata fuerit, qua nempe victoria universum populum Christianum ab impiissimi Tyranni faucibus divino munere ereptum fuisse, inficiari nemo potest: Apostoli præcepto parere, & sanctorum patrum exempla sequi volentes, ut hujus ingentissimi beneficii anniversaria habeatur memoria, instituire omnino decrevimus.

Quia vero preces ad Deum oblatæ, eo gratiores ac illius conspectum ascendunt, quo dignioribus intercessionibus, & pro aliquo orandi modo offeruntur, memores beatum Dominicum ordinis Prædicatorum institutorem, cum Gallia & Italia a pernicioso premeretur hæresibus, ad iram Dei placandam, & beatissimæ virginis intercessionem implorandam, piissimum illum orandi modum instituisse, quod Rosarium & Psalterium beatissimæ virginis Mariæ nuncupatur, animadvertentes quoque, eadem die septima, qua tunc fuit dies Dominica prima dicti mensis Octobris, fraternitates omnes sub dicti Rosarii nuncupatione militantes, per universum orbem, juxta earum laudabilia instituta & consuetudines processionaliter incedentes, piis ad Deum preces effudisse, quas per intercessionem beatissimæ virginis ad dictam victoriam consequendam multum profuisse, pie credendum est, operæ pretium nos facturos esse existimavimus, si ad tantæ victoriæ cœlestis proculdubio concessæ memoriæ conservandam, ad gratias Deo & beatissimæ virgini agendas, festum solenne sub nuncupatione Rosarii in prima Dominica mensis Octobris singulis annis celebrandum instituerimus. Quocirca motu proprio & de Apostolica potestate plenitudine, ad laudem Dei & Domini nostri Jesu Christi, ejusque gloriose virginis matris, tenore presentium decernimus, ut de cætero perpetuis futuris temporibus, quælibet prima die Dominica mensis Octobris, per universi orbis partes, in his videlicet Ecclesiis, in quibus altare vel capella Rosarii fuerit, ab omnibus & singulis utriusque sexus Christi fidelibus festum solenne sub nuncupatione Rosarii prædicti, sub duplici majori officio, ad instar aliarum solennium festivitarum celebretur & sanctificetur, eademque die officium de beatissima virgine novem lectionum more Ecclesiastico persolvatur & recitetur. Decernentes presentes, quas perpetuo valere volumus, nullo unquam tempore, de surreptionis vel obreptionis, aut nullitatis seu alio vitio, vel intentionis nostra, aut alio defectu notari, argui, vel impugnari posse, sed plenarios effectus sortiri debere: & ita per quoscunque Judices, quavis austeritate fulgentes, etiam causarum palatii Apostolici auditores, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi aut interpretandi facultate & auctoritate, judicari & interpretari, & definiti debere. Cal. April. 1573.

TITU-

*a Deuter. 6. 6. Exod. 21. & 30. Ez. ezech. 20. Luc. 18.*

TITULUS X.  
DE JURAMENTIS ET JURISJURANDI  
OBLIGATIONE.

C A P. I.

*Impossibilium & illicitorum juramentum inane & pro-*  
*hibitum.*

Gregorius XIII.

**I**nter Apostolicas & alias canonicas sanctiones, quæ de jurisjurandi religione variis temporibus prodierunt, sel. record. Nicolaus Papa III. intelligens, in nonnullis Ecclesiis de earum consuetudine observari, ut cum earum Prælati ad Ecclesias ipsas primo accedunt, vel cum de recipiendis ibidem novis Canonicis agitur, nec Prælatos admitti, nec Canonicos aliter recipi in dictis Ecclesiis, nisi jurato ab eis, statuta & consuetudines ipsarum Ecclesiarum scripta, inviolabiliter observare; inter laicos etiam multarum civitatum, castrorum, & terrarum, cum consuetudinis morbum in assumendis potestariis, rectoribus, vel officialibus suis irrepisse, ut ipsi potestares, rectores, & officiales ad hujusmodi potestarias, rectorias, & officia, nullo modo admittantur, nisi prius, se statuta ipsorum locorum clausa, juraverint servaturos. Et quia in statutis, consuetudinibusque supradictis interdum aliqua reperiebantur illicita, seu impossibilia, vel obviantia Ecclesiasticæ libertati, idcirco ne sub tali generalitate jurandi sic in juramentis peccandi occasio præberetur, cum juramentum non fuerit institutum, ut vinculum esset iniquitatis, prædictus Nicolaus Papa animarum periculis obstitere cupiens, frugifera & salubri constitutione præcepit quibuscunque scientibus, contineri in prædictis consuetudinibus & statutis illicita, impossibilia, vel libertati Ecclesiasticæ obviantia, hujusmodi juramenta ab eis nullo modo præstari, & juramenta, ea intentione faciendi vel facta, ut etiam illicita, vel impossibilia, seu libertati Ecclesiasticæ obviantia observentur, cum etiam sub tali intentione præstari non possent, absque divinæ Majestatis offensa, decrevit in hujusmodi illicitis, impossibilibus, seu libertati Ecclesiasticæ obviantibus non servanda: quin potius pro animarum salute, si sub forma prædicta vel simili aliquos ignorantibus prædicta illicita, seu impossibilia, vel libertati Ecclesiasticæ obviantia jurare contingeret, ad observanda duntaxat licita, possibilia, libertati Ecclesiasticæ non obviantia, juramentorum intentio referri deberet: declarans juramenta, sub hujusmodi generalitate qualitercunque, & sub quacunque verborum forma præstita vel præstanda, ad licita, possibilia, ac Ecclesiasticæ libertati non obviantia duntaxat extendi, ipsosque jurantes ad alia per præstationem juramenti hujusmodi teneri. Verumtamen multi infirmi, cupidique sensus sese in hujusmodi juramenta cum animarum suarum periculo præcipitant.

Nos, quoniam hæc sanctorum quoque Patrum instituta & salubri rerum Ecclesiasticarum directi ni adversantur, & tanquam de radice ambitionis procedentia, omne bonum in Ecclesiis rebusque publicis pervertunt, ea novæ provisionis subsidio prohibere volentes, præsentium auctoritate innovamus prædictam constitutionem Nicolai Papæ, itidemque alias omnes canonicas sanctiones, de abusu & reprobatione hujusmodi juramentorum promulgatas, volumusque eas ubique ab omnibus, etiam quoad præterita, inviolabiliter observari. Ac etiam præcipimus, & interdicens Prælati, Canonici, & aliis supradictis, necnon Ecclesiarum capitulis, & monasteriorum, cæterisque conventibus, civitatum quoque, castrorum & terrarum communitatibus, & personis quacunque dignitate præditis, ne ulla omnino juramenta illicita, impossibilia, damnosa, vel libertati Ecclesiasticæ, aut decretis Concilii Tridentini obviantia, sive ante, sive post electiones, confirmationes, provisiones, receptiones, admissiones, aut alios actus, ubicunque, ac quocunque

tempore, etiam prætextu cujusvis consuetudinis quocunque tempore observata, quæ potius corruptela est censenda, sive in genere, sive in specie præstare, reddere, vel exigere, neve super præstitis, redditis, vel exactis hucusque quenquam, in judicio, vel extra, inquietare audeant quoquo modo, vel turbare: illos enim, qui juramenta illicita, impossibilia, damnosa, vel Ecclesiasticæ libertatis, aut decretis dicti Concilii obviantia exigere contenderit, Episcopos videlicet, & alios quoscunque Pontificali dignitate præditos, suspendimus a divinis, capitula vero & conventus, eorumque Ecclesias & loca omnia interdicto Ecclesiastico supponimus, ac singulares personas excommunicationis sententias innodamus, inhabilescque facimus ad obtenta & alia obtinenda, eo ipso, nobisque & Romano Pontifici pro tempore existenti, relaxationem suspensionis & interdicti, necnon abolitionem ab excommunicationis sententia hujusmodi perpetuo reservamus. Decernentes eos, qui talia juramenta scienter præstiterint, usu & commodo rei & gratiæ, cujus causa juraverint, eo ipso privatos esse: alios vero ignorantes ad præstitorum juramentorum hujusmodi observationem minime teneri; necnon irritum & inane, quicquid fecerit per quoscunque, scienter vel ignoranter, attentatum est hæcenus, & deinceps contigerit attentari. Rom. Non. Sept. 1584.

TITULUS XI.

DE TREUGA ET PACE.

C A P. I.

*Pacis & treugæ fideiussiones stipulentur, ne novis causis rumpatur conventio.*

Titus IV.

**Q**uoniam eo hominum protervitas devenit, ut qui homicidium vel maleficium aliquod committere deliberarunt, treugæ vel pacis prætextu asecurando, decipere, quo facilius postea delicti perpetratio reddatur, expeditque propterea, ut quos Dei timor non retinet, pœnarum rigor deterrendo coerceat, populorum quieti consulere, & flagitiosos faciariorum ac scandaloſorum ausus deprimere, necnon cavillationibus, quas ad solutionem pœnarum effugiendas hominum malitia indes excogitat, subvenire volentes, quod pœnæ conventionales pacis & treugæ ruptæ, & fideiussiones de non offendendo, stipulentur in futurum per Notarios in favorem Camera Apostolicæ, & non communitatum vel alterius; & si aliter factæ fuerint, in ipsius Camera favorem stipulatæ censeantur. Quodque in causis treugarum pacificæ fractarum ipsi fractores, vel eorum fideiussores allegare non possint, quod offensa ex nova causa processit, nec allegata cuiquam suffragetur. Et quia in cautionibus de non offendendo partes intendunt, ut sibi, eo quo melius fieri potest modo, cautum sit, ne offendantur impune, & ideo promittunt, non solum pro se ipsis, sed etiam pro aliis eorum conjunctis, quod non offendent, neque offendi facient: sed aliquando Notario imperitia sensum & intentionem partium pervertente, contingit eos scribere, quod partes promittunt, non offendere per se & alios, ubi scriptum oportuisset: pro se & aliis; differentiam videlicet inter hæc voces, per & pro, nescientes, vel contudentes; ac propterea præbentes ansam cavillosis & delinquentibus prætendendi, quod facta offensione per unum ex comprehensis in fideiussione, non sit commissa stipulatio pœnæ, nisi constet, quod ille, qui offendit, de mandato principalis offenderit; unde etiam infinita scandala eventunt, illaque remanent impunite. Idcirco, quod si quis Notarius errorem hujusmodi commiserit, mille ducatorum auri Camera Apostolicæ applicandorum pœna plectatur;

tor; & nihilominus, five ex dictione per, five ex ditione, pro stipulatio concepta & offensio sequuta fuerit, principales promittentes ad pœnam conventionalem perinde teneantur, ac si ipsis mandantibus offensio emanasset, & de eorum mandato legitime constaret; videlicet Notarii sub simili pœna in instrumentis fidejussionum de non offendendo apponant clausulam: Quod data conventionem alicujus comprehensam in stipulatione, si contingat, talem contravenientem vere & realiter confiteatur, vel fidei propter contumaciam in non comparendo, pœna conventionalis committatur, & exigi possit a fidejussoribus, nulla excusatione vel exceptione penitus admittenda: imo habeantur crimen & contraventio, ac si per testes vel alias legitime probatum vel appobata fuissent. Et si clausula in stipulatione omissa fuerit, illa nihilominus pro apposita, & contraventio pro legitime approbata habeantur. Et similiter, si per principalem five alium in fidejussione comprehensum, stipulationi contraventum, & offendens seu contraveniens contumax, si que in meram contumaciam condemnatus fuerit, fidejussor statim ad solvendum pœnam conventionalem cogatur; nec possit adiri, suum principalem offendisse ex causa necessitate defensionis, allegando & deducendo, ne videlicet delinquentes indirecte per procuratorem & interpositam personam audiantur: & quod dictum est in exemplo dicto exceptionis hujusmodi, id etiam ad omnia alia extendatur. Et si talis clausula fuerit in predictis stipulationibus omissa, nihilominus apposita similiter intelligatur. Quod & ad legitimam per parentes solvendam extendimus, ut illam solvere teneantur, etiam si eorum filii in meram contumaciam de aliquo delicto condemnati aut banniti fuerint, non obstant quocunque statuto, aut forsitan consuetudine in contrarium existente, quibus omnibus nos per præsentem in ampliori forma derogatum esse censemus & decernimus.

*Prævisio inter Judices ordinarios & seculares.*

**I**n causis clericorum criminalibus mere Ecclesiasticis, ordinarii Ecclesiastici privative ad seculares Judices cognoscant, sed in aliis mixtis, sit locus præventioni inter ordinarium & Judicem secularem, dataque præventionem ex parte ordinarii Ecclesiastici, non nisi contra clericos tantum procedere possit. Et si prætenderetur ratione connexitatis, adjuncti, vel alias quomodocunque, laicum ejus forum fortiri debere, Judex tamen secularis ita præveniens, quavis inhibitione sibi facta non obstante, absque censuram vel aliarum pœnarum incursum procedere possit. Necnon quibuscunque appellationibus, provocacionibus, nullitatum dictionibus, commissionibus, inhibitionibus, & aliis decretis, contra formam superiorum traditum, per quoscunque etiam Judices præfatos pro tempore quomodolibet emanatis & factis non attentis, libere & licite per ipsos Judices, a quibus ad suarum condemnationum totalem executionem, alias tamen legitime, sub similibus indignationis & excommunicationis pœna, procedi posse, & omnino debere, ac ut procedant, præcipimus & mandamus. Et insuper tam Judicibus præfatis, quam Notariis, sub eadem excommunicationis ac indignationis nostræ, privationisque officii pœna, ne contra præmissa, aut quicquam præmissorum, facere & attentare præsumant, districtius inhibemus.

### C A P. II.

*Moderatur & ad juris terminos reducitur precedens rescriptum Pii IV. de allegatione nova causa in causis pacis & treuga fracta. Et prævisio juxta Concilii Tridentini decretum observatur.*

Pius IV.

**C**um ob innumeras Rom. Pont. occupationes, ac particularium rerum quarumlibet status ignorantiam, con-

tingat ab eo quandoque literas emanate, quæ in magnum aliquorum præjudicium redandæ noscuntur, minime reprehendendum esse videtur, si tandem præjudicio cognito literas hujusmodi, etiam si per ejus prædecessorem emanaverint, tanquam per inadvertentiam editas, revocet & limitat, aliasque desuper disponit, prout rerum & temporum qualitate pensata conspiciet in Domino salubriter expedire. Dudum liquidem felic. record. Pius Papa IV. prædecessor noster, cupiens criminibus & excessibus, qui indies oriebantur, providere, per quasdam suas in forma motus proprii editas literas inter alia statuit, quod in causis treugarum & pacis fractarum, ipsi fractores vel eorum fidejussores allegare non possent, quod offensa ex nova causa processisset, nec allegata cuiquam suffragarentur. Et etiam, quod in causis mixtis inter Judicem Ecclesiasticum & laicum locus sit præventioni, ita tamen, quod Judex Ecclesiasticus in casu præventionis non possit procedere contra laicum, sed illud debeat remittere ad Judicem laicum, & alias prout in eisdem literis plenius continetur. Nos considerantes a ratione & juris debito alienum esse, eos, qui criminis innoxii fuerint, eorumque fidejussores, si treuga, pax, seu fidejussiones de non offendendo, postea ex nova emergente occasione fracta fuerint, earum occasione gravari debere, cum præcipue paces, treuga, seu fidejussiones hujusmodi de non offendendo, non ad offensionem ex factis causis, sed ex præteritis tantum orientur, literas præfatas, quoad præmissa, revocantes, cassantes & moderantes, effectumque suum fortiri in præmissis non posse decernentes: Motu simili, &c. novam causam in pacis, treugarum, seu fidejussionum hujusmodi fractione principalis tantum, videlicet, qui fuerint causa pacis, treugarum, seu fidejussionum de non offendendo hujusmodi fractarum, seu faciendarum, præfatarum, seu præfandorum, si ipsi aliquo modo, seu aliquis eorum in dictis fractionibus intervenierint seu intervenierint, videlicet si aliquis ex dictis principalibus aliquem ex comprehensis in pace, treuga, seu fidejussione de non offendendo, offenderit, vel ipse ab aliquo ex ipsis comprehensis offenderit, non excusetur.

Si vero supradicti principales, seu aliquis eorum, in fractione pacis, treuga, seu fidejussionis hujusmodi, ut supra, non intervenierint, seu intervenierint, ipsos eorumque consanguineos & fidejussores, caterosque in pace, treuga seu fidejussione, de non offendendo comprehensos & quemlibet eorum novam causam hujusmodi allegare posse, & ea probata excusare debere, & quoquo modo gravari, perturbari, aut inquietari non posse neque debere: idque tam in causis motis, & indecisus pendentibus, quam etiam finitis, & in quibus etiam pronunciatum fuit ( dummodo sententiæ desuper late totaliter non sint executioni demandatæ ) locum sibi vindicare posse & debere declaramus. Cumque etiam sæpe contingat, partes ipsas, contra quas in contumaciam procedi consuevit, vel ita negotiorum mole gravari, vel ita longe abesse, ut ipsorum contumaciam sex mensium spatio hujusmodi expurgare minime queant, terminum sex mensium hujusmodi ad annum prorogamus, ac contumacibus hujusmodi defensiones, non nisi post anni elapsi terminum, denegari debere. Ac quascunque aliter, quam ut præmittitur, ferendas sententiæ, inanes, nulliusque roboris & momenti fore & esse, prout nos eas ex nunc, tanquam contra juris debitum, & de facto latis, annullamus, cassamus, & irritamus. Quo vero ad præventionem inter Judicem Ecclesiasticum & laicum, declaramus illam habere locum in terminis & statu, prout ante dictum motum proprium erat, ac ipsum ad terminos juris in hoc reducimus, & volumus, ut in præventionibus procedatur juxta formam juris, & factorum decretorum Concilii Tridentini, & non alias aliter, nec alio modo.

TITULUS XII.  
DE VOTIS ET VOTORUM PRO-  
FESSIONE.

C A P. UN.

*Disciplina regularis institutum semel professus, extra solenne votum religionis, tribus substantialibus votis consilii Evangelici debet obligari, ut perpetuo liberius Deofamuletur.*

Pius V.

**L**ubricum vitæ genus eorum veriti, qui regulariam formam præ se ferentes, nec propriis renanciant, nec ullam proficuntur ex regulis approbatis, quando horum plerique proprio iustitiam obsequentes, alii odio incepti, alii, dum quod ambiunt minus consequuntur, alii vel dilapidatis, vel intervallis rebus, & ad sese, vel propinquos translatis, ut ratiocinia effugiant, quidam etiam in suos ipsorum mores inquisitum iri præferentes, quasi impunitatem adepturi, & fodalitio suo, ut luber, exiliant, ejectionisque illius insignibus, vestem recipiunt seculari. Hinc graves & periculose quotidie offensiones in populos concitantur, dum quos disciplinæ regulari perpetuo mancipatos credunt, rursus eos, etiam ubi consueverint, contempto post tot annos, & relicto indignis sæpe modis, ejus, cui sese dederant, vitæ instituto, liberos vident, & solutos in seculum evagari, Cum igitur conveniat, ut cuius arma induit, eam miles militiam persequatur, hanc de prædictis rationem capere institimus, ut vel permanendi vel abscedendi facultate semel singulari proposita, certus deinceps & immobilis disciplinæ regularis cultus debeat in ipsis sodalitatibus perpetuo observari. Itaque de nobis attributæ potestatis plenitudine statuis, ut omnes & singuli Priores, Præpositi, & alii præfidentes generales, provinciales, & conventuales, necnon canonici, & fratres sancti Georgii in Alga Venetiarum, ac eremitarum sancti Hieronymi, alias beati Petri Pifarum, & omnium ac quarumcumque aliarum congregationum, necnon Ecclesiarum, domorum, & conventuum in communi, & sub obedientia voluntaria, & extra votum solenne religionis viventis, quorum habitus a secularibus presbyteris est distinctus, qui religionem amplecti, & professionem regularem solemnem emittere voluerint, id in suis quisque conventibus & domibus, intra viginti quatuor horarum spatium, postquam delegatus noster præfentes literas eis significaverit, palam & sponte deliberent & declarent, inde convoca o quamprimum per singulas hujusmodi congregationes generali vel alio supremo, juxta morem cujusque congregationis, capitulo, ibique electa una, sub qua degant, ex regulis approbatis, in quam major pars vocum ipsius capituli consenserit, triam votorum substantialium professionem regularem intra mensem solenniter emittant, & in ea, refugerint intra tempus prædictum profiteri, detracto religionis habitu, ac redditis etiam in vinculis, si opus sit, receptorum & administratorum omnium rationibus, ejiciantur, nec deinceps patiantur, in ullis ejusdem congregationis domibus seu conventibus amplius conversari. Rom. 15. Calend. Decembr. 1568.

TITULUS XIII.  
DE GRATIIS ET DISPENSATIONIBUS.

C A P. I.

*In dispensationum & aliarum gratiarum impetratione rei gestæ veritas restitenda fana falsi damnat impetrantes.*

Pius IV.

**C**um, sicut accepimus, nonnulli suæ conscientia prodigi, ac propria salutis immemores, ut facilius a nobis, & sede Apostolica, dispensationes matrimoniales, & alias gratias & concessionis obrineant, gradus consanguinitatis vel affinitatis, aut cognationis spiritualis, ac scientiam illocum aliter, quam eis a principio ab ipsis partibus significatum vel narratum fuerit, exponunt, & si matrimonia hujusmodi adhuc contracta non fuerint, pro contractis narrant, ac alias diversimode veram fidei precium, tam in ipsis dispensationibus matrimonialibus, quam pro aliis quibuscumque gratiis & concessionibus obtinendis immutant, ac propterea, cum non solum in impetrationibus hujusmodi falsitas narretur, verum etiam in partibus plerumque pro obtentione gratiarum hujusmodi veritas immutetur, & falsitas committatur. Nos igitur hujusmodi abusibus & erroribus obviare cupentes, omnes & singulos, qui veritatem facti a narratione, quam ab ipsis partibus habuerunt, quoad substantialia & qualitates necessario exprimendas, diversam faciunt, seu quoquo modo inverunt, aut immutant depravantque, & per subreptionem & obreptionem gratias a nobis extorquent, poenam falsi incurrere, & ea puniri omnino debere decernimus & declaramus. Romæ 5. Decembr. 1566.

C A P. II.

*Exprimendi sunt gradus propinquiore in dispensationibus matrimonialibus conjunctis in diversis gradibus.*

Pius V.

**P**ius (divina providentia) Papa V. attendentes, per quamdam constitutionem dudum per sel. record. Pium Papam IV. sanctitatis suæ prædecessorem editam, qua cavetur, quod in dispensationibus matrimonialibus, pro diversis consanguinitatis seu affinitatis ex eodem stirpe provenientibus gradibus conjunctis, non remotioris solum, prout olim fieri solebat, sed etiam propinquiore graduum expressa mentio fieri debeat, alioquin dispensationes, ac desuper confectæ literæ nullius sint roboris vel momenti, prout in dicta constitutione plenius continetur, a dispositione juris communis, & laudabili, ac antiquo Rom. Cur. stylo nimium recedi, ac favorem matrimonii debitum restringi: volensque propterea juri, & stylo prædictis, necnon piæ mem. Gregorii XI. & Clem. VI. Rom. Pontif. etiam sanctitatis suæ prædecessorum veltigis inhærendo, Sacramento & libertati matrimonij, quantum cum Deo potest, favere, statuit & ordinavit, quod de cætero in quibuscumque dispensationibus, quas pro matrimoniis contractis aut contrahendis inter viros & mulieres, invicem diversis prohibitis consanguinitatis seu affinitatis, aut mixtis ex communi, seu ab eodem stirpe surgentibus, quicumque illi sint, dummodo primum quoquo modo non attingant, cum in eo Sanctitas suæ nunquam dispensare intendat, gradibus conjunctos, ab eadem Sanctitate sua, & pro tempore existente Romano Pontifice, aut sede Apostolica impetrari, vel alias concedi contigerit, ac literis, commissionibusque desuper etiam locorum ordinarii faciendis, gradus remotioris datur, trahatur secum propinquiorem, ac ob id sufficiat remotiorem tantum gradum exprimere, obtentis tamen postea super propinquoere literis declaratoriis, juxta Gregorii & Clementis prædecessoris hujusmodi constitutiones, quas quoad hoc innovavit, & inviolabiliter observari mandavit, dispensationesque seu dispen-

*a Dispensatio est determinatio superioris, qua declarat legem communem non esse in aliquo particulari casu servandam. Nec dispensatio est pura declaratio, ut definitum est de voto, cap. venientes, sed est quadam juris relaxatio. Vid. Sanch. de caus. matrim. b. Vide Concil. Trident. sess. vigesima quarta. cap. tertio & quinto. Alphonsum Castrens. lib. 1. de leg. pan.*

spendi commissio; ac desuper confectas literas, & processus habitos per eandem dispensatis, seu his, cum quibus dispensari mandatur, propter proximioris gradus hujusmodi non expressionem, de surreptionis vel obreptionis vitio, seu intentionis defectu notari non posse, sed in omnibus & per omnia frustrari, perinde ac si in literis seu commissionibus hujusmodi de proximioris seu utroque gradu, specialis & expressa mentio facta fuisset.

T I T U L U S XIV.

DE INDULGENTIIS.

C A P. UN.

*Christi passio est veluti labrum, ex quo omnia bona fluunt, indulgentiarum quoque & gratiarum dona consistunt, quamobrem gratis expendantur, nec pretio mercantur.*

Pius IV.

**D**ecet Romanum Pontificem, quem Dominus noster Jesus Christus Vicarium suum cœlestibus thesauris dispensandis in terris constituit, providere, ut sicut ipse thesaurus hujusmodi & gratias cœlestes gratis acceptas, ad honorem Dei, & illius Sanctorum, animarumque Christi fidelium salutem absque lucro dispensat, idem quoque a Romanæ Curia officialibus, quibus literarum Apostolicarum super gratiis, a sede Apostolica pro tempore concessis, expeditio incumbit, observetur. Quapropter inconveniens esse censentes, pro concessionibus indulgentiarum, quæ in solis meritis passionis ejusdem Domini nostri Jesu Christi, & ejus gloriosorum Martyrum, & Sancti consistunt, aliquid temporale exigere: nos præmissis, prout nostro incumbit officio, de remedio opportuno providere volentes, motu proprio, & ex certa nostra scientia, dilectis filiis modernis, & pro tempore existentibus sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancell. ejusque in Cancellaria Apostolica Locumtenent. necnon Summis, scriptoribus, illorumque pro tempore Referendario, Computatori, Receptoribus, & defensoribus, necnon Secretariis, literarum Apostolicarum, illarumque tam majoris, quam minoris præsentia Abbreviatoribus, ac solicitatoribus, plumbique & registri magistris, collectoribus, eandemque literarum Apostolicarum registratoribus, Bullosibus, fratribus barbaris nuncupatis, & illorum famulis, necnon in registro supplicationum manu & in præsentibus nostra signatorum, magistris & scriptoribus, aliisque Romanæ Curia officialibus & personis, etiam eorum officia ex causa quantumvis onerosa obtinentibus, cujuscunque qualitatis & conditionis existant, ac quocunque nomine appellentur, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub majoris excommunicationis lætæ sententiæ, necnon amissionis ad semestre omnium emolumentorum eorum officiorum, quæ ipso jure, quoties contrafecerint, fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum de urbe applicata esse censentur, & crescente inobedientia, etiam privationis eorundem officiorum, ipso facto incurtendis pœnis, Apostolica auctoritate, tenore præsentium præcipimus & mandamus, quatenus videlicet in registro supplicationum magistris & scriptores hujusmodi, ultra salarium inibi pro signaturis ordinariis exigi solitum, alii vero officiales literas Apostol. tam sub plumbo, quam in forma brevis, super gratiis Indulgentiarum, & peccatorum remissionem etiam plenariam, tam pro vivis, quam defunctis, tam ad tempus, quam perpetuo, ad futuram seu perpetuam rei memoriam, vel alia forma ac cum quavis narrativa, pro quibusvis particularibus personis, seu Ecclesiis etiam cathedralibus, & collegiatis, monasteriis, prioratibus, capellis perpetuis, cancellariis, oratoriis, hospitalibus, capitulis, collegiis, conventibus, confraternitatibus, societatibus, universitatibus, & quibuscunque aliis piis locis, a nobis & successoribus nostris Romanis Pontificibus,

etiam facultatem eligendi confessorem eum votorum commutatione in se continentibus, pro tempore, citra tamen circumsulam porrectionis manu adjuncticam, concessis & concedendis conficiend. gratis pro Deo ubique officia, absque aliqua taxâ regaliū seu localium, aut cujusvis alterius generis solutione vel exactione, quantumvis ordinaria vel extraordinaria, omnibus recusatone & contradictione cessantibus, illico nullo alio a nobis aut altero desuper expectato mandato expediant, & prosecutionibus illarum expeditionem, etiam si partes, quorum intuitu fuerint concessæ, in Rom Curia non sint præfentes, sed longe ab illa absint, expeditas tradant & consignent. Romæ Calend. Jan. 1562.

T I T U L U S XV.  
DE QUÆSTORUM TOLLENDO  
ABUSU.

C A P. I.

*Quæstorum abusus, spiritualis thesauri Ecclesiæ largitiones in avarum lucrum convertens, extinguendus.*

Pius V.

**E**tsi dominici gregis salutem semper intenti, singulis cum humilitate poscentibus, ea benigne concedere, nos & prædecessores nostri studuerunt, per quæ peccatorum mole deposita salus ipsis succedat, & hostis humani generis servitute creptas animas lucrifaciant Altissimo, qui eas nobis sua bonitate commisit: id tamen propensiori studio nos præcavendum esse censemus, ne cujusvis indulgentiæ, remissionis, vel facultatis obtentu, Christi fideles procliviores ad illicitam postquam committenda reddantur, aut facilitas veniæ eis peccandi tribuat incentivum, & exinde clavium auctoritas deducatur in contemptum, & Christi fideles quamplurimum scandalizent. Sane, cum ad auditum nostrum ex diversis mundi partibus quamplurimæ querelæ perlata fuerint, quod vigore diversarum indulgentiarum & facultatum, per prædecessores nostros, ac etiam nos, vel auctoritate nostra, tam fabricæ nostræ Basilicæ Principis Apostolorum, & Ecclesiæ S. Joannis Lateranensis de Urbe, ipsiusque Ecclesiæ, necnon S. Joannis, & S. Lazari Hierosolymitanæ, ac S. Spiritus in Saxia, & S. Joannis Lateranensis, ac S. Jacobi Incurabiliū, de eadem Urbe, necnon S. Elmi, & S. Bovis, ac S. Gorhardi, & S. Leugozoni, necnon S. Nicolai, & S. Bernardi Montis Jovii, necnon S. Leonardi, ac S. Marthæ, necnon sanctissimi Crucifixi Syracusan. ac S. Mariæ de Monte Serrato, hospitalibus, ac etiam S. Sebastiani prope & extra muros dictæ urbis, necnon S. Antonii de S. Antonio Vienen. diocesis, & redemptionis captivorum nuper Neapoli instituto monasteriis, illorumque ac diversis aliis Ecclesiis, monasteriis, hospitalibus, militiis, confraternitatibus, societatibus, & piis locis concessarum, multi quæstores ex eisdem indulgentiis, lucrum temporale tantum quærentes, nominibus fabricæ Ecclesiarum, hospitalium, monasteriorum, militarium, confraternitatum, societatum, & piorum locorum in diversis civitatibus & diocesisbus quæstus facere, confratres describere, capellas & oratoria erigere, illisque erectis indulgentias hujusmodi communicari, & in diversis gradibus a jure prohibitis dispensare, ac plura etiam concedere, quam eis vigore facultatum prædictarum licitum sit. ipsique lucro intenti, pecuniasque potius, quam Christi fidelium salutem quærentes, ac eisdem indulgentiis sic abutentes, quæstum ex illis particularem facere conantur, varisque & diversis Quæstores, Commissarios, Procuratores, Receptores, Thesaurarios, Factores, Nuncios, & alios ministros constituere, qui non solum prædicta, sed etiam plura alia ei nunquam concessa facere & concedere, necnon locorum ordinibus, illorumque in spiritualibus vicariis generalis, &

officiales ac ministros, Ecclesiarumque ordinum Prælatos, Superiores & Personas, quæstus hujusmodi impediētes, censuris Ecclesiasticis innodare, & alias in pluribus graviter excedentes in divinæ majestatis offensam, ac suarum ac Christi fidelium animarum perniciem, ac ordinariorum perturbationem, & plarium mentium scandalum præsumunt. Nos qui Deo propitio gregis Domini, meritis licet insufficientibus, curam gerimus, & illum spiritualis thesauri largitione cupimus ipsi Deo redere acceptabilem, ex præmissis, & aliis rationabilibus causis animum nostrum moventibus, felicis record. Calixti IV. Clementis VII. Pauli III. Julii similiter III. & diversorum aliorum Romanorum Pontific. prædecessorum nostrorum vestigiis in hærentes, motu proprio, non ad alicujus nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de mera nostra voluntate & deliberatione, omnes & singulas indulgentias etiam perpetuas, & peccatorum remissiones fabricæ & Ecclesiæ hujusmodi, necnon sancti Joannis Hierosolymitani, etiam pro constructione & adificatione illius novæ civitatis prædictæ, in quibusvis aliis hospitalibus, monasteriis, Ecclesiis, domibus, militiis, ordinibus etiam mendicantium, congregationibus, confraternitatibus, & universitatibus, & piis locis illorumque ordinibus, capitulis, conventibus, magistris, superioribus, & tam secularibus, quam quorumvis, etiam mendicantium ordinum regularibus personis, tam singulariter, quam universaliter, per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac etiam nos, sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusvis clausulis & decretis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac ex quibusvis etiam urgentissimis causis, etiam causa redemptionis captivorum, & alias quomodolibet concessis: pro quibus consequendis manus sunt porrigendæ adjuatrices, & quæ quæstivandi facultatem quomodolibet continent, illorum omnium tenores, formas, derogationes & decreta, præsentibus pro expressis habentes, auctoritate Apostolica, tenore præsentium perpetuo revocamus, cassamus, irritamus, & annullamus, ac viribus vacuumus. Et insuper perpetuo hac nostra vilitate constitutione decernimus, quod exnunc de cætero, sub indignationis nostræ poena, prætextu indulgentiarum & facultatum, per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & sedem Apostolicam etiam nota simili, ac sedis Apostolicæ Legatos, alias quomodolibet concessarum, & quas a nobis & sede prædicta in posterum verbo, literis ac quavis alia scriptura, etiam manu nostra signata, etiam cum clausula, quod sola signatura sufficiat, etiam in favorem fidei, aut cruciatæ sanctæ vel cujuscunque alterius piæ causæ, etiam privilegiatæ, concedi quomodolibet contigerit, nullus quavis etiam Episcopali, Archiepiscopali, & Patriarchali aut majori dignitate, etiam Cardinalatus honore seu etiam regali, vel temporalis excellentia præfulgeat, audeat vel præsumat quæstus facere, aut nuncios, quæstos, commissarios, thesaurarios, receptores pro illis recipiendis, in dictis hospitalibus, Ecclesiis, domibus, monasteriis, militiis, & aliis supra nominatis, vel pro eis aut illorum nominibus alibi constituere, & deputare, nisi ex speciali licentia, & ex certa scientia nostris, & Romani Pontificis pro tempore existentis, de qua per literas nostras & ejusdem Romani Pontificis pro tempore existentis, locorum ordinariis, vel eorum in spiritualibus vicariis, seu officialibus, derogationem præsentis nostræ constitutionis, illius tenore de verbo ad verbum inserto, expresse continentes. Nos enim exnunc irritum decernimus & inane, quicquid secus his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Rom. 6. Id. Febr. 1560.

C A P. II.

Indulgentia per quæstos ubi quæstum, & bona extor-

quendi verius, quam impetrandi desiderium, prædicata, revocantur & prohibentur.

Idem, ex Concilio Tridentino.

Quam plenum sit periculi noxia populo ingerere, nimium his temporibus afflicta religio testatur, quod malum, cum in cæteris ministris, tum præcipue in Ecclesiarum prælati animadvertendum est, quod ab histere profecta longe maxima Ecclesiæ Dei conferant detrimenta. Rem sane indignam auidimus, quod non solum quondam Gometius Tello Giro, temporarius administrator Ecclesiæ Toletanæ, sed etiam quidam Hispaniæ Ecclesiarum præfules, officii paterni prætextu, facultates sibi a sacris canonibus concessas excedentes, literas suas in ipsorum civitatibus ac diocæsesibus ausi sunt publicare, quibus inter cætera periculosa deprehenditur, quod cuiuscunque illas accipienti certa soluta pecunia licitum sit, quem voluerit, sibi sumere sacerdotem, qui confessione audita ipsum absolvere valeat, non in eis tantum casibus, in quibus simplex sacerdos aolvere potest, sed etiam in iis, quæ solis Episcopis reservata reperiuntur, aliquo præterea casu admisso, veluti simoniæ reatu, qui ad examen sanctæ sedis esset referendus. Non animadvertens ipsi Præfules & Administratores, quam periculosum sit, ea passim incertis personis committere, quæ ad Episcoporum judicium, arbitrium idcirco deferuntur, ut qui melius lepram a lepra discernere norint, causis & circumstantiis subtili indagine exploratis, salutaria cuique morbo remedia valeant adhibere. Ad hæc ipsi in dispensandis cœlestis gratiæ donis nimium prodigi, iis sic literas prædictas accipientibus, indulgentias & pœnitentiarum injunctarum remissiones nulla cum re temporali conferendas, profusius & indiserete largiuntur, quibus & aliis licentiis prædictis non pauci fluctuantes & infirmi, veniæ facilitate inducti, ad peccandum procliviores fiunt, quando tot & tantorum delictorum remissionem certo & vilissimo pretio acquirere posse confidunt. Indicem præterea casuum & indulgentiarum ædibus sacris appendi iusserunt, quo palam significatur solventibus superscripta concedi, & inter alia, absolventi facultatum ab usu prohibitorum tribui. Itemque indulgeri Missæ sacrificium, & sepulturam tempore interdicti, assumptionem duorum plariumve compatrum ad sacrum Baptisma, præter eos, qui synodalibus (ut dicunt) constitutionibus ascribuntur, reparationem Ecclesiarum, erectionem confraternitatum, & alias piæ causas prætextando. Cum igitur inter cætera scandala, etiam simoniæ pravitatis redoleat, ac prædictis sacri Tridentini Concilii decretis, & aliis sanctionibus canonicis, nostræ præterea constitutionis, de indulgentiis ad quæstum non emittendis, adversetur, clavium auctoritas evilescat, & pœnitentiæ satisfactio evanescat: Nos his malis celeri remedio occurrendum, eademque opera futuris præcavendum fore censentes, de Apostolicæ potestatis plenitudine, supradicta omnia, quæ in ipsa Toletana, & quibuscunque aliis civitatibus, diocæsesibus & locis, tam Hispaniæ, quam aliarum quarumcunque provinciarum & regionum, quocunque prætextu hucusque emanarunt, perpetuo aboleamus, ac nulla & irrita nunciamus, jubemusque literas & indices, necnon scripturas & monumenta quæcunque publica & privata, per ipsos locorum ordinarios & alios Ecclesiarum rectores, ubicunque repererint, dilacerari, penitusque deleri; & ne talia de cætero a quoquam fiant, publicentur, vel concedantur, districtius prohibemus. Quicunque secus egerint, seu attentaverint, antistes, etiam

a Vide Calder. de pœnit. & remissione. c. nostro. col. 17. Navar. tract. de indulgentiis. b Concil. Trid. præscripta norma legitime elargientiis & tollendi abusus quæstivatorum. sess. 5. de reform. c. 2. & sess. 21. de reform. c. 9.



iam si Cardinalatus honore præfulgeant, ab ingressu & perceptione fructuum suarum Ecclesiarum tamdiu suspensi jaceant, donec satisfactione prævia illis per sedem prædictam suspensio relaxetur. Inferiores vero ab Episcopis sententiam excommunicationis incurrant, a qua, nisi in mortis articulo constituti, ab alio, quam Romano Pontifice, absolutionis beneficium nequeant obtinere. Romæ 4. Non. Jun. 1569.

**TITULUS XVI.  
DE DECIMIS.  
CAP. UN.**

*Ecclesiasticis personis decimas & alia onera imponentes absque licentia Papa excommunicantur.*

*Sixtus V. ex Bulla cæna Domini.*

**E**xcommunicamus & anathematizamus omnes eos, qui aut collectas, decimas, taleas, præstantias, & alia onera clericis, prælatis, & aliis personis Ecclesiasticis, ac eorum, & Ecclesiarum, monasteriorum, aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum bonis, illorumque fructibus, redditibus, & proventibus hujusmodi, absque Roman. Pontif. speciali & expressâ licentia imponunt; & diversis etiam exquisitis modis exigunt; aut imposita, etiam a sponte dantibus & concedentibus recipiunt; nec non qui per se, vel alium, seu alios, directe vel indirecte prædicta facere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel favorem, aut votum, seu suffragium, palam vel occulte, præstare non verentur, cuiuscunque sint præminentiæ, dignitatis, ordinis, conditionis, aut status, etiam si Imperiali, aut Regali præfulgeant dignitate, seu Principes, Duces, Comites, Barones, Respublicæ, & alii potentatus quicunque, etiam regnis, provinciis, civitatibus, & terris quoquo modo præsidentes, aut quavis etiam Pontificali dignitate insigniti; Innovantes decreta super his per sacros canones, tam in Lateran. novissime celebrato, quam aliis Conciliis generalibus edita, etiam cum censuris & pœnis in eis contentis.

**TITULUS XVII.  
DE RELIGIOSIS DOMIBUS, ET  
MONTIBUS PIETATIS.  
CAP. I.**

*Piorum locorum & monasteriorum exemptio ab onere hospitandi milites.*

Pius IV.

**C**um, sicut non sine gravi dolore nobis innotuit, omnia & singula, seu quamplurima hujus almæ urbis, ac etiam nostri Ecclesiastici conventus & monasteria, & alia Ecclesiastica, & pia loca, tam secularia, quam regularia, & a personis religionis quomodolibet inhabitata, eotempore, quo equites & milites ejusdem almæ urbis ac status Ecclesiastici præfati, pro defensione ipsius urbis & status adversus infestissimum Turcarum tyannum, vel ob alias, quæ pro tempore sese offerunt, causas expediri, & ad diversa ejusdem status loca transmitti contingit, ab eisdem equitibus & militibus perturbentur & molestantur, ipsique conventus, monasteria, & alia Ecclesiast. & pia loca, in eorundem equitum seu militum distributione, nonnullos eorundem equitum & militum, intra eorum domos & monasteria hospitio excipere & recipere cogantur, in maximum eorum detrimentum, divini cultus perturbationem, gravissimum religionis dedecus, Dei optimi offensam, & non solum præter omnem nostram intentionem, verum etiam intolerabilem animi nostri amaritudinem. Quapropter nos in præmissis, quantum cum Deo possumus, de optimo remedio celeri manu providere, ac monasteriorum, & aliorum Ecclesiasticorum & piorum locorum hujusmodi personarum Deo altissimo die noctuque famulantium quieti, integritati, & decori consulere volen-

tes, motu simili, & ex certa nostra scientia, ac de Apost. potestatis plenitudine, universis & singulis, tam dictæ almæ urbis, quam totius status præfati Gubernatoribus, Potestatibus, Ducibus, & Capitaneis, communitatibusque & universitatibus, & aliis, ad quos spectat & pertinet, ac spectabit & pertinebit quomodolibet in futurum, ne deinceps perpetuis futuris temporibus in eorundem militum, & equorum distributione, tam in transiendo, quam inibi commorando, communitatibus & universitatibus, videlicet ne dictos equites ac milites in eisdem monasteriis, cœnobis, domibus, & aliis Ecclesiasticis & piis locis, sub duorum millium ducatorum auri Cameræ Apostol. ipso facto applicandi, & aliis arbitrii nostri pœnis, quovis quæsito colore, causa, ingenio, sive prætextu distribuere sive assignare, vel ad alios recipiendum, & hospitio excipiendum cogere; ipsis vero Capitaneis & Ducibus, ne eosdem suos equites & milites sub indignationis nostræ, ac privationis officiorum suorum, aliisque etiam arbitrii nostri pœnis, in dictis monasteriis, cœnobis, domibus, & aliis Ecclesiasticis & piis locis, etsi communitates & universitates ipsæ eadem loca eisdem assignent, distribuunt. Gubernatoribus vero, & ipsarum civitatum & locorum Prætoribus, ac aliis officialibus quibuscunque, quo minus præmissa ab ipsis communitatibus & universitatibus, ac Capitaneis, & Ducibus fiant, sub ejusdem indignationis nostræ, ac etiam privationis officiorum suorum præfatorum respective pœnis, auctoritate Apostolica, sinant vel permittant, inhibemus, præcipimus, committimus & mandamus. Et insuper tam illis, quam equitibus, & militibus præfatis, ne monasteria, cœnobia, & loca pia hujusmodi in personis, rebus, & bonis, aut alias desuper quomodolibet molestare, perturbare, impedire & inquietare, seu molestari, perturbari, vel alias inquietari facere audeant, seu præsumant, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub jam dictis pœnis eadem auctoritate inhibemus, præcipimus, committimus, & mandamus, ipsa monasteria, cœnobia, domos, & alia Ecclesiastica & pia loca, ex nunc ab eisdem militibus & equitibus, ac onere illos hospitio excipiendi, motu & auctoritate similibus extimendo, & totaliter liberando, ac libera & immunita faciendi.

**CAP. II.**

*Ordinis mendicantium cœnobis, monasteria, & prædia & collectis, subsidiis & hospitii militum eximuntur.*

Idem.

**D**um ad uberes, quos sacri mendicantium ordines in agro Dominico quotidie faciunt, fructus attente respicimus, & attentæ considerationis indagine perferuntur ipsorum religionis sinceritatem, & voluntariæ paupertatis habitum, in quibus sub humilitatis spiritu devotum Altissimo dræstant famulatum, dignum, quin potius debitum reputamus, ut illis ea libenter concedamus, per quæ semotis quibuslibet gravaminibus promptiores ejusdem Altissimi inhærent servitiis. Hinc est, quod nos volentes eosdem mendicantium ordines, & dilectos filios, eorum fratres, & Monachos, cæterasque personas, ac etiam moniales quoslibet ejusdem ordinis, sub illorum cura degentes, specialibus favoribus & gratiis prosequi, motu proprio, non ad alicujus nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, quod ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus, omnes & singuli mendicantium ordinum hujusmodi fratres, Monachi, & dilectæ filii in Christo moniales seu sores, ac alii utriusque sexus personæ regulares, ubilibet per totum Christianum orbem diffusæ & constituti, illorumque monasteria, cœnobia, domus, conventus, Ecclesiæ, capella, oratoria & alia loca, etiam unita, ac membra, & dependentia, necnon terræ cultæ & incultæ, possessiones, prædia, agri, & alia omnia & singula mobilia & immobilia, ac te moventia,

ventia, ubilibet, ac in quibuscunque rebus consentia bona, necnon eorum in dictis bonis laboratores, coloni, arrendatarii, locatarii & affluarii, negotiorumque suorum gestores univrsi, quomodolibet nuncupati, nunc & pro tempore existentes in perpetuum, ab omnibus & singulis exactionibus tam urbanis, quam rusticis, necnon datis, gabellis, pedagiis, vectigalibus, collectis, impositionibus, & oneribus ordinariis, & extraordinariis, ac tam realibus, quam personalibus, meris & mixtis, etiam subsidio triennali, & augmento, ac focalibus, eorumque taxis, militumque hospitiiis, ac alias quibuscunque nominibus nuncupatis, quavis auctoritate quomodolibet impostis & imponendis, & quæ laicis & aliis quibusvis quomodolibet imponi consueverunt, & in futurum imponentur, ac ratione quarumcunque mercium & rerum cuiuscunque generis vel qualitatis existentium, tam per mare, & aquam dulcem, quam per terram undecunque & quomodocunque pro tempore delatarum, necnon animalium quorumcunque mortuorum & vivorum, & quæ alias quomodolibet & ex quavis causâ ac super quibuscunque rebus, tam in alma urbe nostra, quam extra eam ubilibet locorum exiguntur, & in futurum exigentur, necnon a contributionibus, & solutionibus in illis faciendis, ac tam pro victu & vestitu, quam quocunque alio usu suo tantum, ac tam emendo quam vendendo, & alias quomodolibet negotiando, necnon etiam a solutione quadrantis pro singulis libris carniæ de animalibus, quæ nunc & pro tempore ex armentis occidi contigerit, necnon etiam, quæ in suis ædibus, prædiis, & possessionibus privatim derinent & nutriunt, ac a contributione sumptuum & expensarum, quæ aliquando pro pontibus, viis, aqueductibus, muris, moenibus, aliisque machinis struendis & reparandis seu reficiendis, ac civitatum, terrarum, & locorum quorumcunque fortificationibus, necnon etiam alias in omnibus & per omnia, ac tam in dicta urbe, quam extra eam ubilibet penitus & omnino liberi, immunes & exempti, ac libera & exempta, liberaque immunita & exempta sint & esse censeantur, ac pro talibus teneantur, & reputentur. Quodque terræ, agri, possessiones & loca arativa, ut præfertur, in illis, quæ aliquando pro pascuis animalium ad certum tempus referantur, nullatenus unquam comprehendantur, nec comprehendendi censeantur, ac etiam monasteria, cœnobîa, a siacque omnia regularia loca prædicta, pro quorumcunque militum, tam equitum quam peditum hospitiiis, quemadmodum magno cum nostro dolore hucusque in plerisque locis factum comperimus, nequaquam assignentur, nec assignari debeant. Rom. 29. Jul. 1566.

### C A P. III.

*Montes pietatis Christiana charitate erecti, & auctoritate Apostolica probati & confirmati, & ab usurario sanore alieni, liciti sunt.*

*Leo X. ex Concilio Lateranensi.*

**I**nter multiplices nostræ sollicitudinis curas, illam imprimis suscipere pro nostro pastoralis officio debemus, ut quæ salubria & laudabilia, ac catholicæ fidei consona, & bonis moribus conformia, nostro tempore non solum enucleentur, verum etiam ad posterum propagentur, & quæ materiam scandali præbere possent, penitus succidantur, & radicitus extirpentur, nec pullulare usquam sinantur in agro Dominico, & vinea Domini Sabbatho, ea dumtaxat censeri permittendo, quibus fidelium mentes pasci spiritualiter possint, eradicatis zizanîis, & oleastri sterilitate succisa. Sane cum olim inter nonnullos dilectos filios sacre Theologiæ Magistros, ac Juris utriusque Doctores, controversiam quandam, non sine populorum scandalo & murmuratione exortam, & nuper his diebus innovatam esse comperimus, circa pauperum relevationem in muris eis publica auctoritate faciendis, qui

Montes pietatis vulgo appellantur, quique in multis Italiæ civitatibus, ad subveniendum pro hujusmodi mutuum pauperum inopiâ, ne usurarum voragine deglutiantur, a civitatum magistratibus, & aliis Christi fidelibus sunt instituti, atque a sanctis viris divini verbi præconibus & laudati & persuasi, ac a nonnullis etiam summis Pontificibus, prædecessoribus nostris, probati & confirmati, sint, ne præfati Montes a Christiano dogmate dissonantes, vel non, utraque parte diversimode sentiente, atque nonnullis etiam Magistris & Doctoribus dicentibus, eos Montes non esse licitos, in quibus aliquid ultra sortem prohibita, decurso certo tempore, per ministros hujus Montis, ab ipsis pauperibus, quibus mutuum datur, exigitur, & propterea ab usurarum crimine, injustitiæ, seu ab aliqua certi specie mali, mundos non evadere; cum Dominus noster, Luca Evangelista attestante, aperte nos præcepto obstrinxerit, ne ex dato mutuo quatequam ultra sortem sperare debeamus. Ea enim propria est usurarum interpretatio, quando videlicet ex usu rei, quæ non germinat, nullo labore, nullo sumptu, nullove periculo, lucrum factusque conquiri sudeat. Addebant etiam iidem Magistri & Doctores in iis Montibus, neque commutari, neque distributivæ justitiæ fieri satis, cum tamen justitiæ terminos contractus hujusmodi excedere non debeant, si debeant approbari. Idque præterea probare nitentur quia impensæ pro hujusmodi Montium conservatione, a pluribus, (ut ajunt) debita, a solis pauperibus, quibus mutuum datur, extorquantur pleraque interdum ultra necessarias & moderatas impensas, non absque specie mali ac incentivo delinquendi, quibusdam aliis personis (ut inferre videntur) exhibeantur. Aliis vero pluribus Magistris & Doctoribus contra asserentibus, & in multis Italiæ Gymnasiis verbo & scripto conclamantibus, pro tanto bono, tanquam Republicæ pernecessario, modo ratione mutui nihil petatur neque speretur, proinde demnitate tamen eorumdem Montium, impensarum videlicet ministrorum eorumdem, ac rerum omnium ad illorum necessariam conservationem pertinentium, absque Montium hujusmodi lucro, idque moderatum & necessarium ab iis ex hujusmodi mutuo commodum suscipiunt, licite ultra sortem exigi & capi possit, nonnihil licere; cum regula juris habeat: Quod quæ commodum sentit, onus quoque sentire debeat, præsertim si Apostolica accedat auctoritas. Quam quidem sententiam a fel. recor. Paulo II. Sixto IV. Innocentio VIII. Alexandro VI. & Julio II. Rom. Pont. prædecessoribus nostris probatam, a sanctis quoque ac Deo devotis, & in magna, ob sanctitatis opinionem, æstimatione habitis, Evangelicæ veritatis prædicatoribus prædicatam esse ostendunt. Nos super hoc (proat nobis est ex alto concessum) opportune providere volentes, alterius quidem partis justitiæ zelum, ne vorago aperiretur usurarum, alterius pietatis & veritatis amorem, ut pauperibus subveniretur; utriusque vero partis studium commendantes, cum hæc ad pacem & tranquillitatem totius Reipub. Christianæ spectare videantur, sacro approbante Concilio declaramus & diffinimus, Montes pietatis antedictos per Respubl. institutos, & auctoritate sedis Apost. hæcenus probatos & confirmatos, in quibus pro eorum impensis & indemnitate aliquid moderatum, ad solas ministrorum impensas, & aliarum rerum ad illorum confirmationem (ut præfertur) pertinentium, pro indemnitate dumtaxat, ultra sortem, absque lucro eorumdem Montium, recipitur, neque speciem mali præferre, nec peccandi incentivum præstare, neque ullo pacto improbari, quinimo meritum esse, ac laudari & probari debere, tale mutuum minime usurarium putari, licereque illorum pietatem & misericordiam populis prædicare, etiam cum indulgentiis a sancta sede Apostol. eam ob causam concessis: Ac deinceps alios etiam similes Montes, Apostol. sedis approbatione erigi posse. Multo tamen perfectius, multoque sanctius fore, si omnino tales Montes gratuiti constituerentur, hoc est, filios erigentes, aliquos census assignarent, qui-

quibus si non omni, saltem vel media ex parte, hujusmodi montium ministrorum solventur impensa, ut ad leviores aris solvendi portionem, medio hoc, pauperes gravari contingat, ad quos cum hujusmodi census assignatione, pro impensarum supportatione erigendos, Christi fideles majoribus indulgentiis invitandos esse decrevimus. Omnes autem religiosos & Ecclesiasticos ac seculares personas, qui contra presentis declarationis & sanctionis formam de cetero predicare, seu disputare, verbo vel scriptis, ausi fuerint, excommunicationis late sententię pœnam, privilegio quocunque non obstante, incurrere volumus. Romę in Concil. Lateran. 4. Non. Maji, 1515.

## C A P. IV.

*Licentia hactenus concessa mulieribus ingrediendi monasteria ac domos Carthusiensium, & aliorum quorumcumque regularium ordinum, etiam mendicantium, revocatur.*

*Pius V. ex Concilio Tridentino.*

**R**egularium personarum, quę relicto seculo Dei se obsequio dedicaverunt, pro commisso nobis officio quieti consulere cupientes, ad ea removenda, quę religiosum earum propositum impedire possunt, curam notitiam libenter impendimus, ut nulla re, quę eas a divino cultu avocet, prepedire, secundum ordinem suorum regularia instituta, & decretum sacri Tridentini Concilii, tranquillitas mentibus gratum Altissimo impendere possint famulatum. Quia igitur & Carthusiensium ordinis, & aliorum regularium vitam professorum quies non parum solet, sicut accepimus, perturbari, propterea quod mulieres, modestię matronalis oblitę, domos ac monasteria eorum, contra ipsorum instituta, pretertextu confessionum, aut aliarum litterarum Apostolicarum, ingredi audeant, ipsis etiam Abbatibus, Prepositis, Prioribus, & aliis Presentibus aliquando reluctantibus & repentibus, non sine magna eorum molestia, nec sine gravi laicorum etiam offensione ac scandalo, si quando admitti nimis facile videantur: huic rei providere volentes, motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolice potestatis plenitudine, omnes & singulas facultates ac licentias ingrediendi monasteria ac domos Carthusiensium, & aliorum quorumcumque regularium ordinum, etiam mendicantium, mulieribus cujuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, & quacunque dignitate, ac preeminentia predictis, etiam Comitissis, Marchionissis, Ducissis, sub quibuscunque etiam derogatoriis, & aliisque fortioribus & efficacioribus & insolitis clausulis, necnon irritantibus decretis ab Apostolica sede quomodocunque concessas, quarum tenores perinde ac si de verbo ad verbum presentibus insererentur, haberi volumus pro expressis, tenore presentium revocamus, & cassas, irritas, & inanes esse decernimus, districte prohibentes, mulieribus quidem predictis facultates & licentias presentibus, sub excommunicationis late sententię pœna, post, quam harum litterarum notitiam habuerint, a qua non possint, nisi a nobis, aut a Romano Pontifice, qui pro tempore fuerit, absolvi, preterquam in mortis articulo, ne dictas domos & monasteria ingredi audeant. Ipsi vero monasteriorum & conventuum Abbatibus, Prepositis, Prioribus, & aliis Presentibus, quocunque nomine vocentur, & eorum Monachis, Canonicis, & fratribus, sive mendicantibus, sive non mendicantibus sub privationis officiorum, quę in presentia obtinent, & inhabilitatis in posterum ad illa & alia omnia, & suspensionis a divinis ipso facto sine alia declaratione incurrentis pœnis, ne eas introducere, admittere presumant.

## C A P. V.

*Ingredi intra septa monasteria nemini liceat, cujuscunque status, conditionis aut aetatis fuerit, sine licentia Episcopi*

*aut superioris in scriptis obtenta, qua nec uti conceditur, nisi urgentibus necessitatibus.*

*Gregorius XIII. ex Concilio Tridentino.*

**U**bi gratia & indulta ab hac sede concessa, successu temporis incommode afferre noscuntur, expedit illa salubri presentis consilio submoveri. Proinde Sanctorum quieti & tranquillitati consulere, ac omnia, quę illas a spiritualium rerum cogitatione & exercitio avocant, impedimenta tollere, periculaque & scandala ab eis removere cupientes, auctoritate presentium revocamus & abolemus omnes & quascunque licentias ac facultates ingrediendi monasteria, domos, & loca monialium, ac etiam virorum quorumvis ordinum, quibuscunque etiam Comitissis, Marchionissis, Ducissis, & aliis cujuscunque status & conditionis mulieribus, ac etiam omnes & quascunque licentias ingrediendi monasteria, domos, & loca ipsarum Sanctorum, quibuscunque viris, etiam ejusdem status & dignitatis, tam a predecessoribus nostris, quam etiam a nobis, & sedis Apostolicę Legatis, aut aliis ex quibuscunque quantumcumque urgentibus causis, sub quibuscunque tenoribus, & etiam derogatoriis, revocatorum rescriptorum, aliisque efficacioribus clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam motu proprio & ex certa scientia, deque Apostolice potestatis plenitudine, atque ad Imperatoris, Regum, Reginarum, aliorumque Principum contemplationem, vel applicationem concessas, confirmatas, ac etiam iteratis vicibus renovatas, cassamusque, & annullamus literas desuper confectas & processus habitos per easdem. Inhibentes eisdem, qui illas obtinuerunt, sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda, super qua a nemine, nisi a Romano Pontifice (preterquam in mortis articulo) absolutionis beneficium possit impetrari, ne ipsarum licentiarum pretertextu monasteria hujusmodi quovis modo ingredi audeant. Abbatibus vero, necnon Abbatibus, conventibus, ac aliis monasteriorum utriusque sexus superioribus, & personis, quocunque nomine vocentur, districte precipimus, sub eadem excommunicationis pœna, necnon privationis dignitatum, beneficiorum & officiorum suorum, ac inhabilitatis ad illum & alia in posterum obtinenda, ne in monasteria, domos, & loca sua quencumque pretertextu hujusmodi licentiarum & facultatum ingredi faciant vel permittant. Quin etiam sub eisdem pœnis ipso facto incurrendis prohibemus atque interdiciamus omnibus & quibuscunque personis Ecclesiasticis & secularibus, ac etiam ordinum quorumcumque etiam mendicantium regularibus, ne pretertextu licentiarum ab Episcopis vel superioribus, quibus illas concedendi in casibus necessariis tantum ex decreto Concilii Tridentini tribuitur, ne monasteria ipsa monialium pro libito, sed necessitatibus urgentibus duntaxat ingredi, neve moniales sub eisdem pœnis illos aliter admittere presumant. Romę Idib. Junii, 1575.

## TITULUS XVIII.

## DE REGULARIBUS ET RELIGIOSIS EXTRA CLAUSTRAS VAGANTIBUS.

## C A P. I.

*Pœna eorum, qui in aetate legitima religionis votum emittentes a professo vita instituto deficiunt & ad alios ordines vagantur.*

*Paulus III.*

**P**ostquam divina bonitas nos (licet immeritos) ad summi Apostolatus fastigium assumere dignata est, nunquam cessavimus abusus, qui in Ecclesia Dei, seu nimia sedis Apostolicę indulgentia, seu hominum malitia irrepressibile cernuntur, pro viribus tollere, & Ecclesiam ipsam in pristinum candorem restituere, diversas ad hoc saluberrimas constitutiones edendo, & in-

violat-

violabiliter observari mandando. Verum cum non omnino eodem tempore excogitari, nedum perfici poterint, quinimo circa ea sit nobis singulis ferme diebus aliquid entendum, abusu apostasie, quæ per regulares personas sub diversis falsis prætextibus quotidie incurritur, ulterius parcendum non esse a censuris. Nam licet diversi Rom. Pont. prædecessores nostri, per eorum constitutiones complura, contra apostasiam hujusmodi, ediderint statuta & ordinationes, nondum tamen est plenum contra eam adinventum remedium. Quinimo diversi diverforum etiam mendicantium ordinum religiosi, propriæ salutis immemores, Deique timore postposito, sub prætextu, alii videlicet, quod religioni & ordini in genere, ob varias confictas causas, astricti non sint, & superinde sententiam declaratoriam obtinuerint: Alii quod beneficium Ecclesiasticum curatum affectu sint: Alii quod extra regularia sui ordinis loca standi, & alicui beneficio Ecclesiastico deservendi a suis superioribus licentiam habeant, & alii diversis aliis confictis coloribus. Alii vero nullo suffulti prætextu, sed temeritate propria, contra proprium juramentum per eos in eorum professione præstitum, & regularia sui ordinis instituta, extra claustra suorum regularium locorum degunt, & in seculo, aliqui habitu sui ordinis retento, aliqui illo abjecto in habitu Presbyterorum secularium, & complures in habitu laicali temere vagantur. Et postquam Deo fidem fallere non sunt veriti, cætera omnia quantumvis gravissima & detestanda, levia & licita reputantes. Alii parochianos eorum curæ commissos falsam doctrinam docere, & pravis opinionibus, ac hæresibus replere, alii uxores ducere, alii sine paupertate eos cogente, sive diabolico instinctu, secularibus & mechanicis negotiis se dare. Alii seditionibus popularibus, conjurationibus contra Principes, & alios, ac quibusvis aliis sævis actibus se implicare, & cætera omnia nequissima facere, præsumunt, in gravissimam divinæ majestatis offensam, & religionis opprobrium, ac animarum suarum perniciem, & aliorum Christi fidelium scandalum.

Quamobrem considerantes Apostatas hujusmodi, infiniti erroribus in eadem Dei Ecclesiam causam præstare, & propterea volentes contra apostasiam ipsam plenius providere, & eam, quantum nobis ex alio conceditur, de medio tollere, motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolica potestatis plenitudine, omnes & singulos, qui post professionem per eos in ætate legitima constitutos, in aliquo approbato, etiam militari ordine pure & libere emissam, vel si ante ætatem legitimam profecti fuerint, post illam per eos in ipsa ætate legitima constitutos, pure & libere, ratam & gratam habitam temeritate propria, aut quovis prætextu, vel causa, etiam si se religioni & ordini non astricti esse, sine causa cognitione, & his quæ a jure requiruntur, servari omissis, vel non legitime probatis, declarari obtinuerint, aut beneficium Ecclesiasticum, etiam curatum, non præcedente legitima dispensatione possideant, vel alicui beneficio Ecclesiastico, etiam curato, alterius nomine deserviant, extra claustra suorum regularium locorum degunt, aut in posterum degent, omnibus & singulis beneficiis Ecclesiasticis, cum cura & sine cura, secularibus, aut sui vel cuiusvis ordinis regularibus, per eos quomodolibet obtentis, & de cætero obtinentibus cuiuscunque qualitatibus fuerint, ac fructibus, redditibus, & proventus Ecclesiasticis, eis quomodolibet reservatis, seu assignatis, necnon Baccalaureatus, Licentiatuæ, Doctoratus, & Magisterii, ac quibusvis aliis in jure Canonico, vel civili, Theologia, seu Medicina, vel artibus, aut quavis alia facultate, gradibus, per eos, etiam antequam religionem ingrederen-

tur, obtentis, seu affectis, necnon quocunque ministerio Ecclesiastico, Apostolica auctoritate, tenore presentium, penitus & omnino privamus, ac ad illa & alia quacunque & qualiacunque in posterum obtinenda, seu fructus, redditus, & proventus Ecclesiasticos percipiendos, aut gradus assequendos perpetuo inhabilitamus, & ab executione quorumcunque Ecclesiasticorum, etiam sacrorum, & præsertim Presbyteratus ordinum, necnon omni ministerio Ecclesiastico prædicto perpetuo suspendimus, privatosque & inhabiles ac suspensos esse, necnon beneficia ipsa de jure & de facto, etiam ad hoc, ut eorum ordinariis collatores ea aliis libere conferre possint, & nisi ea infra tempus a Lateranensi Concilio statutum contulerint, collatio beneficiorum eorundem ad immediatum illorum superiorem, & demum ad nos, ac pro tempore existentem Rom. Pont. devolvatur, Patroni quoque eorundem beneficiorum personas idoneas, infra tempus a jure statutum, ad ipsa beneficia præstare possint, & nisi præstaverint, eorum libera collatio ad ordinarium spectet & pertineat, vacare, ac reservationes fructuum, reddituum, & proventus hujusmodi expirare decernimus, ita ut de cætero ipsi apostata, quamdiu vixerint, aliqua beneficia Ecclesiastica obtinere, vel aliquid officium Ecclesiasticum exercere, aut fructus, redditus, et proventus Ecclesiasticos, seu super illis pensiones annuas percipere vel exigere, seu curam animarum, vel aliquid ministerium Ecclesiasticum exercere, aut Sacramenta Ecclesiastica ministrare, seu Missam celebrare, aut prætextu ordinum, in quibus constituti erunt, aliquid facere, vel exequi nequeant, & provisiones, seu commenda, ac reservationes fructuum, reddituum, & proventus Ecclesiasticorum, necnon assignationes pensionum annuarum eis, etiam dicta auctoritate, etiam cum presentium, toto earum tenore inserta plenaria derogatione pro tempore facta, nulla sint, & irrita, ac viribus omnino careant, nec aliquid eis jus, aut titulum beneficia possidendi, aut fructus, redditus, & proventus, seu pensiones hujusmodi exigendi, vel percipiendi tribuant. Ipsique sic privati, inhabiles, & suspensi fructus suos non faciant, sed ad illorum restitutionem teneantur. Et nihilominus, si curam animarum exercere, vel Ecclesiastica Sacramenta ministrare, seu Missam celebrare, aut prætextu ordinum suorum prædictorum aliquid facere, aut aliquid ministerium Ecclesiasticum exequi præsumerint, tanquam suspensi ab executione ordinum suorum, & in illis contra suspensionem ipsam, & in contemptum clavium ministrantes condignis penis omnino puniantur.

Et ut omnis vagandi occasio apostatis hujusmodi tollatur, volumus & sancimus, quod quavis tam Ecclesiastica, quam secularis personæ, cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, & præminentie existant, etiam si Archiepiscopali, Patriarchali, aut alia majori Ecclesiastica dignitate, etiam Cardinalatus honore, seu Mundana, etiam Marchionali, Ducali, aut alia majori auctoritate, seu excellentia præfulgeant, aliquem apostatarum eorundem receptare, seu nutrire, vel illis, quo minus ad eorum monasterium, seu domum, vel alium locum regularem redeant, favorem aut auxilium, seu consilium præstare non præsumant, & si eos receptaverint, vel illis, ut præstetur,naverint, aut auxilium, seu consilium præstiterint, & per ordinarium loci, sub quo moram trahent, & per commissis non desisterint, sententiam excommunicationis eo ipso incurrant. Et si patroni alicujus beneficii Ecclesiastici, sive sint laici, sive clerici, aliquem ex eisdem apostatis ad beneficium de jure patronatus existens, tunc vacans præstaverint, præsentationes hujusmodi sint eo ipso nulla, irrita, & inanes, ac viribus careant, & ipsi patroni jure præsentandi alios ad eadem beneficia pro ea vice tantum privati existant. Quodque superiores ordinum, quos ipsi profecti fuerint, & ordinarii locorum, in quibus ipsi apostata pro tempore degent, tam conjunctim, quam divisim, eisdem apostatas, ut

a *Aldeea qua in c. 27. Concilii Agathensis & Trident. sess. 14. cap. 21. de refor. & sess. 25. c. 19. de regular.*

ad eorum monasteria redeant, requirere, & si ad dicta monasteria redire cessaverint, distulerint, vel recusaverint, eos secundum ordinis disciplinam, monitione prævia, per censuras Ecclesiasticas, & poenas, etiam corporis afflictivas, ad redeundum cogere & compellere possint, invocato etiam ad hoc si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Quod si regularis ordo hoc non patiar, auctoritate nostra providere valeant, ut talibus apud eadem monasteria in locis competentibus, si absque gravi scandalo fieri poterit, alioquin in aliis religiosis domibus ejusdem ordinis, ad agendam inibi poenitentiam, vita necessaria ministrantur. Si vero apostata hujusmodi se in his inobedientes præstiterint, sint etiam auctoritate nostra, majoris excommunicationis sententia eisdem innodari, & superiores sui eos excommunicatos esse declarent & nuncient, ac ut tales ab omnibus suis subditis nunciari & publicari faciant. Teneanturque ipsi apostata, e jusque ordinis, congregationis, & habitus fuerint, Birretum nigrum, duabus lineis albis extra confectis, & digito humano latis, ab una extremitate ad aliam extremitatem circumductis distinctum, & per totam ejus circumferentiam simili linea alba suffutum, ita ut omnes lineæ præfata oculis intuentium manifeste appareant, continue gestare. Et si sine birreto hujusmodi deprehensi fuerint, possint pro hujusmodi inobedientia, non solum per suos superiores, verum etiam per quoscunque, tam Ecclesiasticos, quam seculares Judices & magistratus, condignis poenis puniri, & ad delationem ipsius birreti, ut præfertur, distincti & suffulti, omnino compelli. Decentes, quod de cætero, qui aliquem ordinem approbatum, ut præfertur, tacite vel expresse professus fuerit, & se illi ordini non astrictum esse contenderit, vel alias quovis modo, sive retento, sive dimisso habitu, extra regularia loca ipsius ordinis de jure aliquo casu stare posse putaverit, vel quavis ratione aut prætextu super hoc postulaverit, seu supplicaverit, literas, quas a nobis seu officio poenitentiarie nostræ obtinebit, Cardinali protectori, seu vice protectori ipsius ordinis in curia residenti, & procuratori generali ordinis dirigat, & præsentari facere, ac coram eo in hoc negotio, cum plena causa cognitione procedere teneatur, alias omnia & singula, per ipsum professum in præmissis gesta, nullus sint roboris vel momenti, literaque aliis directæ nullam jurisdictionem tribuant. Quodque omnes & singula translationes de apostatis ipsi ad alium ordinem, etiam per nos, aut prædecessores nostros, vel per officium poenitentiarie hujusmodi hæcenus factæ, & quas deinceps fieri contigerit, nisi ad archidorem, vel parem ordinem factæ fuerint, & ipsi sic translati in monasteriis, in quibus regularis observantia vigeat, actu maneant, nullæ sint, & irritæ, ipsique sic translati ad pristinum ordinem, etiam si in ordinem, ad quem translati fuerint, professionem in eo emitti solitam emisissent, redire teneantur. Et si post unam & secundam monitionem, sibi a Prælatis seu superioribus ordinum, a quibus translati sunt, factam, redire distulerint aut neglexerint, liceat ipsis Prælatis, seu superioribus procedere contra eos, modo & mediis contra apostatas statutis. Et nihilominus præfatos sic translatos, & ut præfertur, non redeantes, administratione cujuscunque Ecclesiastici beneficii seu officii & prælaturæ perpetuo privamus.

## C A P. II.

*Apostatarum causa, & religiosorum extra claustra vagansium lites, ad Apostolicam decisionem evocantur.*

Pius IV.

Singulas lites & causas, hæcenus coram quibusvis ordinariis vel delegatis Judicibus, etiam in Rom. Cur. introductas, & in quacunque instantia contra dictos apostatas vel translatos, vel alias inter qualvis personas præmissorum occasione pendentes, etiam si instructæ sint, ad nos advocamus, ac causas, tam ad nos advocatas in statu & terminis, quibus reperiantur, reassumendas, necnon

quam & quas quæcunque persona Ecclesiastica & regularis, ac etiam secularis, necnon conventus, collegia, & universitates dictæ occasione sua in præmissis communiter vel divisim interesse putantes, contra dictos apostatas, vel translatos, aut alios quoscunque active vel passive, civiliter vel criminaliter, ac realiter & personaliter vel mixtim, habent & movent, aut habere vel movere valent & intendunt, cum omnibus & singulis incidentibus, dependent, emergent, annexis & connexis, totoque negotio principali, quoad professos, videlicet in alma urbe & ejus districtu alios in ea presentes, dilecto filio nostro Jacobo tituli S. Marie in Cosmedin. Presbytero Cardinali Sabello nuncupato, nostro in dictis urbe & districtu Vicario generali, seu ejus locum tenenti, extra Curiam vero ordinario loci, ac superiori monasterii, in quibus prima & originaria Professio per quemlibet ex apostatis & translatis prædictis emissâ assertur, necnon obtinenti primam dignitatem in Ecclesia cathedrali, seu Metropolitana, vel alii superiori loci hujusmodi, seu antiquiori Canonico pro tempore residenti, per eos conjunctim, visis in primis & diligenter inspectis & examinatis dispensationibus, facultatibus, licentis, & indulgis per eisdem apostatas & translatis quomodolibet obtentis, ac processibus desuper habitis, & causis in eis allegatis mature discussis, ac prout justum & æquum fuerit, verificatis & probatis, summarie simpliciter & de plano, ac sine strepitu & figura judicii, ac sola veritate inspecta, appellatione postposita, audiendi cognoscendi, & juxta juris & sacrarum constitutionum dispositionem sine debito terminandi, committimus & mandamus.

## C A P. III.

*Regulares non possunt audire confessiones secularium, nisi approbatione & inductu ordinariorum.*

Pius V.

Romani Pontificis providentia circumspècta, nonnquam gesta per eum rationabilibus & honestis suadetibus causis moderatur & commutat in melius, prout in Domino conspicit salubriter expedire. Nuper siquidem quasdam declarationes & moderationes, circa nonnulla Concilii Tridentini decreta, regulares personas ordinum mendicantium, eorumque instituta concernentia, edidimus & promulgavimus. Et quia, uti accepimus, illarum vigore sacerdotes regulares prædictorum ordinum quandoque minus idonei & inhabiles confessionibus secularium audiendis ab eorum superioribus præpositi, absque alia Episcoporum, sed sola Magistri ordinis generalis, aut provincialium ministrorum approbatione admittuntur. Nos super his, pro debito pastoralis officii, prout tenemur, salubriter providere volentes, tenore præsentium hac nostra constitutione perpetua sancimus, decernimus & declaramus, decretum Concilii Tridentini de approbatione regularium, audiendis confessionibus secularium præpositorum, ab Episcopis facienda observari debere, etiam in omnibus regularibus, quorumvis ordinum, etiam mendicantium, etiam sub regulari disciplina viventibus, etiam si sint lectores, aut in Theologia, etiam de superiorum suorum licentia graduati, vel promoti, vel a suis Magistris generalibus vel provincialibus, ministris, secularium confessionibus audiendis expositi. Volumus tamen eos, qui semel ab Episcopo in civitate & diocesis suis prævio examine approbati fuerint, ab eodem Episcopo iterum non examinari. Ab Episcopo autem successore, pro majori conscientie suæ quiete, examinari de novo poterunt. Inhibentes quibuscunque regularibus quorumvis ordinum etiam mendicantium, ut præfertur, ne vigore deputationis & approbationis ab eisdem magistris & ministris provincialibus etiam quod illarum occasione ab ordinariis hucusque tolerati fuerint, absque speciali a

a Concil. Trident. sess. 24. c. 7.

posterior licentia & approbatione ab ordinariis obtinenda, secularium confessiones audire præsumant. Romæ 8. Id. Aug. 1571.

TITULUS XIX.

DE MONIALIBUS.

CAP. I.

*Moniales a decimarum & subsidiorum, aliorumque onerum impositione exemptæ sunt.*

Pius IV.

**D**E statu Ecclesiarum & monasteriorum quorumlibet, curæ nostræ divina dispositione commissorum, paternæ diligentia cogitantes, ad ea per quæ illorum, ac personarum præsertim foeminei sexus in illis sub regulari castimonia Altissimo famulantium statui & opportune subventioni valeat salubriter provideri, ipsæque personæ, semotis perturbacionib. universis, in pacis & quietis amenitate divinis officiis nobertius vacare valeant, libenter attendimus, ac in iis nostris pastoralis officii partes favorabiliter impartimur. Hinc est, quod nos motu proprio, non ad alicujus nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, omnes & singulas Abbatissas, Priorissas, Ministras, Moniales, & Sorores quorumcunque monasteriorum, domorum, & regularium locorum monialium, & fororum quorumvis Cister. Præmonstratren. sanctæ Claræ, necnon sancti Benedicti, & sancti Augustini, ac tertii ordinis sancti Francisci, & aliorum quorumvis ordinum, etiam sub eorum & regimine, ac secundum regularia instituta fratrum Minorum de observantia nuncupatarum, & Eremitarum ejusdem sancti Augustini degentium in Lombardia, & quibuscunque aliis Italiæ partibus consistentium, ipsaque monasteria, domos & loca, deductis quatuordecim ducatis auri de Camera, pro victu cujuslibet monialis seu sororis, alios redditus non habentia, eorumque possessiones, & alia quæcunque bona, mobilia & immobilia quæcunque, decimarum & subsidiorum ac aliorum onerum quomodolibet nuncupatarum, per nos & sed. Apostolicam, seu ejus legatos & nuncios, aut quoscunque alios quavis auctoritate fungentes, etiam pro expeditione contra Turcas, vel fidei tuitione, ac fabricæ basilicæ Principis Apostolorum de urbe, aut quavis alia urgentissima causa, pro tempore inpositorum solutione, ex certa nostra scientia, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, in perpetuum prorsus eximimus & liberamus. Et nihilominus omnibus & singulis collectoribus, subcollectoribus, ac commissariis, necnon quibuscunque aliis ad decimarum & subsidiorum hujusmodi exactiorem deputatis, & pro tempore deputandis, in vixtute sanctæ obedientiæ, & sub nostræ indignationis, ac excommunicationis latæ sententiæ pœna, districtius inhibemus, ne Abbatissas, Priorissas, Ministras, Moniales, & Sorores, domos, monasteria, & loca prædicta, etiam vigore quorumcunque literarum a nobis, vel sede prædicta pro tempore emanatarum, etiam si in eisdem contineatur, quod ad quavis exempta, domos, monasteria, & loca se extendant, vel alterius cujuscunque tenoris existant, ipsius sedis sibi concessæ facultatis, nisi de præsentibus earumque toto tenore, ac de dictis ordinibus & nominibus, quibus dictorum ordinum cura, gubernatio, & protectio pro tempore commissæ fuerint, plenam & expressam, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes fecerint mentionem, ad solvendum decimas, seu subsidia, aut onera hujusmodi, quovis modo cogere aut compellere, seu alias præmissorum occasione, eas molestare seu inquietare præsumant. Romæ Non. April. 1560.

CAP. II.

*Clausura obstringuntur moniales tacite vel expresse religionem professæ, & earum receptiones ad ordinem, clausura obligatione violata, irrita sunt & inanes.*

Jur. Canon. Tom. II.

Pius V.

**C**irca pastoralis officii nobis, meritis licet imparibus, desuper commissi curam (quantum nobis ex alio permittitur vigilantes, assidue ad ea, per quæ singulis erroribus & excessibus obviatur, ac personis quibuslibet, præsertim foeminei sexus virginitatem suam Altissimo voventibus, sub religionis jugo Christo Salvatori in castitatis holocausto famulari affectantibus, a semina justitiæ & honestatis declinantibus, ne quicquam in eis reperitur incongruum, quod in regularis ponat honestatis gloria maculam, & divinam merito possit offendere majestatem, opportune succurritur, libenter intendimus, ac in his nostræ vigilantia partes propensius impertimur, prout id in Domino salubriter expedire conspiciamus. Hac igitur perpetuo valitura constitutione, inherentes etiam constitutioni sel record. Bonifacii papæ VIII. prædecessoris nostri, quæ incipit, Periculoso, & decretis Concilii Tridentini super clausura monialium editis, auctoritate Apostolica, tenore præsentium statuimus, atque perpetuo decernimus, universas & singulas moniales, præsentis atque futuras, cujuscunque religionis, ordinis, vel militiarum, etiam Hierosolymitan. sint, quæ vel jam receptæ sint, vel in posterum in quibusvis monasteriis sive domibus recipiantur, & tacite vel expresse religionem professæ, etiam si conversæ, aut quocunque alio nomine appellentur, etiam si ex institutis vel foundationibus earum regula ad clausuram non teneantur, nec unquam in earum monasteriis seu domibus, etiam in immemorabili tempore conservata non fuerit, sub perpetua in suis monasteriis seu domibus de cetero debere permanere clausura, juxta formam dictæ constitutionis sel record. Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris nostri, quæ incipit, Periculoso in sacro Concilio Trident. approbatæ & innovatæ, quam nos auctoritate præfata etiam approbamus & innovamus, in omnibus & per omnia, ac illam districtè observari mandamus. Quod si aliquæ moniales forsitan reperiantur, quæ consuetudine etiam immemorabili, aut instituto vel fundatione regulæ suæ fretæ, animo obstinato huic clausuræ resistant, aut quoquo modo reluctentur, ordinarii una cum superioribus earum omnibus juris & facti remediis compellant easdem, tanquam rebelles & incorrigibiles, ad præcise subeundum dictam clausuram, & perpetuo observandam. Mulieres quoque, quæ Tertiaris, seu de penitentia dicuntur, cujuscunque fuerint ordinis, in congregatione viventes, si & ipsæ professæ fuerint, ita ut solemne votum emiserint, ad clausuram præcise, ut præmittitur, & ipsæ teneantur. Quod si votum solemne non emiserint, ordinarii, una cum superioribus earum, hortentur, & persuadere studeant, ut illud emittant & profiteantur, ac post emissionem & professionem eidem clausuræ se subjiciant: quod si recusaverint, & aliquæ ex eis inventæ fuerint scandalo vivere, severissime puniantur. Ceteris autem omnibus, sic abique emissionem professionis & clausuræ vivere omnino volentibus, interdiximus & perpetuo prohibemus, ne in futurum ullam aliam prorsus in suum ordinem, religionem, congregationemve recipiant. Quod si contra hujusmodi hanc nostram prohibitionem, & decretum aliquas receperint, eas ad sic vivendum omnino inhabiles reddimus, ac illarum quælibet professiones & receptiones irritas decernimus & nullas, prout etiam præfati decreto irritas facimus, & annullamus. Porro ne moniales vel tertiaris prædictæ, propter hanc clausuram, detrimentum aut incommodum aliquod in eorum necessitatibus, maxime in pertinentibus ad illarum victum, patiantur, sed et eis opportune consulatur, auctoritate Apostolica præfata statuimus.

a Bonifacio VIII. e. periculoso, de statu regularium in 6.

Aaa

Ratuimus, decernimus, præcipimus, atque mandamus ordinariis & superioribus earum, ut curent, colligi fidelium eleemosynas, per conversas, quæ non sint professa, vel si professa fuerint, sint tamen ætatis annorum quadraginta, & in domibus contiguis extra tamen monasterium degant, & non ingredientur clausuram aliarum monialium, nisi in casibus ex earum constitutionibus permittis, & de earum domibus exire non possint pro huiusmodi eleemosynis colligendis, nisi de licentia ordinarii, vel earum superiorum. Et de cætero nulla alia conversæ professa recipi amplius, etiam de consensu suorum superiorum vel prælatorum possint. Quod si adversus hanc nostram prohibitionem receptæ fuerint, illarum receptio nulla, irrita, & inanis sit, prout ex nunc nullam, ac irritam facimus & annullamus. Quod si prædicto modo necessitatibus monialium & mulierum terrarum prædictarum succurri sufficienter non poterit, mandamus ipsis ordinariis & superioribus earum, ut ipsi provideant de aliis personis piis, & Deo devotis, quæ fidelium eleemosynas colligant, vel alias eo meliori & commodiori modo, quo fieri poterit, etiam ex opere manuum ipsarum monialium & mulierum prædictarum, arbitrio ordinariarum & superiorum earundem, prout eis congruentius expedire videbitur, provideatur & succurratur. Et ne propter monialium numerum excessivam clausuræ observatio violetur, inhærentes etiam similiter dispositioni dictæ constitutionis Bonifacii, & Concilii Tridentini decreto, monialibus prædictis, & illarum superioribus & ordinariis districte inhibendo præcipimus & mandamus, ne plures in earum monasteriis recipiant & admittant, sive recipi & admitti permittant, quam ex propriis redditibus ipsorum monasteriorum, vel consuetis eleemosynis commode sustentari possint. Mandantes propterea, in virtute sanctæ obedientiæ, sub obstaculo divini iudicii & interminatione maledictionis æternæ, universis venerabilibus fratribus, Patriarchis, Primaribus, Archiepiscopis, & Episcopis, quatenus in civitatibus & diocæsi propriis nostras publicari faciant, ac in monasteriis monialium sibi ordinario iure subiectis, in his vero quæ ad Romanam, mediate vel immediate spectant Ecclesiam, sedis Apostolicæ auctoritate, una cum superioribus eorundem monasteriorum, clausuram, ut præmittitur, quamprimum poterint, servari procurent, contradicentes atque rebelles, per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Ac, ut hoc tam salutare decretum facilius observetur, omnes Principes seculares, & alios dominos, & magistratus temporales rogamus, requirimus, & obsecramus per viscera misericordiæ Domini nostri Jesu Christi, eisdem in remissionem peccatorum injungentes, quod in præmissis omnibus, eisdem Patriarchis, Primaribus, Archiepiscopis, & Episcopis, & aliis monialium superioribus assistant, ac suum favorem & auxilium præstent, ac impediendo poenis etiam temporalibus afficiant.

## C A P. III.

*Incendii, infirmitatis, lepra, vel Epidemii necessitate, monialibus egrediendi a clausura non denegatur postulata facultas.*

Idem.

**D**Ecori & honestati omnium sanctimonialium, quarum Jesus Christus Dominus noster sponfus est, ut in puritate & castitate superædificantes in ipso feliciter habitare valeant, consulentes, ea quæ illarum existimationi detrudere possent, decet nos consulto summovere. Sane periculo & scandalo plena res est, ac regulari observantiæ vehementer adversatur, sanctimonialia aliquando parentes, fratres, sorores, aut alios agnatos vel cognatos, necnon monasteria, & alia, filiationes nuncupata, etiam eis subiecta visitandi, aut infirmitatis causa, alioc

prætextu a monasteriis exire, & per secularium personarum domos discurrere & vagari, quo veluti colore exitium quoque honestatis & pudicitia decus in discrimen committunt. Unde nos malo huic, pro nostro pastoralis officii debito, salubriter occurrere volentes, inhærentes etiam decreto sacri Concilii Tridentini, de clausura monialium disponenti, ac aliis nostris literis super huiusmodi clausura editis adjicientes, volumus, sancimus, & ordinamus, nulli Abbatissarum, Priorissarum, aliarumque monialium, etiam Carthusiensium, Cisterciensium, sancti Benedicti, & mendicantium, & quorumcunque aliorum ordinum, etiam militiarum, ac itarum, graduum, conditionum, dignitatum, ac præmientiarum existentium, etiam a Regia vel illustri profapia ortarum, de cætero etiam infirmitatis, seu aliorum monasteriorum, etiam eis subiectorum, aut domorum, parentum, aliorumque consanguineorum visitandorum, alioc occasione, & prætextu, nisi ex causa magni incendii, vel infirmitatis, lepræ, aut Epidemii, quæ tamen infirmitas, præter alios ordinum superiores, quibus cura monasteriorum incumbet, etiam per Episcopum, seu alium loci ordinarium, etiam si prædicta monasteria ab Episcoporum & ordinariarum jurisdictione exempta esse reperiantur, cognita & expresse in scriptis approbata sit, a monasteriis præfatis exire, sed nec in prædictis casibus, extra illa, vix ad necessarium tempus stare licere. Aliter autem, quam ut præfertur, egredientes, seu licentiam exeundi quomodocumque concedentes, necnon comitantes, ac illarum receptatrices personas, sive laicas, aut seculares, vel Ecclesiasticas, consanguineas vel non, excommunicationis majoris lætæ sententiæ vinculo, statim corpore absque aliqua declaratione subiacere, a quo præterquam a Romano Pontifice, nisi in moris articulo, absolvi nequeant; & insuper tam egressas, quam præfatas & alios superiores prædictos, eis licentiam huiusmodi concedentes, dignitates, officia, & administrationibus, per eas & eos tunc obtentis, privamus, & illas & illos ad obtenta, & alia in posterum obtinenda inhabiles, necnon licentias & facultates, seu indulta & privilegia exeundi a monasteriis, & extra illa standi, a nobis, seu alio Romano Pontifice prædecessore nostro, ac sedis Apostolicæ Nuntiis & Legatis, etiam de latere, ac majore penitentiario, aut ordinum prædictorum superioribus, aliisque personis, sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusvis reitutivis, præservativis, mentis attestativis, etiam novam gratiam & datam concedentibus, aliisque efficacioribus & efficacissimis ac insolitis clausulis, irritantibusque & aliis decretis in genere vel in specie, etiam motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam Imperatoris, Regum, Ducum, & aliorum Principum, necnon S. R. E. Cardinalium intuitu, & contemplatione, ac instantia, vel alias quomodolibet concessa (quæ profuso aboleamus) ac literas desuper confectas, & in posterum concedendas & faciendas, nullas & invalidas, nulliusque roboris, ac momenti fore, nec illas habentibus & habituris suffragari posse, & ita per quoscunque Judices & Commissarios, quavis auctoritate fungentes, sublata eis & eorum cuilibet alteri iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari & diffiniri debere, irritum quoque & inane, quicquid secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Rom. Cal. Febr. 1569.

## C A P. IV.

*Prælati & alii monasteriorum monialium curam habentes in casibus tantummodo urgentis necessitatis parvo comitatu ea ingredientur.*

Gregorius XIII. ex Concilio Tridentino.

**D**Ubbis, quæ emergunt, declarationis remedium expedit adhibere. Cum igitur super eo, quod optima primum ratione Concilium sancit Tridentinum, & inde

in

in constitutione fel. record. Pii Papæ V. prædecessoris nostri, Nonis Julii, Pontificatus sui anno tertio, atque item nostra, Idibus Junii, Pontificatus nostri anno quarto, editis, fuit provifum, ne cui in posterum, nisi in casibus necessariis, septa monasteriorum monialium ingrediendi concederetur licentia, a nonnullis dubitatum fuisse sciamus, circa personas, quæ alterius ad id licentia non indigent, sed sui auctoritate officii utuntur, an liceat eis pro libito suæ voluntatis hujusmodi septa ingredi, vel potius servare debeant ipsi quoque regulam a Concilio præscriptam. Nos omnem hesitationi materiam tollere, & viam scandalis præcidere, ac sanctimonialium quieti consulere volentes, harum tenore, auctoritate Apostolica declaramus, Prælatos omnes, tam seculares quam regulares, quibus cura & regimen monasteriorum monialium quovis modo incumbit, facultate sibi ex officio attributa ingrediendi monasteria prædicta, ita de-

num uti posse, si id faciant in casibus necessariis, & a paucis iisque senioribus, ac religiosis personis comitati. Quocirca universos & singulos Episcopali, seu majori, ac etiam Cardinalatus dignitate præditos, necnon quorumvis ordinum Abbates, Priores, ministros, & alios quoscunque superiores regulares serio monemus, ut facultate hujusmodi, qui eam habent, præterquam in casibus, ut præfertur, necessariis, nequaquam utantur. Quod si contrafecerint, eadem auctoritate Apotol. statimur atque decernimus, qui Pontificalis dignitatis fuerint, eos pro prima vice, qua contrafecerint, ingressu Ecclesie interdictos, pro secunda a munere Pontificali & a divinis suspensos, ac deinceps ipso facto, absque alia declaratione, excommunicatos existere, regulares vero omni officio ac ministerio privatos, excommunicationi similiter subiacere. Rom. 23. Dec. 1581.

FINIS LIBRI TERTII.

S E P T I M I

DECRETALIUM

LIBER QUARTUS.

TITULUS I.

DE MATRIMONIIS ET  
SPONSALIBUS.

C A P. I.

*Qui spe obtinenda dispensationis matrimonium contrahunt in gradibus prohibitis, in posterum Pontificia gratia per hujusmodi dispensationes non gaudeant, etiamsi ex copula sequuta sit proles.*

Paulus IV.

**A**B ea ipsa die, qua divina bonitas nos ( licet tanto oneri impares ) regenda universali ejus Ecclesie præficere dignata est, nunquam cessavimus cogitare, quo pacto singuli abusus nostrâ diligentia tollerentur, diversas superinde constitutiones juxta casuum exigentiam quotidie promulgando & publicando. Hinc est, quod cum ( sicut nobis nuper innovuit ) a nonnullis annis citra introductum sit, ut qui matrimon. in secundo consanguinitatis vel affinitat. gradu contrahere anhelant, scientes se dispensationem a sede Apostolica super hujusmodi matrimon. contrahendo obtinere non posse, sub fiducia illam super eodem matrimon. postquam contractum fuerit, reportandi, matrimon. ipsum de facto contrahant, & carnali copula consumunt, excommunicat. sententiam, in Concil. Vien. contra matrimon. in gradibus prohibitis scienter, contrahentes promulgaram, damnablem incurrendo. Et deinde sub prætextu, quod si divorcium fieret inter affines scandala possent verisimiliter exoriri, & mulier

perpetuo diffamata remaneret, absolutionem necessariam, & dispensationem opportunam, quas sibi debitas concedi exposculent, si que absolutionem, dispensationem ( quas alias non obtinerent ) eo prætextu ut plurimum reportent in scandalum plurimorum. Nos considerantes præmissa causam tribuere delinquendi; & incestum committendi, & ex delicto, loco pœnæ, commodum, & appetitus satisfactionem reportari, malitiis hominum occurrere volentes, per has nostras omnibus innotescere volumus, quod nos lapso tempore, infra quod notitia presentium in partibus, ex quibus similes dispensationes peti contingit, verisimiliter haberi poterit, absolutiones & dispensationes hujusmodi ex prætextu prædicto, etiam si proles ex matrim. sic contracto subsecuta fuerit, nullatenus, sed solum ex causa urgentissima pro bono publico, & a jure considerata, per nos tantum, & non alium approbanda, concedemus, & quod dispensationes ex alia causa nostris temporibus perpetuo exulabunt, quod nobis licere non patiamur, nostris successoribus indicantes. Rom. Idib. Dec. 1555.

( Eandem constitutionem prius Clemens VII. insulit, quam habes infra cod. cap. 3. )

C A P. II.

*Publica beneficii, qua ex sponsalibus contrahitur, impedimenti nullus aut purum frequens est usus, quoniam sponsalia de futuro quam rarissime sunt, longeque major sit prohibitionis ratio in matrimonio per verba de presenti contracte, quam in sponsalibus de futuro.*

AAA

Pias



## Pius V.

**A**d Romanum spectat Pontificem, sua sollicitudine diligenter providere, ut sacrorum Conciliorum decreta ita sua declarationis adminiculo dilucidentur, quod nulla desuper dubitandi occasio cuiquam relinquatur.

Sane ad aures nostras pervenit, multos esse, qui dubitent, an decretum oecumenici Concilii Tridenti sessione vigesima quarta, de reformatione matrimonii cap. 3. quo cavetur impedimentum publicæ honestatis, ubi sponsalia valida non fuerint, prorsus tolli; ubi vero valida fuerint, non excedere primum gradum, cum in alterionibus gradibus non possit huiusmodi prohibitio servari, de sponsalibus per verba (ut ajunt) de futuro tantum conceptis intelligatur, vel etiam matrimonia per verba de presenti contracta, non tamen consummata, quæ interdum sponsalia appellentur, comprehendat, ita ut etiam eo casu impedimentum inde proveniens sublatum fuerit.

Nos itaque, ut omnis difficultas, dubitatioque tollatur, attendentes, quod sponsalium appellatio, qua dictum Concilium utitur, non nisi improprie matrimonium verbis de presenti conceptis contractum contineatur, quodque agitur de correctione juris veteris, quo casu secundum proprietatem verborum duntaxat procedendum est, præsertim cum longe majorem rationem prohibitionis in matrimonio, per verba de presenti contracto, quam in sponsalibus de futuro, vigere a nemine dubitetur: idcirco motu proprio, auctoritate Apostolica, renovere præsentium declaramus & diffinimus, decretum Concilii huiusmodi omnino intelligendum esse, & procedere in sponsalibus de futuro duntaxat, non autem in matrimonio sic (ut præfertur) contracto, sed in eo durare adhuc impedimentum, in omnibus illis casibus, & gradibus, quibus de jure veteri ante prædictum decretum Concilii introductum erat.

## C A P. III.

*Qui intra gradus prohibitos scienter matrimonium contrahere præsumpserit, spe dispensationis consequenda carere debeat.*

## Clemens VII.

**O**uia plerumque in futurorum eventibus imbecillitas humani iudicii adeo fallitur, ut quod utile non solum conjectura, sed etiam attentæ & providæ considerationi pollicebatur, id prorsus inutile, ac animarum salutis maxime damnosum reperitur, propterea nonnunquam expedit, ut gratia, quæ olim consulto, & rationabili de causa concedi videbantur, multo consultius in posterum denegerentur, id quod necessitas præsentis provisionis evidenter ostenderet. Sane postquam fel. record. Clemens b. Papa V. prædecessor noster, in Concilio Viennensi eos, qui divino timore postposito, in gradibus consanguinitatis & affinitatis contra canonicas sanctiones matrimonia scienter in suarum periculum animarum contrahere præsumpserint, excommunicationis sententiæ ipso facto deererat subiacere, præcipiendo Ecclesiarum prælatis, ut tales, tamdiu excommunicatos publice nunciarent, seu nunciari facerent, donec separarentur ab invicem, & beneficium absolutionis obtinerent. Sedes Apostolica & Romani Pontifices prædecessores nostri, considerantes gravia oriri posse scandala, si matrimonia huiusmodi scienter contracta & carnali copula consummata per divortium dirimerentur: ad obviandum huiusmodi scandalis & ne-

mulieres perpetuo diffamata remanerent, inducebantur ad dispensandum cum illis, qui in gradibus huiusmodi prohibitis, matrimonia ipsa scienter contraxissent. Propter quod multi volentes in gradibus prohibitis matrimonia contrahere, ac sperantes veniam & absolutionem ac dispensationem a sede prædicta facilius obtinere posse, illa passim contrahere, & carnali copula sub ea spe consummare præsumpserunt. Quæ abusus & corruptela, cum tamdiu, propter inveteratam hominum malitiam, & nimiam dista sedis in absolviendo ac dispensando facilitatem, adeo creverit, ut cupientes in gradibus prohibitis huiusmodi contrahere, nullo pacto id facere vererentur, & unde scandalis remedia petebantur, inde scandalorum materia & occasio nata videatur. Nos, quorum interest agere Domini ita colere, ut virtutes in eo crescant, abusiones vero quæcunque tollantur, ac malis moribus via & aditus omnis præcludatur, huiusmodi fraudibus & dolis, per quos multi dispensationes in præjudicium animarum a nobis extorquerent, ac clementia & misericordia Apostolica sub spe veniæ, ut experientia rerum magistra docet, peccandi viam pandit, abuti non cessent, obviare volentes, habita super his cum fratribus nostris matura deliberatione, de ipsorum fratrum consilio, omnibus denuntiandum seu intimandum duximus, quod in posterum cum illis, qui in gradibus prohibitis matrimonia scienter contraxerint, etiam si illa consummaverint, non intendimus dispensare, sed illa (scandalis, quæ oriri posse formidaretur, minime attentis) omnino separari mandabimus, absolutionem duntaxat petentibus misericorditer concessuri, cum gratia dignus non sit, qui canonum conditorem contemnit, illique cum animæ suæ detrimento injuriam facit. *Roma 16. Calend. Septembr. 1524.*

## TITULUS II.

## DE CONSANGUINITATE ET AFFINITATE.

## C A P. I.

*Gradus consanguinitatis, qualitates remotiores & propinquiores, sunt in dispensationibus.*

## Pius IV.

**S**anctissimus in Christo pater & Dominus Pius (divina providentia) Papa IV. ad cuius notitiam pervenit, quod multi viri, mulieresque invicem diversis consanguinitatis seu affinitatis gradibus, ex communi seu ab eodem stipite surgentibus conjuncti, matrimonio vinculo copulari cupientes, dispensationem super remotiori gradu a sanctitate sua, & Rom. Pontificis pro tempore existentis, vel sed. Apostoli solent impetrare, absque eo, quod dispensanti aliquam gradus propinquioris, qui forsitan expressus Pontificem aut sedem a dispensando vel averteret, vel certe retardaret, cognitionem suggerant, literas postmodum super gradu propinquiori declaratorias, juxta constitutiones fel. rec. Greg. XI. & Clem. VI. Rom. Pont. sanctitatis suæ prædecessorum desuper respective editas, infesto dispensante expediri procurantes. Circumspectus deinceps in huiusmodi dispensationibus concedendis procedere, ac propterea cuncta prorsus obstacula, & quicquid dispensationi concedendæ verisimiliter obesse possent, ne videretur aliquid ab ipso dispensante rerum ignaro, contra mentem suam, in animarum contrahentium periculum emergat, clarius iudicati, sequæ de singulis obstaculis plene certiorari volens. Quod in quibuscunque dispensationibus, quas pro matrimonio, scienter vel ignoranter contracto vel contrahendo, in quibusvis prohibitis consanguinitatis & affinitatis, seu mixtis gradibus, ab eadem sanctitate sua, vel quovis Romano Pontifice successore suo pro tempore existente, seu

*a Philip. Franc. c. ex sponsalibus de sponsal. in 6. b. Clem. l. in Conc. Vienn. ut habetur in Clem. sit. 1. c. 1. de consang. & affinit. decretum tulit, quo scienter contrahens matrimonium in gradu consanguinitatis vel affinitatis prohibito, vel cum moniali, excommunicatur ipso jure, & publicari debet & vitari. de hac re vide Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 5. & Bazariontin. tract. de excommunic. cap. 34. Covarrubias. 4. part. d. c. 3. §. 2. num. 8.*

dicta sede impetrari, vel alias etiam motu proprio concedi contingerit, commissionibusque desuper etiam ordinatis locorum faciendis, ac literis quibusvis inde conficiendis, non solum de remotiori, sed etiam de proximiori, aut de proximioribus gradibus, quicunque illi fuerint, eorumque distantia, specialis & expressa mentio fieri debeat. Alioquin dispensationes, declarationes, ac inde conficiendæ literæ hujusmodi, processibusque habendi per eandem, nullius sint roboris vel momenti, & pro infectis habeantur, Constitutionibus prædecessorum hujusmodi, ceterisque contrariis, nequaquam obstantibus, hac sua perpetuo validura sanctione, auctoritate Apostolica statuit & ordinavit. Sicut per quoscunque Judices & commissarios, etiam S. R. E. Cardinales, sublata eis quavis aliter iudicandi & interpretandi facultate, iudicari, & diffiniri debere. Ac quicquid fecerit super iis a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter attentari contingerit, irritum & inane decrevit.

## C A P. II.

*Declarationis Concilii Tridentini, circa impedimenta cognationis spiritualis, & affinitatis ex fornicatione, quoad matrimonia post confirmationem Concilii contracta & decernenda.*

## Pius V.

Sanctissimus in Christo pater ac Dominus Pius (divina providentia) Papa V. ad cuius notitiam pervenit, quod, cum in decretis sacri Concilii Tridentini certarum personarum enumerentur, inter quas duntaxat cognatio spiritualis deinceps contrahatur, ab aliquibus revocatur in dubium, an qui ultra personas in dictis decretis enumeratas a quoquomodo cognatione spirituali ante confirmationem dicti Concilii conjuncti erant, absque dispensatione Apostolica matrimonium post dictam confirmationem contrahere poterint, ac hodie & de cetero contrahere possint, cum ante prædictam confirmationem id facere de jure minime liceret.

Et insuper cum in eisdem decretis statuatur, affinitatem, quæ ex fornicatione contrahitur, in illis solummodo attendi debere, qui primo vel secundo affinitatis gradu conjunguntur, ab aliquibus pariter dubitetur; An matrimonia inter personas, quæ ante confirmationem dicti Concilii tertio vel ulteriori hujusmodi affinitatis gradu conjunctæ erant, post confirmationem ejusdem Concilii, absque dispensatione Apostolica, contracta, & quæ deinceps contrahi contingerit, dirimi debeant.

Sanctitas sua, ad tollendum omne dubium, eos, qui ante confirmationem prædicti Concilii cognationem spirituales contraxerant, dummodo non sine ex personis in dictis decretis enumeratis, & inter quas tantum Concilium voluit deinceps contrahi hanc cognationem spirituales, matrimonium vinculo inter se, absque dispensatione aliqua, libere & licite copulari posse, ac matrimonia etiam post confirmationem hujusmodi, absque dispensatione sedis Apostolicæ inter eas jam contracta valere, plenamque roboris firmitatem obtinere. Et similiter matrimonia post confirmationem Concilii, absque dispensatione Apostolicæ, sequuta, & quæ de cetero sequentur, inter personas, quæ ante dictam confirmationem, affinitatem (infra tamen secundum gradum ex fornicatione proveniente) contraxerant, propter hujusmodi affinitatem dirimi non debere, sed valida & efficacia existere declaravit.

*a Concilio Trid. sess. 24. de reform. matrim. b De agnatione spirituali vide Hostiens. lib. 4. sum.*

## ANIMADVERSIO AD LECTOREM.

Juris Pontificii librorum is, qui tractas de matrimonio & persinensibus ad conjugia, brevior semper & compendiosior est, quamobrem ut hic septimus decretalium responderet, quarti libri coronidem hic adscripsimus. Qui vero consanguinitatis & affinitatis voluerit latius investigare singulares regulas, adeat finem Epistolæ decret. hujus editionis, ubi declaratur arbor consanguinitatis.

F I N I S L I B R I Q U A R T I.

Sui. Canon. Tom. II.

A a a j

SEPTIMI

## C A P. III.

*Declaratio circa impedimenta cognationis spiritualis.*  
Idem.

Cum illius vicem, licet minime suffragantibus meritis, geramus in terris, de cuius vultu prodit iudicium, & vident oculi æquitatem, officii nostri debitam prosequimur actionem, si obsecros sacrorum canonum sensus ita aperire studemus, ut piis Christi fidelium mentibus nulla dubitandi occasio relinquatur.

Sane licet ex eo, quod in Concilio Tridentino decretum fuerit, cognationem spirituales inter eos tantum contrahi, qui suscipiunt baptizatum a de baptismo, ac baptizatum ipsum, & illius patrem & matrem necnon baptizantem & baptizatum, baptizatiq. patrem & matrem, in reliquis personis, quæ per antiquos canones occasione cognationis hujusmodi contrahere prohibebantur, omne impedimentum sublatum esse videatur, adhuc tamen ab aliquibus dubitari accepimus, an saltem impedimentum cognationis spiritualis hujusmodi inter maritum vel uxorem suscipientis, & baptizatum, necnon inter maritum vel uxorem suscipientis, & patrem ac matrem baptizati vigeat, propterea quod prohibitum de uno conjugio, de altero etiam prohibitum esse videatur.

Nos piarum mentium quieti, & matrimoniorum favori ( quantum ex alto nobis permittitur ) consulere volentes, a præcis verbis Concilii minime discedendum in præmissis esse, censuimus. Et propterea nullum amplius impedimentum, ratione cognationis hujusmodi, subesse decernimus, & declaramus, quo minus inter dictos maritum vel uxorem suscipientis, & baptizatum, baptizatiq. patrem & matrem, & quascunque alias personas, tam ex parte suscipientis, quam baptizantis & baptizati, in dicto Concilio nominatim non expressas, matrimonium libere & licite contrahi possit, & ita ab omnibus iudicari debere mandamus atque statuimus.

## C A P. IV.

*Tertia declaratio, circa impedimenta cognationis aut affinitatis ex fornicatione.*

## Idem.

Ad Romanum Pontificem spectat, canonicas sanctiones, quæ expressiore sensum postulare videntur, re diligenter perspecta declarare, & alias providere, ut omnis dubitatio de piis Christi fidelium mentibus, evellatur. Sane postquam ex eo, quod Tridentina Synodus impedimentum affinitatis ex fornicatione proveniens, per quod non solum matrimonium contrahi prohibetur, sed etiam postea factum dirimitur, ad eos tantum retrinxit, qui primo & secundo gradu conjunguntur, in ulterioribus vero gradibus statuit, matrimonium postea factum non dirimi a plaribus Christi fidelibus, ut accepimus, est dubitatum, an licet in ulterioribus gradibus hujusmodi matrimonium contractum non dirimatur, adhuc tamen juxta antiquos canones contrahi prohibeatur.

Et propterea nos omnem ambiguitatem tollere, & animarum tranquillitati, ac matrimonii libertati, quantum cum Deo possumus, consulere volentes, declaramus & Apostol. auctoritate decernimus, nullum hodie impedimentum remanere, quo minus in ulterioribus gradibus hujusmodi libere & licite matrimonium contrahi possit.

*a Vid. cap. non plures. de cons. dist. 4. & c. quamvis. de cognat. spirituali in 6. c. super quibus. c. pffaciunt. & c. fin. 30. q. 3. c. 1. super eo. & fere per totum, de cognat. spirit. cap. 1.*

S E P T I M I  
D E C R E T A L I U M  
L I B E R Q U I N T U S .

T I T U L U S I  
D E J U D A I S .  
C A P . I .

*Hebraeorum & Judaeorum filii, invitis parentibus, Christiani & orthodoxi non inficiantur aut baptizentur, nemini siquidem ad credendum vis inferri debet.*

Julius III.

**E**piscope eorumque Vicariis & officialibus, ac quibusvis aliis personis, tam Ecclesiasticis, quam secularibus expresse inhibemus, ne Judaeorum filios, tam maies quam foeminas, ipsis parentibus invitis, violenter auferre seu subducere, nec praeter formam sacrosancti canonum quomodolibet baptizare debeant vel praesumant. Romae 8. Jun. 1551.

C A P . II .

*Evangelium predicandum Judaeis, & non versi infideles rudimentis fidei debent initiari.*

Nicolaus III. generali ordinis Praedicatorum.

**V**ineam Soreth velut electam plantavit dextera Dei patris, & omne semen verum seminavit in ipsa, Angelica custodia sepius illam, lapides nocivos abiecit ex ea. Hanc de Aegypto in luto & latere, sub jugo Pharaonis oppressam in lignis & prodigiis transferens, dux itineris ejus exiens, in terram promissionis adduxit. Vineam Domini exercituum domus Israel est, viti Juda delectabile germen ejus. Hanc si mire translata, quasi adhuc eorum campum vomere legali proficiens, propheta doctrina fulcavit, & ut ipsam ad maturam frugem, i. e. ad regenerationis gratiam prepararet. Sed, proh dolor! peccatorum spinis obrita, nullum imbrem gratiae spiritalis excipiens, quae sperabatur, ut uvae educeret, lambruscas eduxit: unde sperabatur judicium, processit iniquitas: unde iustitia, inde clamor. Haec est vinea in qua fieri arbor, scilicet synagoga Judaeorum plantata, Evangelica veritate describitur: cujus plantator Christus, coetus Apostolicus cultor exiit. Haec triplici tempore, quasi tribus annis, ut fructum produceret expectata, instructuosa reperta, cultori succidenda praedicta. Nam nec tempore circumcisionis praedictum deducta, quia circumcisionem animae non quaerebat: nec sanctificata per legem, quia per eam tantum carnalia sequebatur: nec tandem justificata per Evangelii gratiam, quia gratia recipere noluit: quia potius latorem grae-

tiae justum injuste peremit, & quodammodo indurationem Pharaonis excedens, omne curantis & curae refutavit antidotum, adeo ut nec verbis, nec signis, nec Sacramentis, quinimo nec ipsis Christi & Dei corporali praesentia mollioretur. Multifarie enim multisque modis, olim Deus loquens antiquis ipsius synagoga patribus in Prophetis, novissime in fine temporum locutus est ipsis & nobis in Filio, quem constituit haereditum universi forum, per quem fecit & secula: sed omnem escam abominata est anima ejus: & idcirco iusto Dei judicio reprobata exterminavit eam aper de sylva, & singularis ferus depastus est eam. Ablata est sepes ejus, prostrata maceris, & in directionem posita, ut deserta, nec inventus est in terris amplius locus ejus. Verum quia miserationes Dei super omnia sua opera praedicantur, qui omnes salvos fieri, & neminem vult perire, qui seipsum pro nobis & ipsis hostiam salutis exhibuerit Deo patri, qui exaltatus a terra, expansis in cruce manibus ad se curata trahere Evangelica voce praedixit. Nos, licet immeriti vicem ejus tenentes in terris, qui etiam Judaicam perfidiam a sua misericordia non repellit, libenter pro illius populi obsecratione labores appetimus, ut affectum nostrum divina prosequente clementia, cognita veritatis luce, quae Christus est, a suis tenebris eruantur. Porro quia Judaeorum ipsorum, quasi per universum mundum, divino judicio, praevisa dispersio ipsos ad recipiendum sacramenta fidei, ac doctrinam commode in unum convenire non patitur, necessitate nos voluntarios urgente, compellimur per diversas mundi partes diversos seminarios eligere, per quos semen verbi Dei, prout possibile est, spargamus in singulos, quorum salutem universaliter & singulariter affectamus. Ad te igitur inter alios, sub spe divinae gratiae, mentis nostrae oculos converentes, cum tui ordinis claritate reluceas, & credaris ubilibet per opera utilis, & exempla laudabilia fructuosus: & ex data tibi divinitus gratia scire te confidamus & posse fructus uberes in Domo Domini germinare: discretionis tuae per Apostolica scripta mandamus, quatenus confidens in illo, cui proprium est spiritalis gratias elargiri, tales umbrarum tenebris obsecratos, in commissa tibi provincia, per te, ac alios fratres tui ordinis, quos ad honestate morum, experta scientia, probatis virtutibus, circumspectione provida, & experientia comprobata, idoneos esse cognoveris, & quorum industria atque doctrina divinis donis a Domino secundata intrepide pro catholica fide reluceat, & in sui claritate non titubet, sed tenebras mentes radiorum repercussione clarificet, & obstinatas cervices reprimat perverforum: Judaeos eosdem in terris & locis, in quibus habitant, generaliter & singulariter convocando semel & pluries, ac totiens repetitis instantiis, quotiens proficere posse putaveris, prout melius fieri poterit, praedicationibus,

bus, salutaribus monitis, & discretis inductionibus, Evangelicæ doctrinæ informare ipsos studeas, juxta datam ipsi a Domino gratiam, fugas tenebrarum nubibus ad viam reducere claritatis: ut renati fonte Baptismatis, relaceant in lumine vultus Christi, & extendæ chorus Angelicus delectetur. Tu quoque ac alii, quos ad prosecutionem tanti negotii duxeris eligendos, perennis boni præmiû, nostramque benedictionem & gratiam, vobis de bono in melius vendicetis. Et ut affectum, quem ad salutem status ipsorum gerit mater Ecclesia, percipiant per effectum, tu illosex eis, quos ad susceptionem sacri Baptismatis gratia divina perduxerit, prælati ac dominis locorum, in quibus tales habitare contingit, ex parte nostra affectuosissime recomendes, ut Deo gratias, in recuperata ove deperditam, & filio prodigo redeuntis, vitalium exaltationis & gaudii exhibentes, eos charitative foveant, favoribus muniant & benigne pertractent: nec ipsos in personis, aut rebus, per Judæos vel alios indebite molestiti permittant: quin potius in omnibus favorabiliter ipsis assident auxiliis opportunis. Sed si forte (quod absit) aliqui ex ipsis, in eorum obstinata perfidia perducantes, & velut aspis surda suas aures incredulas obturantes, ne tui & illorum, quos ad hæc salutaris opera deputaris, vocem audiant, ut de tenebris ad lucem exeant, incantantium sapienter tuas, & per te ad hæc deputandorum fratrum salutare convocationes, aspernante effugerent, de istis (si tale inveneris qui sint, in quibus locis, & sub quorum dominio commorentur, nobis referbere non omittas, ut circa pertinaces hujusmodi, de salutari eorum remedio, sicut expedire videbitur, cogitemus. Tu autem de præmissis avidis nostris conceptibus, juxta nostra desideria faciliat, frequenter nobis intimare studeas, qualiter tibi commissum negotium prosperetur, & qualem fructum seminata repromittant. Dat. Viterbii, 2. Non. Augusti. Pontificatus nostri An. 1.

## C A P. III.

*Judaorum ad fidem Christianam conversorum indulgentia, qua amittunt, si ad vomitum redierint, imo ut hæretici elapsi puniuntur.*

## Paulus III.

Cupientes Judæos, & alios infideles quoslibet ad fidem catholicam converti, & prætextu bonorum per eos antea possessorum ab eadem fide non distrahi, motu proprio, & ex certa nostra scientia, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, hac in posterum valitura constitutione sancimus, quod cuiuscunque eorundem Judæorum, & infidelium ad dictam fidem converti volentis, etiam si in patria potestate constitutus fuerit, bona sua quæcunque, tam mobilia, quam immobilia, intacta & illata permaneant. Ita ut etiam filii familias, & in patria potestate, ut præteritur constituti, legitimi, & quæcunque alia portione bonorum patrimonialium aut maternorum, eis de jure, seu successione bonorum eis alias debitum, per eorum parentes fraudari aut privari non possint, neque debeant, sed eis integre, etiam si contra voluntatem parentum suorum ad fidem ipsam converti fuerint, etiam eorum parentibus viventibus, debeantur. Et si bona ipsa ex usura, ac illicito quaestu fuerint acquisita, & nota sint personæ, quibus eorum fuerit de jure facienda restitutio (quia non dimittitur peccatum, nisi restituatur male ablatum) illa eisdem personis omnino restituantur: personis vero non extraneis prædictis, quia bona ipsa essent per manus Ecclesiæ in pius usus convertenda, bona hujusmodi eisdem Judæis & aliis infidelibus, in favorem suscepti Baptismatis, tanquam in pium usum, libere concedimus; eaque apud ipsos sic conversos Judæos & alios infideles remanere decernimus. Interdicentes sub divini anathematis pœna, quibusvis tam Ecclesiasticis, quam secularibus personis, ne ullam super bonis hujusmodi, quovis quaesito colore, molestiam inferant, aut inferri patiantur: sed magnum se fecisse lucrum

existiment, dum tales Christo lucrati fuerint. Et quoniam (ut scriptum est) qui habuerit substantiam mundi hujus, & viderit fratrem suum necessarium habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in ipso; si ipsi conversionis tempore inopes aut indigentes fuerint, omnes, tam Ecclesiasticos quam seculares, per viscera misericordiæ Dei nostri exhortamur, ut ipsis conversis manus porrigan adjutrices, ipsi quoque dioecæsi, non solum Christianos ad subveniendum ipsis exhortentur, sed etiam tam de redditibus Ecclesiarum, prout poterunt, quam de his, quæ ad pauperum usus per ipsos convertenda devolvuntur, hujusmodi neophytos sustentare non negligant: ipsosque a detractionibus & contumeliis paterna affectione defendant. Et quoniam per gratiam Baptismi cives sanctorum, & domestici Dei efficiuntur, longeque dignius existit, regenerari Spiritu, quam nasci carne, eadem constitutione statuimus, ut civitatum & locorum, in quibus sancto Baptismate pro tempore regenerabuntur, vere cives sint, & privilegiis, ac libertatibus, & immunitatibus, quæ alii ratione natalitatis & originis duntaxat consequuntur, gaudeant. Currentes insuper sacerdotes baptizantes, & alii de sacro fonte eos suscipientes, tam ante Baptismum, quam post, illis in articulis fidei, ac legis novæ præceptis, catholicæque Ecclesiæ ritibus diligenter instruere, & tam ipsi quam dioecæsi operam dent, ne cum aliis Judæis seu infidelibus saltem per longum tempus conversentur, ne sicut quandoque contingit, ab infirmitate curatis, modica occasio ad pristinam damnationem recidivam efficiat. Et quoniam experientia teste compertum est, mutuum ipsorum neophytorum inter se conversionem, ipsos in fide nostra fragiliores reddere, ac saluti ipsorum plurimum officere: hortamur locorum ordinarios, ut quantum pro incremento fidei viderint expedire, curent & studeant, neophytos ipsos cum originariis Christianis matrimonio copulare. Et prohibeant eisdem sub gravibus pœnis, ne mortuos more Judæorum sepellant, aut Sabbatha, aliasque solennitates, & antiquæ sectæ ritus, quoquo modo observent: sed & Ecclesiæ, & prædicationes, prout alii catholici frequentent, & in omnibus Christianorum moribus se conformes reddant. Contemptores autem prædicatorum, per sacerdotum, in quorum parochiis degent, aut alios, ad quos de jure vel antiqua consuetudine de talibus inquirere spectat, aut etiam per alios quoscunque, dioecæsi, seu inquisitoribus hæreticæ pravitatis deservant, & invocato, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, per eos taliter puniantur, quod aliis transeat in exemplum. Et insuper de his omnibus, in provincialibus & synodalibus Conciliis diligens fiat inquisitio, & tam circa Episcopos & sacerdotes in præmissis negligentem, quam ipsos neophytos & infideles prædictos contemptores, opportunitatem adhibeatur remedium. Si quis autem, cujuscunque gradus vel præminentie fuerit, hujusmodi neophytos, ne observationem ritus Christiani, & aliorum præmissorum complectantur, fovit aut defendit, pœnas contra fautores hæreticorum promulgatas ipso facto incurrat: neophyti vero; si se corrigere post monitionem canonicam neglexerint, & ad vomitum judaizantes redire comperti sint, contra eos, tanquam perfidos hæreticos, per ordinarios locorum, secundum sacrorum canonum instituta procedatur. Romæ 21. Mart. An. 1542.

## C A P. IV.

*Judæi, ut fide distincti a Christianis, sic & locorum separatione, sive cohabitatione, & vestitus ratione, castisque privilegiis discriminari debent.*

## Paulus IV.

Cum nimis absurdam & inconveniens existat, ut Judæi, quos propria culpa perpetuè servituti submitit, sub prætextu, quod pietas Christiana illos receperit, & eorum cohabitationem sustineat, Christianis adeo sint ingrati,

grati, ut eis pro gratia contumeliam reddant, & in eos pro servitute, quam illis debent, dominatum vendicare procurant. Nos ad quorum notitiam nuper devenit, eisdem Judæos in alma urbe nostra, & nonnullis sanctæ Romanæ Ecclesiæ civitatibus, terris & locis, in id insolentia prorupisse, ut non solum mixtum cum Christianis, & prope eorum Ecclesias, nulla intercedente habitus distinctione, cohabitare, verum etiam domos in nobilioribus civitatibus, terrarum & locorum, in quibus degunt, vicis & plateis conducere, & bona stabilia comparare, & possidere, ac nutrices & ancillas, aliosque servientes Christianos mercenarios habere, & diversa alia in ignominiam & contemptum Christiani nominis perpetrare præsumant, considerantes Ecclesiam Romanam eisdem Judæos tolerare in testimonium veræ fidei Christianæ & ad hoc, ut ipsi sedis Apostolicæ pietate & benignitate alleciti, errores suos tandem recognoscant, & ad verum catholicæ fidei lumen pervenire latent, & propterea convenire, ut quamdiu in erroribus persistant, effectu operis recognoscant se servos, Christianos vero liberos per Jesum Christum Deum & Dominum nostrum effectos fuisse, iniquumque existeret, ut filii liberæ filii famulentur ancillæ: Volentes in præmissis, quantum cum Deo possumus, salubriter providere: hac nostra perpetuo validura constitutione sancimus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus, tam in dicta urbe, quam in quibusvis aliis ipsius Romanæ Ecclesiæ civitatibus, terris & locis, Judæi omnes in uno & eodem, ac si ille capax non fuerit, in duobus aut tribus, vel tot, quot satis sint, contiguis, & ab habitationibus Christianorum penitus se junctis, per nos in urbe, & per magistratus nostros in aliis civitatibus, terris, & locis prædictis designandis vicis, ad quos unicus tantum ingressus pateat, & quibus solum unicus exitus detur, omnino habitent. Et in singulis civitatibus, terris & locis, in quibus habitaverint, unam tantum Synagogam in loco solito habeant, nec aliam de novo construere, aut bona immobilia possidere possint. Quinimo omnes eorum Synagogas, præter unam tantam demoliri, & devastare. Ac bona immobilia, quæ ad præsens possident, infra tempus eis per ipsos magistratus præfigendum, Christianis vendere. Et ad hoc, ut pro Judæis ubique dignoscantur, masculi birretum, femina vero aliud signum patens, ita ut nullo modo celari aut abscondi possit, glauci coloris palam deferre teneantur, & astricti sint, nec super non delatione birreti, aut alterius signi hujusmodi præterit cuiusvis eorum gradus, vel præminentia, seu tolerantia excusari, aut per eisdem Ecclesiæ Camerarium, vel Cameræ Apostolicæ clericos, seu alias illi præfidentes personas, aut sedis Apostolicæ Legatos, vel eorum vicelegatos, quovis modo dispensari aut absolvi possint. Nutrices quoque, seu ancillas, aut alios utriusque sexus servientes Christianos habere, vel eorum infantes per mulieres Christianas lactari aut nutririj facere, seu Dominicis, vel aliis de præcepto Ecclesiæ sanctis diebus, in publico laborare, aut laborari facere, seu Christianos quoquo modo gravare, aut contractus fideos vel simulatos celebrare, seu cum ipsis Christianis ludere aut comedere, vel familiaritatem, seu conversationem habere, nullatenus præsumant. Nec in libris rationum & computorum, quæ cum Christianis pro tempore habebant, aliis quam latinis literis, & alio quam vulgari Italico sermone uti possint, & si utantur, libris hujusmodi contra Christianos nullam fidem faciant. Judæi quoque præfari solam strazariam, seu cenciaria (ut vulgo dicitur) contenci, aliquam mercaturam frumentis, vel hordei, aut aliarum rerum usui humano necessarium facere. Et qui ex eis Medicis fuerint, etiam vocari & rogari, ad curam Christianorum accedere, aut illi interesse nequeant. Nec se a pauperibus Christianis dominos vocari patientur. Et mentes in eorum rationibus & computis ex triginta diebus completis omnino conficiant, & dies, qui ad numerum triginta non ascenderit, non pro men-

sibus integris, sed solum pro tot diebus, quot in effectum fuerint, computentur, & juxta ipsorum diem numerum, & non ad rationem integri mensis eorum credita exigant. Ac pignora eis, pro cautione pecuniarum suarum pro tempore consignata, nisi transactis prius a die, quo illa eis data fuerint, decem & octo integris mensibus, vendere nequeant, & postquam menses prædicti effuxerint, si ipsi Judæi pignora hujusmodi vendiderint, omnem pecuniam, quæ eorum credito superfluit, domo pignorum consignare. Et statuta civitatum, terrarum, & locorum, in quibus pro tempore habitaverint, favorem Christianorum concernentia, inviolabiliter observare etiam teneantur. Et si circa præmissa in aliquo quomodolibet defecerint, juxta qualitatem delicti in urbe, per nos seu vicarium nostrum, aut alios a nobis deputandos, ac in civitatibus, terris & locis prædictis per eisdem magistratus, etiam tanquam rebelles, & criminis læsæ majestatis rei, a toto populo Christiano diffidati, nostri & ipsorum vicarii, ac deputandorum, & magistratum arbitrio puniri possint. Rom. prid. Id. Jul. 1545. Vid. sup. tit. de Medic. cap. 2.

## C A P. V.

*Inquisitorum fidei animadverso in Judæorum blasphemias & flagitiosam vivendi consuetudinem.*

Gregorius XIII.

**A**ntiqua Judæorum improbitas, qua divinæ bonitatis semper relliterunt, tanto execrator consistit in filiis, quanto ipsi cumulandam patrum suorum mensuram, in Dei filio repudiando, ejusque in mortem nefarie conspiciendo, gravius deliquerunt: qui propterea suis effecti majoribus nequiores, propriis sedibus expulsi, atque in omnes dispersi orbis terrarum regiones, servituti que perpetuæ mancipati, non majorem in cujusquam ditione clementiam, quam in Christianorum provinciis, maxime vero in Apostolicæ pietatis gremio invenerunt, quæ pro eorum conversione laborans, eos misericorditer excepit, atque in cohabitatione una cum filiis suis sustinuit, ad veritatisque lumen allicere pio semper studio conata est, rebusque ad vitam necessariis juvit, injuriis & contumeliis prohibuit, multis denique beneficentiæ suæ privilegiis circummunivit: illi vero nullis beneficiis mansueti, nihilque de suo pristino scelere remittentes, Dominum nostrum Jesum Christum in cœlesti triumphante adhuc in Synagoga suis, & ubique persequuntur: Christi quoque membris inferatissimi non desinant in religionem Christianam horrenda facinora quotidie magis audere, quibus nos, ne pietatis nostræ puritas polluat, aut a fœdis mancipiis Christo, Christianove nomini impunere ludatur, obviare volentes: Statuimus ac etiam declaramus. Inquisitores hereticæ pravitatis libere procedere posse in omnibus causis & casibus, qui sequuntur.

Si quis Judæus aut infidelis, in iis, quæ circa fidem eum illis nobis sunt communia, veluti Deum unum & æternum, omnipotentem, creatorem omnium visibilium & invisibilium, & similia, non esse asseruerit, prædicaverit, vel privatim alicui insinnaverit.

Si demones invocaverit, consuleritve aut eorum responsa acceperit, ad illosve sacrificia, aut preces ob divinationem, aliamve causam direxerit, aut quid eis immolaverit, vel thuris alteriusve rei fumigationes obtulerit, aut alia quævis impietatis obsequia præstiterit.

Si Christianis verbis, factis, vel exemplo, aut alio quovis modo nefaria hujusmodi docuerit, vel ad ea perpetranda perduxerit, aut perducere attentaverit.

Si Salvatorem & Dominum nostrum Jesum Christum, purum hominem, vel etiam peccatorem fuisse, matremve Dei non esse virginem, & alias hujusmodi blasphemias, quæ per se heretici dici solent, in Christiana fidei ignominiam, contemptum, aut corruptionem impie protulerit.

Si cujusvis eorum opera, auxilio, consilio, vel favore aliquis Christianus a fide desciverit, quamque semel susceperat, abnegaverit, vel ad Judæorum, seu aliorum infidelium ritus, ceremonias, superstitiones, vel impias sectas transferit, vel redierit, seu in hæresim aliquam incidit, aut qui, ut Christi fidem abneget, seu in hæresim incidat, opem, consilium, auxilium, vel favorem quomodocunque præstiterit.

Si quis Catechumenum, vel quemcumque ex Judæis aut infidelibus (Deo inspirante) ad fidem Christianam venire volentem, post declaratum nutu, verbo, facto, aut quocunque alio modo ejas voluntatem, a fide, vel fidei instructione, aut a sacri Baptismi susceptione retrahere, avertere, vel dehortari, aut ne ad fidem veniat, neve regenerationis lavacro abluatur, quovis modo impediverit.

Si quis apostatas, hæreticosve scienter domi suæ acceperit, alucit, commeatu juverit, seu quovis modo eis cibaria ubique præbuerit, aut dona, vel munera dederit, vel miserit, aut de loco ad locum deduxerit, seu associaverit, vel deducendos seu associandos curaverit, aut sumptus ministraverit, duces, comitesve illis adjunxerit, vel ne ab eis perpetrata deprehendi, aut investigari queant, fecerit. Quique dictos apostatas aut hæreticos scienter aliquo modo receperit, occultaverit, defenderit, aut eis opem, consilium, auxilium, vel favorem quomodolibet præstiterit.

Si libros hæreticos, vel Thalmudicos, aut alios Judæicos, quomodolibet damnatos, aut alias prohibitos tenuerit, custodierit, vel divulgaverit, vel in quocunque loca detulerit, aut ad eam rem operam suam accommodaverit.

Si Christianos deserit, redemptioque nostræ hostiam salutarem in ara crucis immolatam, Christum Dominum Iudæis & despectui habens, quodcumque, maxime vero in sacro Parasceves die, agnum, sive ovem, aut quid aliud cruci affixerit, aut appenderit, in eamve conspuerit, seu quodcumque contra ipsam fecerit.

Si nutrices Christianas, contra sacrorum canonum statuta, diversorumque Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum sanctiones, adhuc retinuerit, aut eas retinens die, qua sanctissimum Eucharistiæ sacramentum sumpsert, hac uno vel pluribus diebus in lattinas, cloacas, vel alia loca effundere coegerit.

In quibus casibus universis & singulis, omnes prædictæ pravitatis inquisitores, omnium regionum, provinciarum, civitatum, dominorum, & locorum universi orbis Christiani Judices, in suis quemque locis perpetuo delegamus, ut super his contra Judæos atque infideles, quoscunque simul vel separatim, prout in causis fidelium, juxta sacrorum canonum formam, necnon officii Inquisitionis hujusmodi constitutiones, diligenter inquirent, & procedant, & quos in aliquo vel aliquibus horum flagitiorum excessibus culpabiles reperierit, in eos pro culpa modo, ac etiam pro criminum numero vel multiplicatione, aut consuetudine delinquendi, flagra, remigia, etiam perpetua, reum quoque publicationes, exilia, aliaque atrociora decernant, & alias de eis exempla edant, quæ sceleratos illos deterreant ab hujusmodi flagitiis in posterum admittendis. Nos enim venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, Inquisitoribus generalibus, necnon Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Prælati, ac etiam aliis prædictis Inquisitoribus, in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipimus & mandamus, ut præsentem nostram litteram in civitatibus & locis cuicunque subjectis publicare, & juxta illarum tenorem procedere, ipsaque debita executioni mandare procurent. Rom. Calend. Jun. 1581.

#### C A P. VI.

*Catechesis & fidei instructionis sedula cura adhibeatur ab Episcopis in Judæorum conversionem, ubi hujus dispersa gentis Synagoga colliguntur.*

Idem.

**S**ancta mater Ecclesia, cujus Christus caput est, ingentem suam charitatem ad omnes late diffundens, antiquæ Israeliticæ gentis, populique Dei peculiare reliquias, pio nunquam desinit affectu miserari, graviterque contristatur, Judæorum quondam nationem præcipuis auctam muneribus & gratis, cujus erat adoptio filiorum, gloria, testamentum, legislatio, obsequium, & promissa, unde etiam Christus Salvator noster secundum carnem nasci dignatus est, per diversas orbis partes tot jam secula dispersam, ac contagiosi gregis more per invia & inæquata misere vagantem, verbi Dei fame, & aquæ recte onis siti perire, longeque non a terrena tantum, super quam Dominus flevit, sed quod gravius est, a cœlesti quoque Hierusalem, nisi Christum, quem negavit, confiteatur, exurbati qua miseratione & mœrore nos quoque non leviter commoti, indes semper aliquid excogitamus, unde eorum conversioni & saluti opportunius provideatur, ipsique ad intelligentiæ viam, quam sibi præcluserunt, valeant Deo propitio pervenire. Quare sollicito hæc animo meditantem, ac felices recordationis Nicolai Papæ V. nonnullorumque Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum vestigiis inhærentes, præsentem constitutione generali præcipimus, omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ecclesiarum Prælati, etiam Cardinalatus honore præditis, ut in suis quicunque civitatibus, terris, & locis, in quibus competens aliquis numerus Judæorum, qui Synagogam constituat, commoratur, eorum Sabbathi vel alio cujuscumque hebdomadis statuto die, ad Judæos ipsos in locum præstitutum, non tamen sacrum, nec ubi sacra confici solent, convocatos, per aliquem magistrum in Theologia, aliumve idoneum virum ab eis eligendum, cum mercede congrua illi ex ipsorum Hebræorum collatione, aut alias, prout commodius eis videbitur, Hebræicæ (si fieri poterit) linguæ peritum, sermones vel lectiones haberi, in quibus illis exponantur scripturæ Veteris Testamenti, Moysis scilicet & Prophetarum, præsertim vero, quæ eo Sabbatho leguntur, seu lectæ in eorum sunt Synagogis, juxta sanctorum tamen Patrum interpretationes, & verum catholicæ Ecclesiæ sensum, ac in eis differatur de veritate Christianæ fidei, de certo adventu & incarnatione filii Dei, illiusque nativitate, vita, miraculis, passione, morte, sepultura, descensu ad inferos, resurrectione, in cœlum ascensione, de ejus Evangelio in toto terrarum orbe, per Apostolos ejus, & alios sanctos prædicato, innumeris atque clarissimis virtutibus, & illustrium miraculorum gloria confirmato, ac de ejus spirituali & vero regno, & de impio idolorum cultu sublato, & gentium vocatione, de perpetua tum Hierusalem, & terræ eorumdem Judæorum desolatione, tum ipsorum ubique terrarum dispersione, & captivitate, & de aliis similis argumenti dogmatibus & articulis, ex lege & Prophetis; de diutina præterea & irrita Judæorum adventus Messie, & carnalis ipsius regni expectatione, de vana, eorum, quæ sæpe, quinimo quotidie eos frustrata est, spe reditus in terram promissionis, & restaurationis tertii templi, & demum de multiplicibus & variis erroribus & hæresibus eorum, in quas miserime se demerferunt, postquam Christum Dominum in carne venientem agnoscere noluerunt, & de falsa per eorum Rabbinos tradita sacrarum Scripturarum interpretatione, quarum litterarum & sensum fabulis, mendaciis, & variis dolis & modis detorquebant corrumperant & depravarunt, & hætenus corrumperere & depravare non desinunt, deque omnibus aliis, quæ eos possint ad agnitionem fidei, ad errorum suorum correctionem, ad orthodoxamque fidem convertere, proloci, temporis, sumptuumque argumenti ratione prudenter agant, veris, & ex sacra Scriptura depromptis demonstrationibus nulla cum obtrectatione aut Isaacia, sed magna cum charitate, & modestia

vecl-

veritatis lumen illis sperire conceditur; Ad quos sermones & lectiones volumus universos & singulos utriusque sexus Judæos, a duodecim annis supra, infirmitate & alia legitima causa, de qua ordinarios docere debeant, non impeditos, in civitate & locis, ut præsentur, habitantes, vel aliunde adventantes, etiam si inibi domicilium non habeant, ita per circuitum convenire, ut tertia saltem eorum pars, nec unquam minor, semper adsit. Quod si facere neglexerint, interdici cum fidelibus commercii, & aliis penis arbitrio ordinarii pro contumacia modo imponendis, donec satisfecerint, competentet, ad ipsos sermones audiendos compellantur. Si quis vero de numero fidelium ita fuerit salutis, aut sui, aut proximi sui, de quo univocum mandatum est, immemor, qui eos a salutariibus hujusmodi sermonibus seu lectionibus directe vel indirecte abduxerit, aut impederit, seu contenderit quoquo modo, excommunicationis sententia sit eo ipso ligatus, & contra eum ad alias penas, ordinarii arbitrio, omnino procedatur. Ceterum Imperatorem, Regemque & Principes omnes, necnon Republicas, magistratus & dominos temporales seculares rogamus & obtestamur in Domino, ut Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis ordinariis prædictis, eorumque vicariis & ministris suam in præmissis auxilium præstent, amplissimum ab omnipotenti Deo primum in supremis gloriæ æternæ tabernaculis habituri.

## TITULUS III.

DE HIS, QUI INFIDELIBUS ADVERSUS  
CHRISTIANOS AUXILIANTUR.

## CAP. UN.

*Excommunicantur arma & præsidia quacunq; ferentes Saracenis & infidelibus in Christiana Republica perniciosum & detrimentum, eorumque fisco adscribuntur bona.*

Nicolaus V.

**O**lim tam in generali, quam in Lugdunensi postmodum substituto Concilio per sedem Apostolicam celebratis, in illos falsos & impios Christianos, qui contra Deum & Christianum populum, Saracenis ferrum, arma, quibus Christianos impugnent, & lignamina galearum, & aliorum vasorum navigabilium, deserunt ad eos, & qui eis galeas vendunt, ac naves; quique in piraticis Saracenorum navibus curam gubernationis exercent, vel in machinis & quibuslibet aliis, eis impendant auxilium, vel consilium, vel favorem, in Christianorum dispendium, & specialiter terræ sanctæ: fuit excommunicationis sententia promulgata, ipsosque rerum suarum privatione multari, & servos captivorum fore censuerunt Concilia supradicta: expressè quoque in ipsis præcipitur, ut talibus gremium non aperiantur Ecclesiæ, nisi totum, quod de commercio tam damnato perciperint, & tantundem de suo, in subsidium terræ memoratæ præstiterint, ut aquo iudicio, in quo deliquerint puniantur. Nos itaque gerentes corde negotia dictæ terræ, duximus hæcenus statuendum, ut nullus equos, ferrum, lignamina, victualia, & alia quæque mercimonia in Alexandriam, vel alia loca Saracenorum terræ Egypti, deferre vel mittere, seu partibus eorum, ut eisdem deferantur, extrahere, vel extrahi permittere, aut consilium, vel favorem præstare quoquo modo præsumat; ac illos, qui contra hujusmodi constitutionem nostram ausu temerario venire tentaverint, eo ipso excommunicationis sententia decernimus subjacere, a qua non possit absolvi, nisi tantum de bonis propriis in dicta terræ sanctæ subsidium convertendum exsolverit, quantum ad partes prædictas exultent vel miserit, & deferre, vel de ipsorum partibus extrahi permiserit, ad eisdem deferendum. Et si aliquis, si personas eorum capi contigerit, in ser-

vitute captivorum illorum esse volumus, in quorum acciderint captivum. Volentes autem in hac parte solentius providere, quanto amplius exigere hoc noscitur urgens necessitas dictæ terræ, Apostolica auctoritate statuimus, ut nullus omnino aliqua victualia, usque ad decennium a data presentium computandum; alia vero prædicta, ad aliquod seu aliqua de eisdem, aut aliud quodlibet (victualibus sicut præmittitur usque ad prædictum tempus duntaxat exceptis) quacunq; occasione vel causa, seu quovis ingenio, vel qualis colore, ullo unquam tempore in Alexandriam, vel partes Egypti, seu terras Soldano subjectas, mittere vel deferre præsumat, vel quantum in eo fuerit, mitti vel deferri permittat, auctoritate decernimus eandem, ut hi, qui contra hujusmodi statutum nostrum quolibet modo venire præsumserint, præter penas prædictas, quas ipso facto incurritura volumus, perpetuo sint infames, & interfectibiles habeantur, ita quod nec testari, nec legari eis, seu relictis percipere valeant. Et insuper ad successiones, tam ex testamento, quam ab intestato, sint proisus & redemptarii inhabiles, nec ad publica qualibet admittantur officia, sintque illis actus legitimi perpetuo interdici, & postquam de hujusmodi temeritate confiterit, diebus festivis & dominicis publice nunciatur, & ad fiscum bona omnia revolvantur. Apud urbem veterem, 10. Calend. Septembr. 1449.

## TITULUS III.

## DE HÆRETICIS ET SCHISMATICIS.

## CAP. I.

*Leges Frederici Imperatoris in hæresis pravitate reos, eorumque complices & fautores lata, confirmantur, & servari jubentur.*

Innocentius IV.

**I**nnoentius Episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis potestatibus, consiliis, & communitatibus civitatum, aliorumque locorum Lombardiæ, Marchiæ Tervisanae, ac Romaniolæ, salutem & Apostolicam benedictionem.

Cum adversus hæreticam pravitatem quondam Fredericus Romanorum Imperator promulgaverit quasdam leges, per quas ne pervagetur, compesci poterit pestis illa: Nos illas volentes ad robur fidei ac salutem fidelium observari, universitati vestræ per Apostolica scripta mandavimus, quatenus eas, quarum tenores vobis mittimus insertos presentibus, faciatis singulis in vestris capitularibus annotari, contra hæreticos sectæ ejuslibet secundum eas exacta diligentia processuri: alioquin dilectis filiis, Priori Provinciali & fratribus Inquisitoribus hæreticæ pravitate ordinis Prædicatorum in Lombardia, Marchia Tervisana, & Romaniola literis nostris injungimus, ut vos ad id per excommunicationem in personis & interdictionem in terram appellationem remota compellant: tenores autem legum hi sunt.

Fredericus Dei gratia Romanorum Imperator & semper Augustus, Hierusalem & Sicilia Rex, dilectis Principibus suis, venerabilibus Archiepiscopis, Episcopis, aliisque Prælatibus Ecclesiarum, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Potestatibus, Scultibus, Burggraviis, Advocatis, Judicibus, Ministris, Officialibus, & omnibus per totum Imperium constitutis, præsentibus literis inspecturis fidelibus suis gratiam suam & omnibonum.

Commissi nobis cælestis curæ regimini, & Imperiali, cui dante Domino præsidentes, saltigium dignitatis, materialis, quo divisi a sacerdotio surgimus, gladium adversus hostes fidei & in externum hæreticæ pravitate exigunt exercendum, ut perfidia vipereos filios contra Deum & Ecclesiam insultantes, tanquam matrem

ugeri

ateri corrosivos, in iudicio & iustitia prosequamur, maleficos vivere non passuri, per quorum scientiam seducem mundus inficitur, & in gregem fidelium per oves has morbidas gravior insidigitur corrupebla.

Statuimus itaque sancientes, ut hæretici, quocunque nomine censeantur, ubicunque per Imperium damnati fuerint ab Ecclesia, & seculari iudicio assignati animadversione debita puniantur.

Si qui vero de prædictis, postquam fuerint deprehensi, terribi metu mortis redire voluerint ad fidei unitatem, iuxta canonicas sanctiones ad agendum poenitentiam in perpetuum carcerem detrudantur. Præterea quicunque hæretici reperti fuerint in civitatibus, oppidis, seu aliis locis Imperii, per inquisitores ab Apostolica sede datos, & alios orthodoxæ fidei zelatores; hi qui iurisdictionem ibidem habuerint, ad inquisitionem & aliorum catholicorum virorum insinuationem eos capere teneantur, & eos captos altius custodire, donec per censuram Ecclesiasticam damnatos, damnabili morte perimant, qui fidei sacramenta & vitam damnabant. Simili quoque poena plebii censemus omnes, quos ad fovendum hæreticorum errorem callidus hostis fuscitat advocatos, vel parat illicitos defensores; maxime cum facinus, quod inquinat, nisi monitione præmissa destiterint, & eorum vitam duxerint consulendam. Eos præterea, qui convicti in uno loco de hæresi, ad alia loca se transferunt, ut cautius possint esfundere virus hæreticæ pravitatis, debitam censemus subire vindictam: ut super hoc viros ab eodem errore conversos ad fidem, necnon & per alios, qui eos de hæresi convicerunt, & quod & in hoc casu concedimus licite faciendum evidens testimonium habeatur. Item mortis sententiæ ducimus addicendos, si quos hæreticorum ad iudicium tractos, in extrema vite periculo hæresin abjurantes, postmodum de falso juramento constiterit, & fide mentita convinci, ac eos contigerit ejusdem morbi spontaneam incurere recidivam, ut sibi damnabilis iniquitas sit mentita, & poenam debitam mendacium non evadat. Omne infu per proclamationis & appellationis beneficium, ab hæreticis, receptoribus, & fautoribus eorundem poenitentiam amovemus: volentes, ut de finibus Imperii, in quibus semper debet existere fida fides, hæreticæ labis germina, modis omnibus deleantur.

Cæterum, quia quanto majora divini nutu miserationis acceptimus & altiorum locum præ filiis hominum obtinemus, tanto devotiora debemus obsequia gratitudinis conferenti, si quando in nostri nominis contemptores nostri culminis excandescent auctoritas: si reos lætæ majestatis, in personis eorum & liberorum suorum exheredatione damnamus, multo fortius iustiusque contra Dei blasphematores nominis & catholicæ fidei detractores provocamur: eorundem hæreticorum, receptorum, fautorum, & advocatorum suorum hæredes & posteros usque ad secundam progeniem, beneficiis, cunctis temperantibus, publicis officiis & honoribus, imperiali auctoritate privantes: ut in paterni memoria criminis continuo mœreore tabescant: vere scientes, quod Deus zelotes est, peccata patrum in filios potenter ulciscens. Nec quidem, a misericordie finibus duximus excludendum, ut si qui paterna hæresis non sequentes latentem patrum perfidiam revelaverint, quæcunque reatus illorum animadversione plebantur, prædictæ poenitioni non subiaceant, innocentæ filiorum. Ad hæc notum fieri volumus, si fratres prædicatores de ordine prædicatorum, pro fidei negotio, in partibus Imperii nostri contra hæreticos deputatos, cæteros quoque, qui ad hæreticos iudicandos accesserint, nisi aliqui eorum ab Imperio fuerint proscripti, eundo, morando, & redeundo sub nostri Imperii speciali defensione receptos, & quos apud omnes sub ope ac recommendatione fidelium Imperii esse volumus inoffensos: universitatibus vestris mandantes, quatenus quocunque, & apud quemcunque vestrum pervenerint, benigne recipiatis eosdem: & personas ab inquisitu hære-

ticorum eis insidiantium conservantes indemnes, omne consilium, ducatum, & auxilium impendantis, pro tam acceptis coram Deo negotiis exequendis. Hæreticos vero, quod & ostenderit ipsi vobis, in iurisdictione vestra singuli captentes, diligenter custodia detinendos, donec post Ecclesiasticæ damnationis iudicium, poenam subeant, quam merentur: Scituri, quod in executione ipsius negotii gratum Deo, & laudabile nobis obsequium conferetis, si ad expellendam de partibus nostri imperii novam & insolitam hæreticæ pravitatis infamiam, operam & operam, una cum eisdem fratribus præstitieritis efficacem. Et si quis foret exinde negligens & remissus, ac etiam inutilis coram Domino, & in conspectu nostro poterit merito culpabilis apparere. Dat. Paduæ 22. Febr. 12. Indict.

#### C A P. II.

*Excommunicantur nonnulli hæretici, ut sunt Cathari, Pafareni, pauperes de Lugduno, Passagini, Jospini, Arnaldisti, Speronisti, omnesque singulari opinione in Ecclesiam catholicam pertinaces.*

*Idem universis Christi fidelibus.*

**N**overit universitas vestra, quod nos ad instar felicis record. Gregorii Papæ prædecessoris nostri, excommunicamus & anathematizamus universos hæreticos, Catharos, Pafarenos, Pauperes de Lugduno, Passaginos, Jospinos, Arnaldistas, Speronistas, & alios quibuscunque nominibus censeantur, facies quidem habentes diversas, sed caudas ad invicem colligatas, quia de vanitate conveniunt in idipsum. Damnati vero per Ecclesiam, seculari iudicio relinquuntur, animadversione debita puniendi: clericis prius a suis ordinibus degradatis. Si qui autem de prædictis, postquam fuerint deprehensi, redire voluerint ad agendum condignam poenitentiam in perpetuum carcerem detrudantur. Credenres autem eorum erroribus, hæreticos similiter iudicamus. Item receptatores, defensores, & fautores hæreticorum, excommunicationis sententiæ decernimus subjacere, firmiter statuentes, ut si postquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, a sua super hoc non curaverit præsumptione cessare, ipso jure sit factus infamis, nec ad publica officia seu consilia, nec ad eligendos aliquos ad huiusmodi, nec ad testimonium admittatur. Sit etiam intelligibilis, ut nec testamenti habeat factionem, nec ad hereditatis successionem accedat. Nullus præterea ipsi super quocunque negotio, sed ipse aliis respondere cogatur. Qui si forte iudex extiterit, ejus sententiæ nullam obtineat firmitatem, nec causæ aliqua ad ejus audientiam perferantur. Si fuerit advocatus, ejus patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, instrumenta confecta per ipsum nullius penitus sint momenti, & in similibus idem præceptum observari. Si vero clericus fuerit, ab omni officio & beneficio deponatur. Si qui autem tales, postquam ab Ecclesia fuerint denotati, evitare contempserint, excommunicationis sententiæ percellantur, alias animadversione debita puniendi. Qui autem inventi fuerint sola suspitione notabiles, nisi iuxta considerationem suspitionis, qualitateque personæ, propriam innocentiam congrua purgatione monstraverint, anathematis gladio feriuntur, & usque ad satisfactionem condignam ab omnibus evitentur: ita quod si per annum in excommunicatione persistierint, extunc velut hæretici condemnentur. Item proclamationes & appellationes huiusmodi personarum minime audiantur. Item iudices, advocati, & notarii nulli eorum officium suum impendant, alioquin eodem officio perpetuo sint privati. Item, clerici non exhibent huiusmodi pestilentibus Ecclesiasticæ sacramenta: nec elemosynas aut oblationes eorum accipiant. Similiter Hospitalarii & Templarii, ac quilibet regulares, alioquin suo priventur officio, ad quod nunquam restituantur absque indulto sedis Apostolicæ speciali. Item quicunque tales præsumperint Ecclesiasticæ



hæc tradere sepulture, usque ad satisfactionem idoneam, excommunicationis sententiæ se noverint subiacere, nec absolutionis beneficium mereantur, nisi propriis manibus publice extumeliter & projiciant hujusmodi corpora damnatorum, & locus ille perpetuo careat sepultura. Item firmiter inhibemus, ne cuiquam laicæ personæ liceat publice vel privatis de fide catholica disputare: qui vero contrafecerit excommunicationis laqueo innodetur. Item, si quis hæreticos sciverit, vel aliquos occulte conventicula celebrantes, seu a communi conversatione fidelium vita & moribus dissidentes, eos studeat indicari confessorii suo, vel alii, per quem credat ad prælati sui notitiam pervenire, alioquin excommunicationis sententiâ percellantur. Hæretici autem & receptatores, defensores, & fautores eorum, ipsorumque filii usque ad secundam generationem, ad nullum Ecclesiasticum beneficium seu officium admittantur. Quod si fecerit actum fuerit, decernimus irritum & inane. Nos enim prædictos & quoscunque viros Ecclesiasticos, qui ad preces hujusmodi pestilentium personarum dignitates, personatus, & alia quæcunque Ecclesiastica beneficia sunt adepti, ex nunc privatus taliter acquisitis, volentes, ut tales & habitus perpetuo careant, & ad alia vel similia nequaquam in posterum admittantur. Illorum autem filiorum emancipationem nullius esse momenti volumus, quorum parentes post emancipationem hujusmodi ad invicem superstitionis hæreticæ a via declinasse confiterentur veritatis. Datum Anagninæ 17. Cal. Jul. Anno 12. Pontificatus nostri.

**IMPERATOR FRIDERICUS**

*Semper Augustus, &c.*

**P**atarenorum receptatores & complices, & quocunque modo fautores, qui ut a pœna alios possint extirpare, de se velut improvidi non formidant, publicatis bonis omnibus relegandos in perpetuum esse censemus. Et ipsorum filii ad honores aliquos nullatenus admittantur. Si tamen aliquis fautorum hujusmodi detexerit aliquem Patarenum, de cuius perfidia manifeste probatur, in fidei præmium, quam agnovit, famæ pristinæ de Imperiali clementia restitutionis beneficium integrum consequatur.

**INCIPIUNT CAPITULA CONSTITUTIONIS**

*contra Patarenos edita per eundem Fridericum, illustrem virum, Romanorum Imperatorem  
Semper Augustum, Hierusalem &  
Sicilia Regem.*

**C**atharos, Patarenos, Speronistas, Leonistas, Arnaldistas, Circumcisos, Passaginos, Josephinos, Granatenfes, Albanenses, Franciscos, Bagnarolos, Commixtos, Vvaldenses, Roncarolos, Communellos, VVarinos, & Ortholinos, cum illis de Aquanig. & omnes hæreticos utriusque sexus, quocunque nomine censeantur, perpetua damnamus infamia, diffidamus atque bannimus, censentes, ut bona talium confiscentur, nec ad eos ulterius revertantur: ita quod filii eorum ad successionem pervenire non possint, cum longe sit gravior, æternam, quam temporalem offendere majestatem. Qui autem inventi fuerint sola suspitione notabiles, nisi ad mandatum Ecclesiæ, juxta considerationem suspitionis qualitatemque personæ, propriam innocentiam congrua purgatione monstraverint, tanquam infames & banniti ab omnibus habeantur: ita quod si per annum permanserint, extunc eos sicut hæreticos condemnamus. Statuimus etiam hoc edito in perpetuum valituro, ut potestates, & consules, seu rectores, quibuscunque fungantur officiis, pro defensione fidei præstent publicum juramentum, quod de terris suæ ditioni subjectis, universos hæreticos ab Ecclesiâ denotatos, bona fide pro viribus exterminare studebunt: ita quodammodo quocunque quis fuerit in perpetuam potestatem, vel temporalem assumptus, hoc teneatur ca-

pitalum juramento firmare: alioquin neque pro potestatis, neque pro consulis, seu consimilibus habeantur: eorumque sententiæ ex tunc decernimus inutiles & inanes. Si vero dominus temporalis requisitus & monitus ab Ecclesiâ, terram suam purgare reglexerit ab hæretica pravitate, post annum, a tempore monitionis elapsum, terram ipsius exponimus catholicis occupandam: qui eam exterminatis hæreticis abque ulla contradictione possideant, & in fidei puritate conservent: salvo jure domini temporalis, dummodo super hoc nullum præstet oblaeculum, nec aliquid impedimentum opponat: eadem nihilominus lege servata, contra eos, qui non habent dominos principales. Credentes præterea, receptatores, defensores, & fautores hæreticorum bannimus: statuentes, ut si postquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, satisfacere contempserit infra annum, ex tunc ipso jure sit factus infamis, & ad publica officia seu consilia, vel ad aliquos eligendos hujusmodi, nec ad testimonium admittatur. Sit etiam inestabilis, ut nec testamenti liberam habeat factionem, nec ad hereditatis successorem accedat. Nullus ei præterea super quocunque negotio, sed ipse aliis respondere cogatur. Quod si Judex extiterit, ejus sententiâ nullam obtineat firmitatem, nec causæ aliq̄ ad ejus audientiam perferantur. Si fuerit advocatus, ejus patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, ejus instrumenta confecta per manum ipsius nullius penitus sint momenti. Adjicimus insuper, quod hæreticus per hæreticum convinci possit: & quod domus Patarenorum, receptatorum, & defensorum, & fautorum, sive ubi docuerint, sive ubi aliis manus impoverint, destruantur, nullo tempore restituendæ. Datum Paduæ 22. Febr. 2. Indictione.

Rex Regum, Apostatantes a fide catholica penitus execramus, insequimur ultionibus, bonis suis omnibus privamus. Et ut a professione vel vita naufragantes legibus coarctamus. Successiones tollimus, ab eis omne jus legitimum abdicamus. Dat. Perusii 2. Cal. Novemb. Pontificatus nostri An. 1.

**ALIUD RESCRIPTUM FRIDERICI**

*in hæreticos.*

**I**nconfutibilem tunicam Dei nostri dissilare conantur hæretici, & vocabuli vitio fervientes, quod significatione divisionis enunciat, in ipsius indivisibilis fidei unitate nitantur inducere sectionem: & oves a Petri custodia, cui pascendæ a pastore bono sunt creditæ, segregare. Hi sunt lupi rapaces, extrinsecus eo usque mansuetudinem prætententes ovium, quousque ovile possint subintrare dominicum. Hi sunt angeli pessimi: Hi sunt filii pravitarum a parte nequitie & fraudis auctoris ad animas simplices destinati. Hi colubri, qui columbas decipiunt. Hi serpentes, qui latent videntur insperare, & sub mellis dulcedine virus evomere: ut vitæ cibum ministrare se simulent, cauda ferunt, & mortis poculum veluti quoddam dirissimum venenum immiscent. Horum sectæ veteribus, vel ne in publicum prodeant, non sunt notatæ nominibus: vel quod est forte nefandus, non contentæ, ut vel ab Arrio Arriani, vel a Nestore Nestoriani, aut a similibus similes nuncupentur: sed in exemplum Martyrum, qui pro fide catholica martyria subierunt, Patarenos se nominant, velut expositos passioni. Hujusmodi miseri Patarani, a quibus abest sancta credulitas divinitatis æternæ, sub uno contextu nequitie infamul tres offendunt: Deum videlicet, proximos, & seipsos. Deum, dum Dei fidem & Filium non agnoscunt: Decipiunt proximos, dum ipsi sub spe spiritualis alimonie, hæreticæ pravitate oblectamenta ministrant. Cruelius etiam faciunt in seipsos, dum post animarum dispendium, corpora denique severæ mortis illecebris, quam per agnitionem veram & veræ fidei possent evadere, vitæ prodigiis necis improvidi sectatores involvunt, & quod est ipso dicta

dictu diriffimum) superstites etiam non terrentur exemplo.

Contra tales sibi, Deo, & hominibus sic infestos, continere non possumus motus nostros, quin debita ultionis in eos gladium exeramus: tanto ipsos instantius persequentes, quanto in evidenter delationem fidei Christianæ, prope Romanam Ecclesiam, quæ caput Ecclesiarum omnium judicatur, superstitionis suæ scelera latius exercere noscuntur. Adeo quod ab Italiæ finibus, præsertim a partibus Lombardiæ, in quibus pro certo persequimur, ipsorum nequitiam latius abundare; jamque usque ad regnum nostrum Siciliæ, suæ perfidiae rivulos derivarunt.

Quod acerbissimum reputantes, statim inprimis, ut crimen hæreticos, & damnata sectæ cujuslibet, quocumque nomine conseantur sectatores, (prout veteribus legibus est indictum) inter publica crimina numerentur: imo crimine læsæ majestatis nostræ debet ab omnibus horribilibus judicari, quod in divina majestatis injuriam noscitur attentatum, quamvis judicii potestate alterum alteri non excellat. Nam sicuti duellionis crimen personas admittit damnatorum, & bona, & damnat post obitum memoriam defunctorum: sic & in prædicto crimine, quo Patarieni notantur, per omnia volumus observari.

Et ut ipsorum nequitia, qui (quia Dominum non sequuntur) in tenebris ambulant, derogatur, nemine etiam deferente investigari volumus diligenter hujusmodi scelum patratores, & per officiales nostros, sicut & alios malefactores inquiri, ac inquisitione notatos, etsi levis superstitionis argumento tangantur, a viris Ecclesiasticis, & Prælati examinari jubemus. Per quos, si inventi fuerint a fide catholica saltem in articulo deviare, ac per ipsos pastoralis more communiti, tenebrosi diaboli relicti infideli, noluerint agnoscere Deum lucis, sed in erroris concepta instantia perseverent, præsentis nostræ legis edito damnatos mortem pati Patarienos, aliosque hæreticos quocumque nomine conseantur, decernimus, quam æstant, ut vivi in conspectu hominum comburantur, flammarum commissi judicio. Nec dolemus, quod in hoc ipsorum satisfaciunt voluntati, ex quo poenam solummodo, nec fructum alium consequuntur erroris. Apud nos pro talibus nemo intervenire præsumat: quod qui fecerit, in ipsum nostræ indignationis aculeos non immerito convertemus. Dat. Paduæ 22. Febr. 12. Indict.

### C A P. III.

*Abjurantes hæresim, & respiscenses excipiantur.*  
Urbanus IV. Inquisitoribus ordinis Prædic. in  
Prov. Lombardia, Marchia, Januens.

Qui hæretica labe penitus abjurata redire voluerint ad Ecclesiasticam unitatem, eis juxta formam Ecclesiæ absolutionis beneficium impendatis & injungatis eisdem, quod injungi talibus consuevit, proviso solenter, ne simulata conversione redeant fraudulenter, & vos, imo potius seipos fallentes, sub agni specie gerant lupum.

Quod si aliqui fuerint judicandi hæretici, vel incarcerationis poena perpetua alicui pro hujusmodi crimine fuerit infligenda, ad id per vos de diocesanorum, vel vicariorum suorum, si ipsis diocesanis absentibus præsentis fuerint, consilio procedatur: ut in tanta animadversionis judicio non postponenda Pontificum auctoritas intercedat. Verum quia in tam gravi crimine cum multa oportet cautela procedi, ut in eos sine ullo proferatur errore dura ac digna severitas ultionis, volumus & mandamus ut vos vel illi, quos ad hoc duxeritis deputandos in examinatione testium, quos recipi saper crimine prædicto, ipsamque contingentibus oportuerit, adhibeatis duas religiofas & discretas personas, in quarum præsentia per publicam, si commode potest haberi, personam, aut per

duos viros idoneos, fideliter eorundem depositiones testium conscribantur. Ad conscribendas quoque hujusmodi depositiones testium, & ad faciendum omnia, quæ in cominatio vobis officio, ad seriniarii, seu tabellionis officium pertinent, teneri districte præcipimus, cum per vos, seu deputatos ad hoc a vobis, requisiti fuerint, omnes & singulos vestri ordinis fratres, qui dum essent in seculo, hujusmodi tabellionatus officium habuisse & exercuisse noscuntur: & illos etiam, quibus idem tabellionatus officium, ratione præfati negotii fidei, fuit a dicta sede commissum, & in posterum committeretur. Datum Viterbii 13 Cal. April. Pontificatus nostri Anno primo.

### C A P. IV.

*Fœdera cum hæreticis inita damnantur & prohibentur.*  
Joannes XIII. Inquisitori hæretica pravitatis  
F. Lamberto de ord. Prædic.

Cum nonnulli de Provincia nostra Romanodiolæ, tam Clerici quam Laici, Deum & Romanam matrem Ecclesiam offendere, seque in præcipitium damnationis mortis immergere non verentes, adeo favere & favisse dicantur damnatis hæreticis, confederationes, ligas, & societates inuendo cum ipsis, eosque receptando, & sibi præstando multipliciter auxilia, consilia & favores, quod de labe hæresis se reddiderunt, & reddunt vehementer suspectos: Nos tam ipsorum, quam multorum aliorum periculis, & præmissis imminens obviare salubriter cupientes, discretioni tuæ per Apost. scripta mandamus, quatenus contra fautores hujusmodi, & alios quoslibet, de crimine pravitatis hæreticæ culpabiles, vel suspectos, sic solenter secundum formam canonum, ac privilegiorum concessorum, inquisitionis officio procedere non postponas, quod inde debeat tua diligentia merito commendari. Datum Avinion. 12. Calend. Septemb. Pontificatus nostri Anno 20.

### C A P. V.

*Filii hæreticorum inhabiles sunt ad officia, ob paternam flagitii litem, quam contraxisse videntur.*  
Honorius IV. Calgano de Eugubio Ord. Minorum,  
Inquisitori hæres. pravitatis.

Exhibita nobis dilecti filii Archioni militis, nati quondam Philippi dicti Palmerii militis Spoletan. primo coninebat, quod olim significatibus felicis recordationis Alexandro Papæ prædecessori nostro, inquisitoribus pravitatis hæreticæ per Italiam deputatis, quod frequenter a sede Apostolica committebatur eisdem, ut tam hæreticos credentes, fautores, & receptatores hæreticorum, quam ipsorum filios & nepotes privandi dignitatibus, personatibus, officiis publicis, & beneficiis Ecclesiasticis de diocesanorum, vel eis absentibus, vicariorum suorum consilio, haberent liberam potestatem, & qualiter hoc deberet intelligi, postulantis declarari, præfatus prædecessor eisdem inquisitoribus per suas duxit literas respondendum, quod de filiis & nepotibus illorum hæreticorum credentium, & aliorum hujusmodi, qui modo tales esse probantur, intelligendum esse videbatur, non autem illorum, quos emendatos esse constaret, ac pro culpa hujusmodi ad mandatum Ecclesiæ poenitentiam recepisse, quam ipsi vel jam perregerant, vel humiliter prosecutioni ejus instarent, vel parati fuerant, dum viverent ad recipiendum eandem. Verum licet inquisitor pravitatis hujusmodi, tunc in partibus illis per sedem Apostolicam deputatus, memoratum Philippum, qui sibi confessas extirxit, quod cuidam hæretico revertentiam fecerat, quædam contra fidem profertendo catholicam, privaverit bonis suis, ac idem Philippus injunctam sibi propter hoc ab eodem Inquisitore poenitentiam perregerit reverenter, ac tandem, sicut vere catholicus, recepisset Ecclesiasticis sacramentis viam fuerit univ-

universa carnis ingressus, & ab Inquisitore prefato etiam absolutus, tamen potestas, consilium, & commune Spolaran. distum Archionum, ejusque filios occasione pramissorum ad officia civitatis Spolet. pro sua reculant admittere voluntate. Quare prebatus Archionus nobis humiliter supplicavit, ut nos misericorditer attendentes, quod idem Philippus sicut pramittitur, tanquam vere catholicus & fidelis Ecclesie Roman. decessit, eundem Archionum & filios ejus decerneremus, juxta pramissum ejusdem predecessoris responsum, in aliquo puniri occasione hujusmodi non debere: sed eos ad omnia secularia officia & beneficia Ecclesiastica & dignitates, ac ad omnes ordines, impedimento hujusmodi non obstante, potius admittendos. Quia igitur de facto hominis & eius circumstantiis habere poteris notitiam plenioris: Nos gerentes de circumspicione tua fiduciam in Domino specialem, presentium tibi auctoritate committimus & mandamus, ut si diligenti inquisitione pramissa, predicta invenieris veritate fulciri, & tibi etiam constiterit, quod prefati Archionus & filii non sint de haeretica pravitate praescripti, & in fidelitate ac devotione Ecclesie supradictae persistant, super quibus omnibus tuam intendimus conscientiam onerare, auctoritate nostra denunciare & declarare, quod propter pramissa vel eorum occasione, nihil eis possit obijci vel opponi, quin ad omnia secularia officia & beneficia Ecclesiastica, etiam si dignitates existant, illis non obtiniant, assumi libere valeant, & hi, qui literati esse noscuntur, ad omnes ordines promoveri, prout secundum Deum ad honorem catholice fidei videaris expedire. Quicquid autem super his inveneris & duxeris faciendum, nobis per tuas parentes literas harum feriem continentes fideliter studeas intimare. Datum Romae apud S. Sabinam, §. Cal. Decembr. Pontificatus nostri anno secundo.

## C A P. VI.

*Solvuntur quadam dubia, circa discussiones & decisiones causarum fidei, & haeresis poenae.*

Alexander IV.

**A**lexander Episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis fratribus ordinis Minorum, Inquisitoribus haeretice pravitate in administratione sancti Francisci, praesentibus ac futuris, salutem & Apostolicam benedictionem.

Quod super nonnullis quaestionibus articulis, in quibus causa fidei tangitur, nos consulere voluistis, sollicitudinis vestrae prudentiam in Domino commendamus.

Primus igitur vestrae consultationis articulus continebat, utrum dici debeat relapsus a in haeresim, qui lapsus est in eam post abjuracionem ipsius, in qua non invenitur antea commississe, cum secundum proprietatem verborum non videatur relapsus, qui non fuerat ante lapsus? Ad quod taliter respondemus, quod talis, si tanquam accusatus vel suspectus de haeresi, eam in judicio abjuravit, & postea committat in ipsa, censeri debet quadam juris fictione relapsus, licet ante abjuracionem suam plene probatum non fuerit crimen haeresis contra ipsum, dummodo hujusmodi prius orta suspicio violenta fuerit, & certis ac veris indicis comprobata. Si vero levis & modica, quantum ex hoc sit gravis puniendus, relapsorum tamen in haeresim non debet poena puniri, ex quo praesumi non potest verisimiliter ante lapsus in eam.

Quaerivistis etiam circa idem, si is, qui haeresim abjuravit, & per solam inexcusabilem receptionem vel receptionem, aut deductionem seu associationem, vel visitationem haeticorum, sive donationem vel missionem munerum, aut etiam alias in favorem eorum, qui excusa-

ri non possit, sine adoratione tamen (ut verbis vestris utamur) lapsus est postmodum, propter hoc debeat iudicari relapsus? Et quidem si legitime constitit, vel etiam nunc constaret, quod tales ante hujusmodi abjuracionem in haeresi commississent, non est dubium, eos per hoc fuisse relapsos: quia tunc dubitari non debet, illos ex approbata a se prius erroris consequentia id fecisse.

Præterea nonnulli talium, ut proponitis, jurant coram Inquisitoribus, tam de se, quam de aliis super facto haeresis veritatem dicere, sed perjurant, non odio tamen vel pretio, sed timore sui potius & suorum: corriguntur autem se postmodum super his, contra se ac alios suos complices deponendo. Cum itaque perjurant, secundum iura, etiam post poenitentiam, in criminalibus a testimonio repellatur, hinc quaeritur, utrum contra illos suos complices sit per testimonia talium procedendum? Super quo taliter respondemus, quod cum crimen hujusmodi sit exceptum, si ex manifestis indicis apparerit, tales non animi levitate aut odii fomite ductos, seu corruptos pecunia, sed zelo fidei, tanquam poenitentes propria culpa, asserere, quod talia prius tacebant, & velint in hoc errorem suum corrigere, ac alios nominare, statim debet in favorem fidei, nisi aliud obstituerit, attestacionibus eorumdem.

Ad illud autem, quod quaeritur, utrum ad Inquisitores haeresis pertineat, de divinationibus & sortilegis, qua contra aliquos sibi denunciantur cognoscere, ac punire talia exercentes? brevibus respondetur, quod cum negotium fidei, quod summe privilegium existit, per occupationes alias non debeat impedi, Inquisitores ipsi, de his, nisi manifeste saperent haeresim, ratione hujusmodi officii sibi commissi, se nullatenus intromittant, sed eos relinquunt suis iudicibus poena debita castigandos.

Quidam insuper (ut adjecit) pro his, qui commiserunt, in haeresi, altrigunt se Inquisitoribus sub obligatione bonorum suorum, ad recipiendum ab eis poenitentiam & complendam: sed ea licet injuncta, non tamen perfecta, quin potius in toto vel in parte neglecta, decedunt. Quaeritur ergo, utrum Inquisitores ipsi, vel quibus in eorum locum succedunt, possint ad satisfaciendum pro ipsis defunctis, haeredes vel detentores bonorum sic decedentium coarctare? Ad quod dicimus, quod si per hujusmodi poenitentiam aliquid onus ad salutem proficiens impositum fuerit, in bonis temporalibus exequendum, ad complementum ipsius per Inquisitores cogi debent haeredes, vel alii, ad quos bona talium cum suo onere devenerunt.

Injungitur etiam aliquibus ad poenam, in poenitentia pro haeresi, ab ipsis ipsis Inquisitoribus, ut usuras restituunt, ad quod obligaverant in iudicio Ecclesie se & sua. In quo quaeritur, utrum Inquisitores ipsi, vel qui succedunt in locum eorum, ad respondendum coram se consequentibus de usuris hujusmodi, & ad restitutionem eorum, si de ipsis constiterit, possint compellere taliter poenitentes, prout ab eis in aliis injunctis sibi poenitentia fieri consuevit? Ad quod respondemus, quaestionem super usuris motam, contra tales judicialiter non debere audiri ab Inquisitoribus haeresis, nec decidi. Nolentes, quod per causas hujusmodi officulum negotio fidei prepararetur: eos tamen ad restitutionem usurarum, de quibus constiterit, compellere poterunt; quibus in satisfactionem, pro predicto crimine, hujusmodi restitutionem in poenitentia injunxerunt.

Sunt & alii, qui confessi sunt in iudicio de haeresi coram Inquisitoribus hujusmodi pravitate, sed antequam eis injungeretur poenitentia, decesserunt. Super quo quaeritur, si haeredes talium compelli possint ab Inquisitoribus, ut ad ipsorum arbitrium satisfaciant pro defunctis, praecipue, cum iidem dum viverent, ad faciendam poenitentiam, quam Inquisitores eis vellent injungere, bona sua Inquisitoribus obligarint? Cui quaestioni sic duximus respondendum, quod postquam tales non decesserant

haere-

*a Relapsus dicitur qui in haeresim abjuratam vel in a-*  
*liam iterum labitur, c. su. de haeres. Pauperum.*

hæretici, sed reincorporari potius Ecclesie unitati, non vidimus, quod eis post mortem, vel eorum hæredibus, qui ad successionem talium admittuntur, sit satisfactio pro extincto jam crimine injungenda. In eo vero casu, in quo hæreses hujusmodi ad successionem non debent ob culpam sui actoris admitti, non obstante, quod actoribus ipsis viventibus, hoc non fuerit intercedente ipsorum morte per sententiam declaratum, ad confiscationem bonorum post mortem nihilominus procedatur.

Adjectis præterea, negotium seu officium Inquisitionis contra hæreticos dilecto filio Priori fratrum Prædicatorum Parisien. a sede Apost. fuisse sub ea forma commissum, ut idem super hoc possit inquirere, tam per se, quam per alios, quos ad hoc idoneos reputaret: in quo quaeritur, utrum tales delegati existant, & quot possint etiam sic eligi? Super quo taliter duximus ordinandum, quod idem Prior possit tres vel quatuor idoneos ad hoc opus assumere, qui parem cum ipso habeant potestatem, & amovere illos, ac ipsorum loco alios substituere, quoruscunque viderit expedire: ipsi tamen Priori, & aliis sic assumptis committendi duntaxat citationes, & examinationes testium, cum de hujusmodi crimine ac circumstantiis ejus inquirunt, ac denunciationis sententiam, quas super iis contra quoslibet contigerit ferri, & iis similia faciendi conceditur ab eadem sede facultas.

Quæstioni vero, qua quaeritur, utrum constitutus in factis deprehensus in hæresi, & propter hoc immutandus perpetuo, prius sit ab ordinibus a suo Episcopo degradandus, antequam tradatur hujusmodi poenitentia? Respondemus, quod talis, qui est perpetuo immutandus, prius debet a suis omnibus degradari.

Nonnulli quoque clerici, & quod est deterius, sacerdotes, prætextu pecunie, vel alicujus servitii temporalis, inveniuntur aliquando Inquisitionis impedire negotium, instruendo citatos hæreticorum credentes de celanda veritate, falsitate dicenda, vel eos indebitè liberando: de quibus quaeritur, Utrum Inquisitores possint tales capere, ac etiam retinere, aut quod si accepta restituant, coarctare? Dubium itaque non videtur, quod si, quos constat exercere præmissa, ea faciunt in favorem hæreticæ pravitate, quare possunt a talibus per Inquisitores compesci, & poena debita castigari, tam per captionem personarum, quam etiam alias, prout culpa exegerit, delinquentis.

Quod autem postmodum quaerebatur, Quomodo essent puniendi religiosi, qui inveniuntur in hæresim deliquisse, cum seculares peccantes in simili casu, immutationis vel alia poena plebantur? Ejus solutio satis patet, cum certum sit, tales in hoc & consimilibus delinquentes, gravius etiam secularibus puniendos.

Frequenter etiam vobis ab Apostolica sede committitur, ut tam hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum, quam ipsorum filios & nepotes, ac illos etiam, qui prædicatorum interventa vel gratia tale essent adepti, vel assueverunt in posterum, privandi personaribus, dignitatibus & honoribus quibuscunque ac beneficiis Ecclesiasticis, & officiis publicis de diocesanorum, vel eis absentibus vicariorum suorum consilio, habeatis liberam facultatem: quod qualiter intelligi debeat, petivistis ejusdem sedis oraculo declarari. Hoc sane de filiis & nepotibus illorum credentium & aliorum hujusmodi, qui modo tales esse probantur, intelligendum esse videtur, non autem illorum, quos emendatos confiterentur, & pro culpa hujusmodi ad mandatum Ecclesie poenitentiam receperunt, quam ipsi vel jam perfererunt, vel humiliter prosecutioni ejus instituit, vel parati fuerunt, dum viverent, ad recipiendam eandem. Dioecesani quoque in privandis talibus sunt generaliter requirendi, nisi forsitan constaret legitime, quod iidem scienter eis beneficia contulissent: tunc enim eos in iis requirendos esse non credimus, sed potius a suo Iudice puniendos. Vnde igitur hæc & alia contingentia in hac parte commissum vobis officium sic prudenter & fideliter exequi procuretis,

sic ad ea pure propter Deum, cujus causam geritis, vestra feratur intentio, quod labor vester vobis ad vitæ præmium, & aliis ad salutem, quæ solum in talibus quaeritur, proficiat animarum. Dat. Viterbii 5. Cal. Octobr. Pontificatus nostri Anno quarto.

## C A P. VII.

*Excommunicati & socii criminis iure in testimonium admittuntur contra hæreticos.*

*Idem ordinis Minorum Inquisitoribus.*

CONSULUIT nos discretio vestra, utrum illos, qui ratione criminis hæreticos vel alia de causa excommunicationis sententia sunt ligati, contra hæreticos, credentes, defensores, fautores vel receptatores eorum, ad testimonium perhibendum admittere, & stare dictis eorum, seu illorum etiam debeat, qui complices, participes, seu socios ejusdem criminis se fatentur? Quia igitur, si iidem excommunicati non admitterentur ad perhibendum testimonium contra tales, & dictis eorum, ac si fatentium non flaretur, frequenter officium Inquisitionis vobis commissa, in impedimento fidei contingeret impediri, quando præsertim vix aut nullo modo potest, nisi per sic fatentes, super hoc veritas apparere, statuis in favorem fidei, ut hujusmodi Inquisitionis negotio, dicti excommunicati, contra hæreticos, credentes, defensores, fautores & receptatores eosdem, ad testimonium non admittantur, & stetur tam illorum dictis, quam eorum, qui ut prædictum est, socios ejusdem criminis se fatentur, ex verisimilibus conjecturis, quæ ex numero deponentium, vel personarum, tam deponentium quam eorum contra quos deponitur qualitate, ac illis circumstantiis conjici poterunt, sic fatentes non falsa dicere præsumantur. Datum Lateran. 10. Calend. Februar. Pontificatus nostri Anno septimo.

## C A P. VIII.

*Hæreticum est, asserere animam rationalem esse mortalem.*

*Leo X. ex Concilio Lateranensi.*

APOSTOLICI b regiminis sollicitudo nos assidue pulsata, ut mendedis animarum languoribus, quatum nos ex alto omnipotens auctor curam habere voluit, iis potissimum, qui instantius fideles nunc urgere cernuntur, salutarifero olei & vini medicamine ad instar Samaritani in Evangelio sollicitam operam impendamus, ne nobis istud Hieremias objicatur: Nunquid resina non est in Galaad, aut medicus non est inibi? Cum itaque diebus nostris (quod dolenter ferimus) zizaniam seminatio, antiquus humani generis hostis, nonnullos perniciosissimos errores a fidelibus semper explosos, in agro Domini supereminare & augere sit ausus, de natura præsertim animæ rationalis, quod videlicet mortalis sit, aut unica in cunctis hominibus, & nonnulli temere philosophantes, secundum falsam Philosophiam, verum id esse assererent: contra hujusmodi pestem opportuna remedia adhibere cupientes, hoc sacro approbante Concilio damnamus & reprobamus omnes asserentes, animam intellectivam mortalem esse, aut unicam in cunctis hominibus & hæc in dubium vertentes, cum illa non solum vere per se & essentialiter humani corporis forma existat, sicut in canone felic. rec. Clementis c. Papæ V. prædecessoris nostri, in generali Viennensi Concilio edito continetur: verum & immortalis, & pro corporum, quibus infunditur, multitudine

*a Inquisitores procedere possunt cum testibus excommunicatis, sociis & participibus criminis, & aliis desect. habentibus, ut traditur in c. in fidei favorem, de hæres. in 6. b Alphonsus de Castro hanc constitutionem commentariis illustravit. c Clementis V. in Concilio Viennensi, ut habetur in Clement. titul. 5. de summa trinit. & fid. cathol.*

itudinem singulariter multiplicabilis, & multiplicata, & multiplicanda sit. Quod manifeste constat ex Evangelio, cum Dominus ait: Animam autem occidere non possunt. Et alibi: Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam: Et cum æterna præmia & æterna supplicia, pro merito vite, iudicandis repromittit: alias Incarnatio, & alia Christi mytheria nobis minime profuissent, nec resurrectio expectanda foret, ac sancti & iusti miserabiliores essent (juxta Apostolum) cunctis hominibus. Cumque verum vero minime contradicatur, omnem assertionem veritatis illuminatæ fidei contrariam omnino falsam esse definitum, & ut taliter dogmatizare non liceat, districtius inhibemus: omnesque hujusmodi erroris assertionibus inhaerentes, veluti damnatissimas hæreses seminantes, per omnia, ut detestabiles & abominabiles hæreticos, & infideles, catholicam fidem labefactantes, vitandos & puniendos fore decernimus. Insuper omnibus & singulis Philosophis in Universitatibus studiorum generalium, & alibi publice legentibus districtè præcipiendo mandamus, ut cum Philosophorum principia, aut conclusiones, in quibus a recta fide deviare noscuntur, audientibus suis legentibus, seu explanaverint, quale hoc est de anima mortalitate, aut unitate & mundi æternitate, ac alia hujusmodi, teneantur eisdem veritatem religionis Christianæ omni conatu manifestam facere, & persuadendum pro posse dicere, ac omni studio hujusmodi Philosophorum argumenta, cum omnia solubilia existant, pro viribus excludere atque resolvere. Et cum non sufficiat, aliquando tribulorum radices præscindere, nisi &, ne iterum pullulent, funditus evellere, ac eorum semina originaleque causas, unde facile oriuntur, remove: cum præcipue humanæ Philosophiæ studia diuturniora, quam Deus secundum verbum Apostoli evacuavit, & stultam fecit, absque divinæ sapientiæ condimento, & quæ, sine revelatæ veritatis lumine, in errorem quandoque magis inducant, quam in veritatis elucidationem: ad tollendam omnem in præmissis errandi occasionem, hac salutari constitutione ordinamus & statuimus, ne quisquam de cætero in sacris Ordinibus constitutus, secularis vel regularis, aut alias ad illos a jure ætatis, in studiis generalibus vel alibi publice audiendo, Philosophiæ aut Poesis studiis ultra quinquennium, post Grammaticam & Dialecticam, sine aliquo studio Theologiæ, aut juris Pontificii incumbat. Verum dicto exacto quinquennio, si illis studiis insudare voluerit, liberum sit ei, dum tamen simul aut seorsum, aut Theologiæ, aut sacris canonibus operam navaverit, ut in his sanctis & utilibus professionibus Sacerdotes Domini inveniant, unde infectas Philosophiæ & Poesis radices purgare & sanare valeant. Cal. Januarii 151.

## C A P. IX.

*Hæreticorum, Schismaticorum, eorumque fautorum poena.*  
Paulus IV.

Cum ex Apostolatus officio, nobis, meritis licet imparibus, divinitus credito, cura Domini regis nobis imminet generalis, & exinde teneamur, pro fidei illius custodia, & salubri directione, more vigilis pastoris, assidue vigilare, & attentius providere, ut qui hac ætate, peccatis exigentibus, propriæ prudentiæ innotentes, licentius & perniciosius solito contra orthodoxæ fidei disciplinam insurgunt, & superstitiosis ac fictitiis adventionibus sacrarum Scripturarum intelligentiam pervertentes, catholicæ Ecclesiæ unitatem, & inconfutibilem Dominicam scindere moliantur, ab ovili Christi repellantur, nec magisterium erroris continent, qui discipuli veritatis esse contemnunt: Nos considerantes, rem hujusmodi adeo gravem & periculosam esse, ut Romanus Pontifex qui Dei & Domini nostri Jesu Christi vices gerit in terris, & super gentes & regna plenitudinem obtinet potestatis, omnesque iudicat, a nemine in hoc seculo ju-

dicanus, possit, si deprehendatur a fide devius redargui, & quod ubi majus intenditur periculum, ibi est plenius & diligentius consulendum, ne Pseudopropheta, aut alii etiam secularium jurisdictionem habentes, simplicium animas miserabiliter illaqueent, innumera-bilemque populos eorum, in spiritualibus aut temporalibus curæ & regimini commissos, secum in perditionem, & damnationis interitum trahant, nec aliquando contingant, nos abominationem desolationis, quæ dicta est a Daniele Propheta, in loco sancto videre, cupientes, quantum cum Deo possumus, pro nostro munere pastoralis, vulpes vineam Domini demoliri fatigentes capere, & lupos ab ovilibus arce-re, ne canes muti videamur, nequeunt latrare, & perdamur cum malis agricolis, ac mercenario comparemur. Habita super his cum venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, deliberatione matura, de eorum consilio, & unanimi assensu, omnes & singulas excommunicationis, suspensionis, & interdicti, ac privationis, & quasvis alias sententias, censuras & poenas, a quibusvis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, aut pro talibus habitis, etiam per eorum literas extravagantes, seu sacris Conciliis ab Ecclesia Dei receptis, vel sanctorum Patrum decretis & statutis, aut sacris canonibus, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, contra hæreticos aut schismaticos quomodolibet latus, & promulgatas, Apostolica auctoritate approbamus & innovamus, ac perpetuo observari, & in viridi observantia, si forsitan in ea non sint, reponi & esse debere, necnon quoscunque, qui hæcenus a fide catholica deviasse, aut in aliquam hæresim incidisse, seu schisma incurrisse, aut excitasse, seu commississe deprehensi, aut confessi, vel convicti fuerint, seu (quod Deus pro sua clementia & in omnes bonitate avertere dignetur) in posterum deviantur, seu in hæresim incident, aut schisma incurrent, vel excitabunt, seu committent, & deviasse, seu incidisse, aut incurrisse, vel excitasse, seu commississe deprehendantur, aut confitebuntur, seu convincentur, cujuscunque status, gradus, ordinis conditionis & præminentie existant, etiam si Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, Primatiali, aut alia majori dignitate Ecclesiastica, seu Cardinalatus honore, & Apostolicæ sedis ubivis locorum, tam perpetuam quam temporalis legationis munere, vel mundana, etiam Comitali, Baronali, Marchionali, Ducali, Regia, & Imperiali auctoritate seu excellentia præfulgeant, & eorum quemlibet sententias, censuras, & poenas prædictas incurere volumus atque decernimus. Et nihilominus considerantes dignum esse, ut qui virtutis amore a malis non abstinere, metu poenarum ab illis deterreantur, & quod Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchæ, Primates, Cardinales, Legati, Comites, Barones, Marchiones, Duces, Reges, & Imperatores, qui alios docere, & illis bono exemplo, ut in fide catholica contineantur, esse debent, prævaricando gravius cæteris peccant, cum non solum seipsum perdant, verum etiam alios innumera-biles populos eorum curæ & regimini creditos, seu alias eis subditos, secum in perditionem & puteum interitus trahant: de similibus consilio & assensu, hac nostra in perpetuum valitura constitutione, in odium tanti criminis, quod nullum in Ecclesia Dei majus & perniciosius esse potest, de Apostolica potestate plenitudine factum, statuimus, decernimus, & diffinimus, quod sententias, censuras, & poenas prædictas in suis robore & efficacia remanentibus, ac effectum suum sortientibus, omnes & singuli Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchæ, Primates, Cardinales, Legati, Comites, Barones, Marchiones, Duces, Reges, & Imperatores, qui hæcenus, ut præfertur, deviasse, aut in hæresim incidisse, seu schisma incurrisse, excitasse, vel commississe deprehensi, aut confessi, vel convicti fuerint, & in posterum deviantur, aut in hæresim incident, seu schisma incurrent, vel excitabunt, aut committent, & deviasse seu in hæresim incidisse, vel schisma incurrisse, aut ex-

citasse, seu commississe deprehendentur, aut confitebuntur, seu convincentur, cum in hoc inexcusabiliores cæteris reddantur, ultra sententias, censuras & pœnas prædictas, sint etiam eo ipso, absque aliquo juris aut facti ministerio, suis ordinibus, & cathedralibus, etiam metropolitanis, Patriarchalibus, & Primatialibus Ecclesiis, ac Cardinalatus honore, & cujusvis legationis munere, necnon voce activa & passiva, omnique auctoritate, ac monasteriis, beneficiis, & officiis Ecclesiasticis, cum cura & sine cura, secularibus & quorumvis ordinum regularibus, quæ ex quibusvis concessionibus & dispensationibus Apostolicis in titulum, commendam & administrationem, aut alias quomodolibet obtinuerint, & in quibus vel ad quæ, jus aliquod habuerint, necnon quibusvis fructibus, redditibus & proventibus annuis super similibus fructibus, redditibus & proventibus eis reservatis, & assignatis: Comitatus quoque, Baronis, Marchionatus, Ducatus, Regnis, & Imperio penitus, & in totum perpetuo privati, & ad illa de cetero inhabiles & incapaces, habeanturque pro relapsis, & subvertis in omnibus & per omnia, perinde ac si prius hæresim hujusmodi in iudicio publice abjuraissent, nec ullo unquam tempore ad eorum pristinum statum, aut Cathedralis, Metropolitanas, Patriarchales, & Primaticales Ecclesias, seu Cardinalatus, vel alium honorem, aut quamvis aliam majorem vel minorem dignitatem, seu vocem activam vel passivam, aut auctoritatem, seu Monasteria, & beneficia, vel Comitatus, Baronias, Marchionatus, Ducatus, Regna, & Imperium restitui, reponi, reintegrari, aut rehabilitari possint: quinimo seculares relinquuntur arbitrio potestatis, animadversione debita puniendi, nisi apparentibus in eis vera poenitentia indicii, & condigna poenitentia fructibus, ex ipsius sedis benignitate & clementia, in aliquo monasterio, aut alio regulari loco, ad peragendum perpetuum in pane doloris & aqua mœstia poenitentiam retrahendi fuerint. Quodque pro talibus ab omnibus jusjuramentis, gradus, ordinis, conditionis, & præcæmuntibus existentibus, ac quacunque etiam Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali & Primatiali, aut alia majore Ecclesiastica dignitate, & etiam Cardinalatus honore, seu mundana, etiam Comitatu, Baronali, Marchionali, Ducatu, Regia, & imperiali auctoritate & excellentia pollebentibus, haberi, tractari, & reputari, & ut tales evitari, omnique humanitatis solatio destitui debeant.

Et qui Jus patronatus, aut nominandi personas idoneas ad cathedrales, etiam metropolitanas, & Patriarchales ac primaticales Ecclesias, seu monasteria, vel alia beneficia Ecclesiastica per privationem hujusmodi vacantia, habere prætulerint, ne illa diutius vacationis exponantur incommodis, sed de servitute hæreticorum erepta, personis concedantur idoneis, quæ illarum populos in fœditate justitiae fideliter dirigant, teneantur ad Ecclesias, Monasteria, & beneficia hujusmodi alias personas idoneas, infra tempus a jure vel ex eorum concordatis, seu compactis cum dicta sede intristitutum, nobis seu pro tempore existentibus Romano Pontifici præsentare, alioquin tempore hujusmodi elapso, plena & libere Ecclesiarum, monasteriorum, & beneficiorum prædictorum dispositio ad nos, & Romanum Pontificem prædictum, eo ipso, pleno jure devolvatur. Et insuper, qui ipsas sic deprehensos aut confessos, vel convictos scienter quomodolibet disceptare, vel defendere, aut eis favere, vel credere, seu eorum dogmata dogmatizare præsumpserint, sententiam excommunicationis eo ipso incurrant, efficianturque infames, nec voce, persona, scriptis, vel nuncio, aut procuratore aliquo, ad publica seu privata officia, aut consilia, seu synodum, vel Concilium generale vel provinciale, nec conclave Cardinalium, aut aliquam fidelium congregationem, seu electionem alicujus, aut testimonium perhibendum admittantur, nec admitti possint.

Sint etiam intestabiles, nec ad hæresitatis successionem  
Jur. Canon. Tom. II.

accedant: nullus præterea cogatur eis super aliquo negotio respondere. Quod si forsitan Judices extiterint, eorum sententia nullam obtineat firmitatem, nec aliqua causa ad eorum audientiam deducatur: & si fuerint Advocati, eorum patrocinium nullatenus recipiatur: si vero tabelliones extiterint, instrumenta confecta per eos nullius sint penitus roboris vel momenti. Et insuper clerici omnibus & singulis Ecclesiis, etiam cathedralibus, Metropolitanis, Patriarchalibus & Primatialibus, ac dignitatibus, Monasteriis, beneficiis, & officiis Ecclesiasticis, etiam, ut præfertur, qualificatis, per eos quomodolibet obtentis, & tam ipsi quam laici, etiam, ut præmittitur, qualificati, & dignitatibus prædictis præditi quibuscumque Regnis, Ducatibus, Dominiis, Feudis & bonis temporalibus per eos possessis, privati existant eo ipso, Regnaque, Ducatus, dominia, feuda, & bona hujusmodi publicentur, & publica sint, efficianturque juris & proprietatis eorum, qui illa primo occupaverint, si in sinceritate fidei, & unitate sanctæ Rom. Ecclesiæ, ac sub noxia & successorum nostrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium obedientia fuerint.

Adjicientes, quod si ullo unquam tempore apparuerit, aliquem Episcopum, etiam pro Archiepiscopo seu Patriarcha, vel Primatu se gerentem, aut prædictæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem, etiam, ut præfertur, legatum, seu etiam Romanum Pontificem ante ejus promotionem, vel in Cardinalem seu Romanum Pontificem assumptionem, a fide catholica deviasse, aut in aliquam hæresim incidisse, seu schisma incurrisse, vel excitasse, aut commississe, promotio seu assumptio de eo, etiam in concordia, & de unanimi omnium Cardinalium assensu facta, nulla, irrita, & inanis existat, nec per susceptionem muneris, consecrationis, aut subsecutam regiminis, & administrationis possessionem, seu quasi, vel ipsius Roman. Pontificis inchronizationem, aut adorationem, seu ei præstitam ab omnibus obedientiam, & cujusvis temporis in præmissis cursum, convaluisse dici, aut convalescere possit, nec pro legitima in aliqua sui parte habeatur, nullamque talibus in Episcopos, seu Archiepiscopos, vel Patriarchas, aut Primates promotis, seu in Cardinales, vel Romanum Pontificem assumptis, in spiritualibus vel temporalibus administrandi facultatem tribuatur, aut tribuere censeantur: sed omnia & singula per eos quomodolibet dicta, facta, gesta, & administrata, ac inde secuta quæcumque viribus careant, & nullam prorsus firmitatem, nec jus alicui tribuant, sintque ipsi sic promoti, & assumpti, eo ipso, absque aliqua desuper facienda declaratione omni divinitate, loco, honore, titulo, auctoritate, officio & potestate privati, liceatque omnibus & singulis sic promotis & assumptis, si a fide ante non deviasse, nec hæretici fuissent, neque schisma incidissent, aut extitissent, vel commississent, subditis personis, tam clericis secularibus & regularibus, quam etiam laicis, necnon Cardinalibus, etiam qui electi ipsius pontificis antea a fide devii, aut hæretici, seu schismatici interfecerint, seu alias confenserint, & ei obedientiam præstiterint, eumque adoraverint, ac cathedranis, Præfatis, Capitaneis, & Officialibus, etiam aliarum urbis nostræ, & totius status Ecclesiastici, etiam eisdem sic promotis vel assumptis homagio, seu juramento, vel cautione obligatis & obnoxiiis, ab ipsorum sic promotorum vel assumptorum obedientia & devotione impune quancunque recedere, eosque ut magos, eihæricos, publicanos, & hæresiarchas evitare, eisdem subditis personis fidelitati & obedientia futurorum Episcoporum, Archiepiscoporum, Patriarcharum, Primatum, Cardinalium, & Romani Pontificis canonice intrantis, nisi lominus attritis remanentibus, & ad majorem ipsorum sic promotorum & assumptorum, si eorum regimen et administrationem continuare voluerint, confusionem, contra eosdem sic promotos et assumptos auxilium brachii secularis implorare, nec propterea tales ab ipsorum sic promotorum et assumptorum fidelitate & obedientia præmissorum occasione recedentes, tamquam tunica Domini scissores, ali-

quorum censurarum seu pœnarum ultioni subjaceant. Romæ 16. Cal. Martii 1558.

## C A P. X.

*Sententia declaratoria in reorum hæresis favorem lata, contra jurisdictionem & siglum officii Inquisitionis, nunquam transiens in rem judicatam.*

Pius V.

**I**nter multiplices curas, quæ animum nostrum assidue pulsant, illa inprimis est, prout esse debet, ut Ecclesia Dei nobis ex alio commissis, purgatis, imo quantum fieri potest, procul exterminatis omnibus hæresibus, & pravis errorum opinionum dogmatibus, tuto militare, & tanquam navis in tranquillo mari, sedatis omnibus tempestatibus & procellis, secure navigare, & ad optatum salutis portum pervenire possit. Cum itaque nos, dum in minoribus constituti, sanctissimi officii Romanæ & universalis contra hæreticam pravitatem Inquisitionis negotia pertractavimus, tandem ex longo usu atque experientia rerum magistra cognoverimus, quod multi rei delati, & in prædicto sanctissimo officio, seu alibi eorum locorum ordinariis, & hæreticæ pravitatis Inquisitoribus processati, ac de hæreticæ pravitatis inquisiti, falsos testes ad eorum defensam examinari faciendo, ac compurgatorum, de eorum vita & doctrina minime informatum, opera & testimonio se juvantibus, ac diversis aliis illicitis modis, excogitatisque idolorum excusationibus & malitiis, prædictum sacrum officium sanctissimæ Inquisitionis, cæterisque Judices, & etiam Romanos Pontifices deludendo & decipiendo, plures etiam veluti innocentes, diffinitivas a prædictis processibus & inquisitionibus absolutorias, & præcedente canonica purgatione eorum assertæ bonæ & catholice fidei, vitæ & doctrinæ declaratorias sententias, seu decreta, ab eodem sanctissimo officio, aliisque locorum ordinariis, sive delegatis & Inquisitoribus, ac etiam Rom. Pont. prædecessoribus nostris obtinuerunt, seu extorserunt, quas sententias & decreta prædicti Rom. Pontifices etiam cum perpetui silentii impositione, ac inhibitione, ne dictum sanctissimum officium, aut alii Inquisitores ad ulteriora procedere possent, seu deberent, necnon etiam cum causarum evocatione, ad solum Romanum Pontificem, sub cuius protectione submittebantur, aliisque derogatoriarum derogatoriis, & efficacissimis clausulis, ac etiam irritantibus & aliis decretis, etiam in forma gratiosa ampliando, per varios, & varias, eorum motus proprios, ac etiam sub plumbo vel annullo piscatoris expeditas literas, etiam in consistorio seu consistorialiter emanatas, confirmarunt. Unde eveniebat, quod prædicti rei inquisiti, sub velamine & tutamine prædictarum sententiarum declaratarum, & literarum Apostolicarum, & præsertim vigore clausulæ inhibitoriæ contra Inquisitores factæ confidentes, clam, & etiam aliquando palam, in antiquis eorum erroribus contra fidem catholicam perseverando nunquam ad gremium Ecclesiæ vere redibant, imo cum aliis secure & tanquam catholici conversando, eorundem & aliorum animas corrumpere & inficere, ac in suas hæreticas opiniones trahere, de facili potuerunt, in totius Reipublicæ Christianæ non modicum scandalum & præjudicium, prædictorumque delatorum animarum perniciem & iacturam. Nos huic scandalo adeo periculoso & contagioso obviare, dictarumque animarum saluti consulere & providere, omnemque jurisperitorum dubietatem & altercationem, ac quæcunque impedimenta & obstacula, propter quæ sancta Inquisitio hæreticæ pravitatis quomodocunque & qualitercunque impediretur vel retardaretur, tollere volentes, motu simili, & ex certa

nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, inprimis omnes & singulas, ac quæcunque literas Apostolicas, sub quacunque verborum forma, etiam in prædictis, ac quibusvis aliis causis hæreticis, etiam motu proprio, &c. ac etiam consistorialiter, &c. & alias quomodolibet emanatas, necnon etiam desuper signatas motuum propriorum, & alias schedulas quascunque, ad jus & iustitiam, ac juris terminos reducentes, necnon sicut prædicti sancti officii Inquisitionis, & aliorum ordinariorum, & delegatorum Judicium, adversus prædictas literas, inhibitiones, ac etiam derogatorias derogatorias, aliisque clausulas quascunque apertientes, & quatenus jurisdictionis dispositioni, vel stylo dicti officii sint contraria, illas penitus & perpetuo revocantes, hac nostra perpetua, perpetuoque valitura universalis constitutione, omnes & singulas, & quæcunque, etiam ex capite assertæ innocentie absolutorias, vel etiam præcedente canonica purgatione, sub quacunque verborum forma declaratorias sententias, etiam diffinitivas, & decreta in eorundem Inquisitorum & delatorum favorem per prædictum sanctissimum officium aliisque Judices ordinarios & delegatos, ac etiam Roman. Pontifices latis, & lata, aut in futurum per nos etiam & successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, ferendas, & ferenda, nunquam fecisse, nec in futurum posse facere transitum in rem judicatam, Apostol. auctoritate declaramus, decernimus, statuimus, & ordinamus, præsertim sententias & decreta, & quantumcunque per literas Apostolicas, etiam in forma gratiosa, etiam iteratis vicibus, ac etiam a pluribus Romanis Pontificibus emanatis, confirmatis, vel confirmandis, cum prædictis, vel aliis quibuscunque, etiam derogatoriis derogatoriis, ac etiam irritantibus, aliisque clausulis & decretis, necnon inhibitionibus, ac etiam in canonicis sanctionibus, quorum omnium & singulorum, aliorumque præmissorum, & inde sequutorum tenores, ac si de verbo ad verbum infererentur præsentibus, haberi volumus pro expressis, ac totaliter insertis, ceterisque in contrarium facientibus quibuscunque non obstantibus, per prædictum sanctum officium sanctæ Inquisitionis, ac dilectos filios modernos & pro tempore existentes sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, hæreticæ pravitatis Inquisitores, & super dicto officio nunc & pro tempore deputatos, contra eosdem & eos delatos, & inquisitos, etiam si fuerint & sint Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchæ, Primates, ejusdem sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, Legati, etiam de latere, Comes, Barones, Marchiones, Duces, Reges, & Imperatores, tam de antiquis, quam noviter, etiam super eisdem articulis receptis, vel recipiendis testibus, aliisque argumentis, probationibus, & iudiciis, juxta facultates eidem Cardinalibus, Inquisitoribus per nos & quoscunque prædecessores & successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, ac sedem Apostolicam, quomodolibet concessas & datas, ac in futurum respective addendas & concedendas, denuo inquiri & procedi posse & debere, etiam, in omnibus & per omnia, perinde ac si prædictæ sententiæ, decreta, literæ Apostolicæ, ac etiam canonicæ purgationes in prædictorum reorum delatorum & inquisitorum, etiam Episcoporum, Archiepiscoporum, Patriarcharum, Primatum, Cardinalium, Legatorum, Comitum, Baronum, Marchionum, Ducum, Regum, & Imperatorum favorem emanassent, novis præsertim supervenientibus iudiciis ejusdem vel alterius speciei hæreticis, tempus præteritum etiam respiciens, vel ubi appareret per aliqua iudicia, quod illicitis modis prius ipse delatus vel inquisitus fuisset absolutus, eadem Apostolica auctoritate volumus pariter, & mandamus: Concedentes eidem Cardinalibus Inquisitoribus, & super dicto sacro sanctissimæ Inquisitionis officio nunc & pro tempore deputatis, plenam, liberam, amplam, & omnimodam facultatem, potestatem & auctoritatem, causas hujusmodi, etiam auctoritate œcumenici universalis Conci-

Concilii Tridentini decifas revidendi, ac in ftatu & terminis, in quibus ante prædictas fententias & decreta, ac etiam canonicas purgationes quomodolibet reperiabantur, reafsumendi, fineque debito terminandi, prout in aliis caufis pendentibus indecifis per eofdem Cardinales Inquifitores juxta eorum facultates fit, fierique potest, & confuevit: Et infuper veftigijs felic. rec. Pauli Papæ IV. prædecefforis noftri inhærendo, Conftitutionem alias contra hæreticos & fchifmaticos per eundem Paulum prædecefforem, fub data videlicet Romæ apud fancti Petrum, anno incarnationis Dominicæ millefimo quingentefimo quinquagefimo octavo, 15. Cal. Martii, Pontificatus fui anno quarto editam, tenore præfentium renovamus, & etiam confumamus, illamque inviolabiliter, & ad unguem obferuari volumus & mandamus: juxta illius feriem atque tenorem. Et fic in omnibus & fingulis fupradictis fecerit, ac ita per prædictos & quofcunque Judices, &c. fublata, &c. judicari, &c. debere. Itarum, &c. perpetuo decernimus & declaramus.

T I T U L U S IV.  
DE LIBRIS PROHIBITIS.  
C A P I T U L U M I.

*Hebræorum utrumque Thalmud, multis partentis, commentis, & blafphemis in Chriflum & fidem Chriftianam referunt, damnatur.*

Julius III.

**J**ulius Papa III. univerfis & fingulis venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epifcopis, ac dilectis filiis alijs locorum ordinarijs, falutem & Apoftolicam benedictionem.

Cum ficut nuper non fine animi noſtri moleſtia accepimus, licet alias venerabiles fratres noſtri ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, hæreticæ pravitatis in univerſa Republica Chriftiana Inquifitores generales, certum Hebræorum librorum volumen, Gemaroth & Thalmud nuncupatum, nonnulla indigna, & legem divinam, orthodoxamque fidem offendentia continens, de mandato noſtro damnaverint, & igne comburi fecerint: nihilominus inter ipſos Hebræos adhuc eſſe dicantur diverſi libri, diverſas contra Chriſtum Redemptorem noſtrum, ejuſque ſanctiſſimum nomen & honorem blafphemias & ignominias continentes. Nos in præmiſſis opportune providere volentes, vobis, & veſtrum cuilibet, per præſentes committimus & mandamus, quatenus fingulis univerſitatibus Hebræorum, infra limites juridiſtionis veſtræ conſtitentibus, ex parte noſtra intimetis & notificetis, quod elapſis quatuor menſibus a die intimatioris & notificationis hujusmodi, omnes & ſinguli libri, in quibus nomen Jeſu Salvatoris noſtri, quod Jeſevi hanozri dicitur, cum blafphemia aut alias ignominioſe nominatur, tam in eorum Synagogis & locis publicis, quam privatis domibus, & alias ubique locorum diligentiffime exquirantur, & qui libros hujusmodi penes te quoquo modo habere reperi fuerint, debitjs poenis, tam pecuniarijs & confiſcationis bonorum, quam fi eorum contumacia aut qualitas delicti id exegerit, corporis, etiam ultimi ſupplicij, ac alias prout a fide Chriſti apoſtatantes puniuntur, irremiſſibiliter puniantur, & niſi lominus eiſdem quatuor menſibus elapſis, per vos, vel alium ſeu alios, quos ad hoc dixeritis deputandos, libros hujusmodi cum omni diligentia inquiretis, & ſtudioſe inveſtigetis, inquitique & inveſtigari faciatis, & eos, quos libros hujusmodi penes ſe habere reppereritis, poenis quibus apoſtatantes præ-

*a Libros Thalmud, ut omni contumelia & blafphemia genere referunt in veritatem Chriftianam, damnavit Gregorius IX. & Innocent. IV. & exuri mandarunt, propterea quod multis & horrendis hæreſib. ſcaterent. Veruntamen hodie recogniti & expurgati Trident. Concil. decreto ſolentur.*

fati puniuntur, omnino & irremiſſibiliter puniatis: Non permitrentes de cætero eodem Hebræos (qui in memoriam paſſionis Dominicæ a ſancta matre Eccleſia tolerantur, ut aliquando manſuetudine noſtra alleciti, ad verum Chriſti lumen, divino aſſante ſpiritu, convertantur, a quibuſvis, etiam Apoſtolica auctoritate fungentibus, occasione cujuſvis fortis librorum apud eos exiſtentium, (dummodo blafphemiam, ut præfertur, non contineant) niſi de noſtro expreſſo mandato, quomodolibet vexari aut moleſtari: Contradiſtiores quoſlibet, & rebelles, ac vobis in præmiſſis non parentes, per ſententias, cenſuras, & poenas Eccleſiaſticas, ac etiam pecuniarias, arbitrio veſtro moderandas & applicandas, ac alia opportuna juris remedia, appellatione poſtpoſita, compellendo, ac legitimum ſuper his habendis ſervatis procedibus, ſententias, cenſuras, & poenas prædictas, etiam iteratis vicibus aggravando: invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Romæ 29. Maji. 1554.

C A P I T U L U M II.

*Inquifitoribus exceptis, omnibus prohibetur hæreticorum librorum lectio.*

Idem.

**C**um meditatio cordis noſtri ad id potiſſimum tendat, ut fides catholica ubique augeatur, & floreat: ad ea libenter intendimus, per quæ omnis ea declinandi occaſio tollatur. Sane, cum ſicut nobis nuper innotuit, ex facultatibus, quæ aliquibus, ut libros hæreticos aut de fide ſuſpectos, etiam ad effectum eorundem librorum errores repellendi, tenere & legere poſſent, aliquando conceſſa fuerunt, non ii, qui ſperabantur, fructus hæctenus provenerint, quinimo diverſa inconvenientia ſubſeuta ſunt: Nos præmiſſis occurrere, & Chriſti fidelium animarum ſaluti conſulere cupientes, motu proprio, non ad alieujus nobis ſuper hoc oblata petitionis inſtantiam, ſed de noſtris certa ſcientia & matura deliberatione omnes & ſingulas facultates & licentias legendi & tenendi libros Lutheranos, aut alios hæreticos, ſeu de fide ſuſpectos, quibuſvis perſonis, cujuſcunqueſtatus, gradus, ordinis vel conditionis exiſtentibus, etiam ſi Epifcopali, vel Archiepiſcopali, aut alia majori dignitate Eccleſiaſtica, ſeu præminentia præfulgeant (Inquifitoribus ſeu Commiſſarijs, ſuper hæretica pravitare ab Apoſtolica ſede pro tempore deputatis, durante ipſa deputatione, duntaxat exceptis) a quibuſvis prædeceſſoribus noſtris, ac nobis, & dicta ſede Apoſtolica, ſeu ejus legatis, etiam de latere, aut majori poenitentiariorum noſtro, vel quibuſvis alijs, ſub quibuſcunque verborum formis & expreſſionibus, ac cum quibuſvis etiam derogatorijs derogatorijs clauſulis, irritantibusque & alijs decretis quomodolibet, ſeu motu & ſcientia ſimilibus hæctenus conceſſas, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium revocamus, irritamus, & annullamus, & pro revocatis, irritis, & penitus inſectis quoad omnia habemus, & ab alijs haberi volumus. Diſtinctus inhiſcentes perſonis præſatis, ſub ſententijs, cenſuris, & poenis contra ſimiles libros tenentes aut legentes, tam a factis canonicis, quam a nobis & ſede Apoſtolica hæctenus inſectis & promulgatis, ne de cætero facultatibus & licentijs prædictis uti, aut earum prætextu, ſeu alias quomodolibet, libros prædictos, aut quofcunque alios hæctenus reprobatos, aut in futuro reprobandos tenere aut legere præſumant: Et inſuper omnes & ſingulos librorum impreſſores, bibliothecarios, ac libros quomodolibet vendentes, & quacunque alias perſonas, libros Lutheranos, aut alios hæreticos, ſeu Lutheranam, aut aliam falſam doctrinam in ſe continentes, vel a nobis & dicta ſede quomodolibet reprobatos, quavis cauſa, etiam ex noſtra & dictæ ſedis ſpeciali licentia ſeu permiſſione, penes ſe habentes, cujuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, vel ordinationis, aut præminentie exiſtiant,

Bbb z

ctiam



etiam si, ut praefertur, Pontificali aut alia quacunque etiam majori Ecclesiastica vel mundana dignitate praefulgeant (dictis Inquisitoribus & commissariis, ut praefertur, exceptis) dicta Apostolica auctoritate, & earundem tenore praesentium requirimus & monemus, ac eis & eorum cuilibet, in virtute sanctae obedientiae, & sub incurfu haereticis, ac omnibus contra haereticos de jure inflictiis & promulgatis, tam Ecclesiasticis quam temporalibus sententiis, censuris, & poenis, districte praecipimus mandamus, quatenus infra spatium sexaginta dierum a die publicationis praesentium, modo & forma infraferriis faciendae computandorum, quorum viginti pro primo, & alios viginti pro secundo, ac reliquos viginti dies pro tertio & peremptorio termino, ac monitione canonica, eis & eorum cuilibet in iis scriptis assignamus: omnes & singulos libros Lutheranos, aut alios haereticos, seu Lutheranam aut aliam falsam doctrinam in se continentes, vel a nobis & dicta sede quomodolibet reprobatos, penes se eos, ex quavis causa, etiam mercaturae, & ex nostra ac ejusdem sedis permissione ac licentia etiam speciali, ut praefertur, existentes, Inquisitoribus haereticae pravitatis in civitatibus, in quibus libri hujusmodi existunt, consignasse debeant realiter, & cum effectu. Romae 3. Cal. Maji, 1550.

## C A P. III.

*Libri typis non eudantur, nisi eorum editioni suffragetur ordinarii auctoritas & approbatio.*

*Leo X. in Concilio Lateranensi.*

**I**nter sollicitudines nostris humeris incumbentes, perpetua cura revolvimus, ut errantes in viam veritatis reducere, ipsosque luciferare Deo (sua nobis cooperante gratia) valeamus: hoc est, quod profecto desideranter exquirimus, ad id nostra mentis sedulo destinamus affectum, ac circa illud studiosa diligentia vigilamus. Sane, licet literarum peritia per librorum lectionem possit facillime obtineri, ac ars imprimendi libros, temporibus possimum nostris, divino favente numine, inventa seu aucta & perpolita, plurima mortalibus attulerit commoda, cum parva impensa, copia librorum maxima habeatur, quibus ingenia ad literarum studia percommode exerceri, & viri eruditi in omni linguarum genere, praesertim autem catholici, quibus sanctam Romanam Ecclesiam abundare affectamus, facile evadere possunt, qui etiam infideles sciant & valeant sacris institutis instruere, fidei quae collegio, per doctrinam Christianae fidei salubriter aggregare: Quia tamen multorum quaeclia nostrum & sedis Apostolicae pulsavit auditum, quod nonnulli hujus artis imprimendi magistri, in diversis mundi partibus, libros, tam Graecae, Hebraicae, Arabicae & Chaldaea Linguarum in Latinum translatos, quam alios, Latino, ac vulgari sermone editos, erroneos etiam in fide, ac perniciosi dogmata, etiam religioni Christianae contraria, aut contra formam personarum, etiam dignitate fulgentium continentis, imprimere, ac publice vendere praesumunt, ex quorum lectura non solum legentes non edificantur, sed in maximos potius tam in fide, quam in vita & moribus prolabuntur errores, unde varia saepe scandala (prout experientia rerum magistra docuit) exorta fuerunt, & majora in dies exortiri formidantur. Nos itaque, ne id, quod ad Dei gloriam & fidei augmentum, ac bonarum artium propagationem, salubriter est inventum, in contrarium convertatur, ac Christi fidelium salutis detrimentum pariat, super librorum impressione curam nostram habendam fore duximus, ne de cetero cum bonis feminibus spinæ coalescant, vel medicinis venena intermiscantur: Volentes igitur de opportuno super his remedio providere, hoc sacro approbante Concilio, ut negotium impressionis librorum hujusmodi eo prosperetur feliciter, quod deinceps indego solentior diligentius & cautius adhibeatur: Statuimus & ordinamus, quod de

cetero perpetuis futuris temporibus, nullus librum aliquem, seu aliam quancunque scripturam, tam in urbe nostra, quam aliis quibusvis civitatibus & dioecibus, imprimere, seu imprimi facere praesumat, nisi prius in urbe per Vicarium nostrum, & sacri Palatii magistrum, in aliis vero civitatibus & dioecibus, per Episcopum, vel alium habentem peritiam scientiae, libri seu scripturae hujusmodi imprimendae, ab eodem Episcopo ad id deputandum, ac Inquisitorem haereticae pravitatis civitatis sine dioecesis, in quibus librorum impressio hujusmodi fieret, diligenter examinetur, & per eorum manus propria subscriptionem, sub excommunicationis sententia, gratis & sine dilatione imponendam, approbentur. Qui autem secus praesumpserit, ultra librorum impressionis amissionem, & illorum publicam combustionem, ac iudicatorum fabricae basilicae Principis Apostoli de urbe, sine spe remissionis solutionem, excommunicationis sententia innodatus existat, ac demum ingravescente contumacia taliter per Episcopum suum, vel Vicarium nostrum respective, per omnia juris remedia castigetur, quod alii ejus exemplo similia minime attentare praesumant. Romae 4 Mart. 1515.

## C A P. IV.

*Revocantur licentiae omnes, hactenus praeterquam Inquisitoribus fidei, libros suspectae fidei legendi, aut venales proponendi, concessae.*

*Pius IV.*

**Q**uia in futurorum eventibus adeo humani fallitiae certitudo iudicii, ut quod verisimili conjectura utile videbatur, progressu temporis damnosum appareat nonnunquam Romanus Pontifex, quod consultatum esse videbatur, consultius revocat, prout temporis & personarum qualitate pensata in Domino conspiciat salubriter expedire: Innotuit siquidem nobis, quod diversi, tam clericis seculares, & diversorum ordinum regulares, quam laici, qui se Lutheranis, & aliis hujus seculi haereticis resistere, & eorum errores ac falsas opiniones confutare posse praesumebant, & ad hoc ipsorum haereticorum libros legendi facultatem sibi a sede Apostolica, concedi extorserant, se lectioni librorum hujusmodi ita dederunt, ut propriae innitentes prudentiae, & a recta Domini via aberrantes, ipsorum haereticorum fallacis, & superstitiosis ac falsis adventionibus irretiti remanserint, & qui alios ab erroribus revocare temere arbitrabantur, isti in puteum interitus prolapsi sint. Nos considerantes, quod Spiritus ubi vult spirat, & quod sine ejus numine nullum bonum provenit, propterea satius esse cum simplicitate cordis ad eum recurrere, & cum ejus adjutorio orthodoxam fidem in catholicis, & a sancta Romana Ecclesia approbatis libris exquirere, quam fallitates haereticorum per lectionem eorum librorum detegere velle, volentes praemissis inconvenientibus, quantum cum Deo possumus, occurrere, & ne similia de cetero contingant, opportune providere, omnes & singulas licentias & facultates legendi libros haereticorum, seu de haereticis suspectos, aut a nobis, seu generalibus haereticae pravitatis in singulis provinciis aut Regnis deputatis Inquisitoribus damnatos & reprobatos, quibuscunque, tam clericis secularibus, vel ut praefertur, regularibus, quam laicis cujuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, & praesentiae existant, etiam si Abbatiali, Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, Primatiali, aut alicui majori Ecclesiasticae dignitate, seu etiam Cardinalatus honore, vel Mundana, etiam Marchionali, Ducali, Regia vel Imperiali auctoritate, seu excellentia praesulgeant (generalibus Inquisitoribus praefatis dumtaxat exceptis) per quoscunque Romanos Pontifices praedecessores nostros, ac nos, etiam viva vocis oraculo, & sedem praedictam, seu ejus praesentiatum majorem, vel quovis ordinarios, aut dioecanos, seu alios, etiam per

*licet*

literas Apostol. in forma Brevis, seu sub plumbo expeditas, sub quibuscuque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, ac ex quibuscuque causis seu prætextibus etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apost. potestatis plenitudine, & alias quomolibet concessas, Apostolica auctoritate, tenore præsentium, revocamus, cassamus, irritamus & annullamus, ac viribus penitus evacuamus, & pro revocatis, cassis, irritis, & nullis haberi, easque nemini suffragari posse aut debere decernimus, omnibus & singulis clericis & laicis, etiam, ut præfertur, qualificatis, non tamen generalibus Inquisitoribus præfatis, aut quibus hoc per nos specialiter injunctum fuerit, S. R. E. Cardinalibus, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis lata sententiæ, aliisque sententiis, censuris & pœnis Ecclesiasticis, & etiam temporalibus in legentes libros hujusmodi hæcenus latis & promulgatis, a quibus non nisi a nobis, aut pro tempore existente Romano Pontifice, seu singulis Inquisitoribus prædictis, præterquam in mortis articulo, absolvi possunt, districtius inhibentes, ne libros hujusmodi ex quavis causa, vel prætextu, publice vel occulte, quovis ingenio vel colore legere, aut apud se tenere, seu imprimere, vel venales habere præsumant: ac mandantes eisdem sub censuris & pœnis prædictis, ut infra terminum eis a singulis Inquisitoribus hujusmodi, per eorum publicum idem locis assignandum publicis statuendum, libros ipsius officio inquisitionis hæreticæ pravitatis hujusmodi omnino consignent; & qui de eisdem libris notitiam aliquam habuerint, seu personas ipsos libros legentes, aut apud se tenentes, vel imprimentes, aut venales habentes sciverint, id quod sciverint, ac nomina & cognomina libros ipsos legentium, aut apud se tenentium, vel imprimendum, aut venales habentium, & qualitatem eorundem librorum prædicto officio omnino revelent & notificent. Romæ 12. Decembr. 1558.

## C A P. V.

*Libri hæreticorum pestilentes & contagiosi sunt, non solum simplicibus, verum etiam bonis & doctis, nec ulla est via qua possit occurrere hæresibus, ne in populo oriantur, & ne exorta ultra grassentur, quam si sales libri, ex quibus hæresis venenum facile incensus quis bibere possit, prohibeantur.*

Pius IV. ex Concilio Tridentino.

**D**ominici gregis custodia (Domino disponente) præpositi, vigilis more pastoris non desistimus, ipsi gregi ab imminenti periculis, quanta maxima possumus cura & diligentia præcavere, ne propter negligentiam nostram pereant oves, quæ preciosissimo Domini nostri Jesu Christi sanguine sunt redemptæ. Et si autem, quæ ad fidei veritatem patefaciendam, & ad horum temporum hæreses confutandas pertinebant, in œcumenico & generali Concilio Tridentino, Sancti Spiritus assistente gratia, nuper adeo enucleata ac definita fuerunt, ut facile jam sit unicuique, sanam catholicamque doctrinam a falsa adulterinaque internoscere: tamen cum librorum ab hæreticis editorum lectio, non modo simpliciores homines corrumpere soleat, verum sæpe etiam doctos eruditosque in varios errores, & a veritate fidei catholicæ alienas opiniones inducere; huic quoque rei esse duximus providendum. Cum autem aprissimum ei malo remedium esse scierimus, si componeretur atque ederetur Index sive catalogus librorum, qui vel hæretici sint, vel de hæreticæ pravitatis suspecti, vel certe moribus & pietati noceant, id negotium ad sacrum Tridentinam a Synodum rejeceramus. Ea vero, ex tanta Episcoporum & aliorum doctissimorum virorum copia delegit ad eum constituendum Indicem multos, cum doctrina, tum judicio

insignes Prælatos ex omnibus fere nationibus. Qui quidem non sine maximo labore, plurimisque vigiliis, cum Indicem tandem, Deo juvante, perfecterant, adhibitis etiam in consilium lectissimis quibusdam Theologis. Peracto autem Concilio, cum ex ipsius Synodi decreto is Index nobis oblatum fuisset, ut ne ante ederet, quam a nobis approbatus fuisset: Nos doctissimis quibusdam probatissimisque Prælati cum accuratissime legendum, examinandumque tradidimus, & ipsi etiam legimus. Cum igitur cum magno studio, acri judicio, diuturna cura confectum & præterea commodissime digestum esse cognoverimus: Nos saluti animarum consulere; eamque ob causam providere cupientes, ne libri & scripta ejusmodi generis, quæ in eo improbantur, sive ut hæretica, sive ut de hæreticæ pravitatis suspecta, sive ut pietati ac morum honestati inutilia, aut aliqua correctione saltem indigentia, posthac a Christi fidelibus legantur, ipsam Indicem, una cum regulis ei præpositis, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, approbamus, imprimique ac divulgari, & ab omnibus universitatibus Catholicis, ac quibuscuque aliis, ubique suscipi, easque regulas observari mandamus atque decernimus. Inhibentes omnibus & singulis, tam Ecclesiasticis personis, secularibus & regularibus, cujuscuque gradus, ordinis & dignitatis sint, quam laicis quocunque honore & dignitate præditis, ne quis contra earum regulatum præscriptum, aut ipsius prohibitionem, Indicis libros ullos legere, habere audeat. Si quis autem adversus eas regulas, prohibitionemque fecerit, is quidem, qui hæreticorum libros, vel cujusvis auctoris scripta propter hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem damnata atque prohibita legerit, habueritve, ipso jure in excommunicationis poenam incidit: eamque ob causam in eum, tanquam de hæresi suspectum, inquiri & procedi liceat, præter alias pœnas super hoc ab Apostolica sede, sacrique canonibus constitutas. Qui autem libros alia de causa prohibitos legerit, habueritve, præter peccati mortalis reatum, Episcoporum arbitrio severe se noverit puniendum. Romæ 24. Mart. 1564.

## C A P. VI.

*Librorum prohibitorum lectio, neque ipsæ sacra Theologia professoribus ad convincendos errores, neque aliis quibuscuque, demptis Inquisitoribus, conceditur.*

Gregorius XIII.

**C**um pro munere, quod sustinemus, id præcipue nobis propositum habeamus, & omnigludio, diligentiaque curemus, ut omnes Christi fideles, tam gravibus calamitosisque temporibus, in recta & catholica fide contineamus, id agere & providere necesse est, ut omnibus omnibus aberrandis ab ea occasione subtrahamus. Nemini autem mirum videri debet, si Romanus Pontifex nunquam facultate aliquas, quas ipse vel prædecessores ejus probabili adducti ratione concesserint, postea revocet, cum ipso rerum usu doctus animadvertit, eas justiore de causa esse revocandas. Ad notitiam nostram pervenit, ex data nonnullis licentia habendi & legendi libros hæreticos aut de hæresi suspectos, ad hæreses & errores, qui in eis libris continebantur, refellendos, non raro evenire solere, ut illis ipsi, eorum librorum lectio noceat, quibus ob eam causam concessum fuerit, ut aliis prodesse possent, ut illis ipsi hæresibus & erroribus propter humanæ mentis imbecillitatem eos implicans, a quibus se alios revocaturus esse, confisi fuerant. Huic rei providere, & animarum periculo, quantum fieri potest, pro pastoralis sollicitudine occurrere cupientes, cogitantemque nobiscum, nuper in sacro generali Concilio hæreses horum temporum ita confutatas atque damnatas fuisse, ut tantæ Synodi auctoritas, cujus decreta hujus sanctæ sedis auctoritate, cum deliberatione matura, confirmata & comprobata sunt, ad vitandos errores, & catholicæ fidei

veritatem agnoscendam sufficere omnibus debeat, nec ullius præterea consutatio requirenda sit, prædecessorum nostrorum, præsertim felicis recordat. Julii Tertii, & Pauli Quarti vestigijs insistentes, motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac deliberatione matura omnes & singulas facultates habendi & legendi libros Lutheranos, aut aliorum hæreticorum, seu de hæresi suspectos, omnibus, tam clericis secularibus aut regularibus, quam laicis cujuscunque status, gradus, ordinis vel conditionis sint, etiam si Episcopali, vel Archiepiscopali, aut alia majori, Ecclesiastica seu seculari dignitate præfulgeant ( Inquisitoribus & Commissariis hæreticæ pravitatis a sede Apostolica deputatis, quoad eo officio fungentur, exceptis ) a nobis, aut quocunque prædecessorum nostrorum seu Apostolicæ sedis legatis, majorive pœnitentiario vel quibuscunque aliis, quibuscunque verborum formis & clausulis, etiam derogatoriis derogatoriis, irritantibusque & aliis decretis quomodolibet, etiam motu & scientia simili ad hoc tempus concessas, auctoritate Apostolica, tenore præsentium revocamus, & pro revocatis & irritis, perinde ac si nunquam concessæ fuissent, habemus, & haberi volumus. Inhibentes omnibus, sub censuris & pœnis, tam a sacris canonibus, quam a sede Apostolica ad hoc tempus constitutis, in eos, qui hujusmodi libros legant aut habeant, ne quis eorum posthac eis facultatibus uti, neve ullos omnino libros hujusmodi improbatos, & prohibitos, aut quos in posterum a sede Apostolica, Inquisitoribusque hæreticæ pravitatis, aut locorum ordinariis improbari, prohiberi contigerit, legere, habere, & quacunque de causa audeat. Impressores & Bibliopolas, & alios, quicunque ejusmodi libros habent, habuerintve ( Inquisitoribus & Commissariis iidem duntaxat exceptis ) monemus, & cuilibet eorum, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna incurfus criminis hæresis, & aliis contra hæreticos a jure institutis & irritatis, tam Ecclesiasticis, quam temporalibus sententiis, censuris, & pœnis præcipimus, ac mandamus, ut eos libros intra 60. dies, a die, quo hæc literæ publicatæ fuerint, numerandos, quorum 20. pro primo, alios 20. pro secundo, reliquos 20. pro tertio ac preceptorio termino, & mentione canonica, eis assignamus, Inquisitoribus hæreticæ pravitatis in civitatibus, in quibus in libri sint, tradant atque consignent.

#### TITULUS V. DE LIBELLIS FAMOSIS.

##### CAP. I.

*Librorum famosorum auctores virulentissimis injuriis alienæ famæ clam detrahentes, & qui eos publicaverint, dolose malo resurserint, pœnis jure constitutis subjiciuntur.*

##### Pius V.

**R**omani Pontificis providentia circumspècta ad ea sollicitudinis suæ partes potissimum convertit, per quæ inter singulos gregis ejusdem fideles, præsertim vero nobis & Romanæ Ecclesiæ subditos, pax & concordia consoventur, seditiones evitantur, scandalis obviatur, & animarum salus procuratur. Cum itaque iracundia sit perturbatio immanis, affectio dura, violenta potentia, cædium causa, calamitatis sociæ, jacturam concilians & dedecus, pecuniarum pernicietis, atque perditionis origo, eaque potissimum ex injuriis, verbo, & scriptis, vel factis illatis nascatur: Nos, qui non sine maxima mentis nostræ perturbatione sæpenumero accepimus, quod licet tam per sacras leges, quam canonicas sanctiones, sub certis etiam gravissimis pœnis prohibitum fuerit, ne quis famosum libellum componere audeat, & repertum sive domi, sive in publico, vel in quocunque loco, aut contempere, vel igne consumere tenetur,

prius quam alter inveniat, & nulli fateatur inventum, & qui fecus fecerit, quasi auctor hujusmodi delicti eidem pœnis subiaceret, nihilominus considerando, quod indices crescente malitia, quamplures iniquitatis filii, perditionis alumni, pœnas prædictas pavipientes, eaque variis fraudibus evitare satagentes, aucta temerario non erubescunt, variis modis nonnullos Principes & Prælatos, nobiles, publicas & privatas personas variis injuriis & convitiis afficere, eorumque famæ & honori detrahere, tunc quodam ficto colore quarundam literarum incepto auctore scriptarum, nedum ab urbe nostra, sed etiam ex diversis provinciis, in quibus, nedum ea, quæ in unaquaque regione successerunt, narrantur, sed etiam, quæ in futurum quodam temerario judicio fore opinantur, adeo ut plerumque odia, inimicitia, seditiones, rixæ, & homicidia permulta oriantur, in divinæ majestatis offensam, animarum periculum, pernitiosum quoque exemplum, & scandalum plurimorum. Volentes præmissis, quantum possumus, obviare, considerantes attentius, quod plures pœnarum gravitas, quam Dei timor accere solet a voluntate delinquendi, & propterea tanto periculo occurrere volentes, ac tam nefarios præsumptos & facinorosos homines atrocibus pœnis torpescere, ut metus pœnæ meta hujusmodi præsumptionis existat: hujus perpetuæ & irrefragabilis constitutionis edito, pœnas omnes, tam temporales quam Ecclesiasticas, in talia præsumptos, per sacras leges, & canonicas sanctiones latis & promulgatas, auctoritate Apostolica approbantes & innovantes, ac ad omnes & singulos prædictos, qui forsitan sub illis comprehensi non essent, extendentes & ampliandos, statuimus & ordinamus, quod deinceps perpetuis futuris temporibus nemo, cujuscunque qualitatibus, dignitatis etiam Ecclesiasticæ, status, gradus, ordinis, & præminentie fuerit, audeat nec præsumat libellos famosos, nec literas monitorias, vulgo appellatas, *Lettre d'avis*, continentis convitia, injurias, vel famæ & honoris alicujus læsionem, nec aliquam scripturam, in qua de futuris successibus disseratur, vel ea, quæ coram nobis vel aliis ad universalis Ecclesiæ status regimen deputatis secreto tractantur, revelentur, componere, dictare, scribere, exemplaria retinere, nec aliquo transmittere, etiam si aliunde ab aliis provinciis, civitatibus, terris & locis, ad eorum manus pervenerint, sed statim, quod aliqui similes libelli, literæ, sive scripturæ, alicui delatæ fuerint, statim, quod illos seu illas habuerit, antequam vim earum manifestavit, contempere, seu igni tradere, vel dilecto filio nostro Cardinali Rusticuccio consignare teneatur, sub pœnis prædictis, quas hic pro expressis haberi volumus, ac aliis etiam gravioribus etiam ultimi supplicii, & confiscationis honorum, secundum qualitatem facti & personarum, arbitrio nostro irremissibiliter infligendis, quibus pœnis etiam eos ligari volumus, qui in hujusmodi libellis, literis, seu scripturis de aliquo oblocuti fuerint, alicujusque famæ & honoris, vera etiam exprimendo, detraxerint, ac ea, quæ coram nobis vel aliis, ut supra, secreto tractantur, revelaverint, ex hoc quidem tantum deprehenditur pravus injuriandi & nocendi, atque ideo eos eadem pœna teneri convenit. *Vid. Memoch. de arbit. jud. cont. 3. Cas. 263.*

##### CAP. II.

*Infames sint, & ad triremes damnentur, qui scripta in alterius consumeliam componunt, & de rebus incertis & peregrinis curiosius rumores spargunt.*

##### Gregorius XIII.

**E**st rerum humanarum incertitas, ut non veteratum vitia pertinaciter adversus omnem legumlatorum solertiam luctentur, & quamvis acerbis compressa supplicii renascantur, sed nova etiam indices, & suspitionibus seculis ignota succrescant. Quo nos, pro injuncto nobis divinitus munere, diligentius adhiberi par est, ut & illa

illa coercemus, & horum quæ se nunc primum efferunt, antequam se corroborent, radices ipsas, si quæ ratione possumus, amputemus. Cum igitur haud ita pridem in urbe nostra, secta quædam emerferit hominum improbe curiosorum, qui quæcumque de publicis, privatique negotiis, vel aliunde rimari possunt, vel ipsi etiam pro sua libidine comminiscuntur, domi forsique facta, infecta, vera, falsa, nullo discrimine proponunt, recipiunt, & scripserunt, ita ut ejus rei jam artem quasi quandam instituerint, ac plerique eorum, etiam vili mercedula conducti, harum rerum commentarios, ex falsis plerumque vulgi rumoribus, incerto auctore collectos, huc illic militent, aut etiam, tanquam primum ex urbe ad diversa loca missos, deinde iisdem illis ex locis in urbem remissos circumferant, vendunt, ac quibus non tantum de præteritis arbitrari suo nugantur, sed etiam, quid de hac aut illa re eventurum sit, stolidè vaticinantur. Nos, qui & facile profpicimus, & rerum experimentis edocti sumus, quæ, quantaque mala ex eo proveniant, eum & sapienter sparguntur falsa pro veris, seu directe, seu oblique, ac quodam quasi colore quæsitio, multorum existimatio & fama violatur: his ac talibus incommodis occurrere cupientes, hujus constitutionis auctoritate prohibemus, ne quis in posterum tales commentarios conficere, neve ab aliis confectos recipere, describere, spargere, aut ad alios mittere audeat. Qui horum quid fecerit, ipso facto perpetua ignominia nota affectus, sine ulla spe veniæ ad vitremus perpetuo, aut ad tempus, pro criminis admitti qualitate, damnetur. Romæ Cal. Septembr. 1572.

TITULUS VI.  
DE SACRILEGIIS.  
CAP. UN.

*Sacrilegii rei sunt, qui res sacras & templis surripiunt, ut eas convertant ad profanos usus.*

SIXTUS IV.

**C**um provida sanctorum Patrum decreta eos sacrilegos esse diffiniant, qui Ecclesias & loca sacra Altissimo dedicata, deviant, ipsorumque diripiunt ornamenta, sicut & illos, qui de sacro sacrum aut certe impia temeritate præsumunt, parique utrumque flagitium ac duplici præna coercent: decet merito nos, cui Ecclesiarum omnium cura, dispositione superna, commissa est, pro detestatione tanti criminis, & proque statu prospecto, veniunt, & decore ipsarum Ecclesiarum, in sua decencia debite conservandis, omni vigilantia & attentione curare, ne perverforum crescente malitia, eadem Ecclesiæ & sacra Dei templa, præcipue almae urbis, nostro conspectui anteposita, suis nudentur ornatibus, & hujus sceleris nequissimi patratores debitam recipiant ultionem. Sane fide dignorum relatuibus, non sine admiratione, ad nostrum pervenit auditum, quod nonnulli iniquitatis filii, se inaniter Christianos esse profitentur, & a quorum oculis Dei timor & reverentia Christianæ religionis abcessit, de Patriarchalibus, & aliis sacratissimis Ecclesiis & basilicis dictæ urbis, & porphyreticos, marmoreos, & alios diversorum generum & colorum lapides, ad ipsarum usum, decorem, & ornatum deputatos, ausu sacrilego abutulerunt hætenus, & indes auferre, eosque ad diversa loca per se vel alios asportare præsumunt, in gravem divinæ majestatis offensam, Ecclesiarum earundem deformitatem detrimentumque, animarum suarum periculum, & scandalum plurimorum. Nos

a 24. quæst. 4. c. si quis. Gab. lib. 4. d. 15. Richard. lib. 4. d. 18. Sive est. ver. sacrilegium. b Sacrilegium appellat, cum res sacra & loco sacro furatur publico. Bar. in l. sacrilegii panam. ff. ad l. Jul. peculat. cuius pena iure civili capitalis est, ita Bar. del. sacrilegii panam. in princip. ff.

igitur sacrilegorum impios & temerarios ausus hujusmodi, quantum nobis ex alto conceditur, reprimere cupientes, quamvis præmissorum occasione, nonnullorum prædecessorum nostrorum sanctiones & prohibitiones variaz emanaverint temporibus retroactis, quas (in eo duratæ, quod de Ecclesiarum & sacrorum locorum ornamentis atque lapidibus antedictis minime auferendis prohibent vel disponunt, seu illos, qui hujusmodi flagitiosissimos, ac pene in Christiano orbe inauditos excessus perpetrare, & in his sacrilegas manus injicere præsumperunt, excommunicationis sententia innodatos fore declarant) in suo robore volumus permanere, omnes & singulos, cujuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis vel conditionis fuerint, qui ex prædictis lapidibus, sive aliis ornamentis earundem Ecclesiarum sive basilicarum dictæ urbis habuerint, aut in surripiendo, servando, & retinendo auxilium præstiterint vel favorem, nisi a die habita præsentium literarum notitiæ, ea restituant cum effectu; scientes vero revelent, & ad notitiam nostram, saltem per minores penitentiariorum nostros deduci faciant, majoris excommunicationis sententia, a qua (nisi in mortis articulo, & debita satisfactione prævia) a nullo, præterquam a Romano Pontifice absolvi possint, irritos esse: Ecclesias vero & loca alia, quorum usibus & ornatui illa deputata fuerint, aut forsitan (quod absit) deputari contigerit in futurum, tandiu Ecclesiastico interdicto subjacere, quamdiu ad loca, unde prius ablata fuere, absque diminutione aliqua fuerint reportata, harum serie declaramus. Et insuper, quicumque suæ salutis immemor, sacrilegii crimen hujusmodi committere præsumperit in futurum, ultra censuras prædictas, Ecclesie sive basilicæ, a qua lapides & ornamenta hujusmodi abstulerit, mediam libram auri, pro recompensa sibi irrogata injuriæ, absque diminutione aliqua solvere teneatur. Rom. 7. Id. April. 1470.

TITULUS VII.

DE BLASPHEMIIS ET ALEATORIBUS.

CAP. I.

*Præstantiores causa miseriarum hujus ætatis execranda sunt blasphemia, panis eo severius vindicanda, quo senius in divini nominis injuriam tolerantur.*

Julius III.

**I**n multis depravatis moribus, vitiosisque consuetudinibus, quæ in nostram hanc almam urbem, propter ejus amplitudinem magnumque advenarum undique in eam concursum, simul cum pluribus eximisque virtutibus, atque egregiis veræ pietatis exemplis irreperunt, ad quas nos tollendas & extirpandas, omnem aciem mentis & cogitationis nostræ intendimus, nihil est, quod animum nostrum magis exulceret & confodiat, quam horribilis aique impia & Christianis auribus intolerabilis divini nominis blasphemia. Cum audimus sacratissimum Dei & Jesu Christi Domini nostri nomen, quod super omne nomen cœlestis venerantur, terrestria adorant, inferna contemiscunt (quod ne temere quidem a quodpiam, propter ejus sublimitatem ac majestatem, usurpandum sit) passim pravorum, effertorumque hominum vocibus scindi, unaque cum ejus sanctissimæ & immaculatissimæ genitricis, & venerabilium sanctorum, & amicorum ipsius summi Dei nomine detestandis blasphemis maledictisque lacerari, ut minime mirandum sit, si a Christianis populus, in tantis calamitatibus constitutus, divinæ iracundiæ flagella non moveantur; propterea, quod juxta sapientis dictum, a viri multum jurantis domo non discedet plaga. Quare nos hujusmodi execrandum abusum, simul cum cæteris omnibus, quantum cum ejusdem Dei adjutorio fieri poterit, extirpare volentes, ut

Bbb 4

hanc

hanc ipsam urbem, domicilium ac sedem Spiritus Sancti, omnibus inquinamenti mundatam ac purgatam, Domino Deo per omnia placentem habeamus, in hunc, qui sequitur, modum, quoad praefatum horrendum blasphemiam crimen, motu proprio, ex certa nostra scientia & voluntate, invocata Dei omnipotentis iustitia, decernimus, statuimus & ordinamus, blasphemantes scilicet Deum Patrem omnipotentem, vel ejus Filium unigenitum, Dominum & Redemptorem nostrum Jesum Christum, seu Spiritum Sanctum, particulariter & explicitè, vel generaliter & implicitè, attribuendo divinæ majestati, quæ illi minime conveniunt, vel removendo, quæ eam decent, primo convicti, si divites fuerint, compellantur ad solvendum feuta auri quadraginta, si vero pauperes, solvant decem, quæ si nequeant numerare, hiant in corpore. Secunda vice convictis nobilibus, sive divitibus, sive pauperibus, duplicetur poena pecuniaria proportionabiliter ad primam hujusmodi multam: Atque insuper incurrant infamiam, & inhabilitatem ad beneficia quæcumque ad gradus, dignitates, & honores obtinendos. Vilibus convictis perfodiatur lingua. Tertia vice convictis nobilibus, tam divitibus, quam pauperibus, triplicetur poena pecuniaria respective, ut supra. Uterius sint ipso jure privati beneficiis Ecclesiasticis, & officiis quibuscumque, dignitatibus, titulis, magistratibus, honoribus: sint intellesibiles tam active, quam passive: sint inhabiles ad ferendum testimonium: sint banniti publice per triennium ab urbe. Vilibus imponatur fustigatio aut deportatio ad trimes per triennium, & exulent perpetuo. Idem fervetur contra blasphemantes ipsius Domini nostri Jesu Christi matrem beatissimam semper virginem Mariam. Blasphemi in sanctos vel sanctas Dei corrigantur severe, arbitrio DD. Judicum, habita ratione qualitatibus & gravitatis criminis, cum cæteris circumstantiis jure attendendis. Volumus autem & statuimus, ut omnes poenæ exigendæ applicentur tantummodo sustentationi orphanorum utriusque sexus carhecumenorum & puellarum. Judices vero tam horridi & impii criminis deputamus & instituiamus RR. DD. Inquisitores nostros generales, quos volumus posse addere praesentis poenæ, & maxime in corpore, si modus blasphemiam ob gravitatem, impietatem, vel malitiam, id exposcat. Partes eorum DD. Judicum erunt, declarare, si dubium occurrat, qui nobiles, qui plebei, qui divites, qui pauperes sint habendi. Rom. Cal. Febr. 1554.

## C A P. II.

*Pœna blasphematorum cujuscunque generis, ordinis & qualitatibus.*

*Leo X. ex Concilio Lateranensi.*

**A**D abolendam execrabilem blasphemiam, quæ in maximum divini nominis & sanctorum contemptum supra modum invaluit, statuimus & ordinamus, ut quicumque Deo palam seu publice maledixerit, contumeliosè ac obscenè verbis, Dominum nostrum Jesum Christum, vel gloriosam virginem Mariam ejus genitricem, expresse blasphemaverit, si manus publicum, jurisdictionemque gesserit, perdat emolumentum trium mensium, pro prima & secunda vice, dicti officii. Si tertio deliquerit illo eo ipso privatus existat. Si clericus vel Sacerdos fuerit, eo ipso, quod de delicto hujusmodi fuerit convictus, etiam beneficiorum quæcumque habuerit frustibus, applicandis ut infra, unius anni multetur, & hoc si pro prima vice, qua blasphematus ita deliquerit. Pro secunda vero si ita deliquerit, & convictus fuerit, si unicum habuerit beneficium, eo privetur, si autem plura, quod ordinarius maluerit, id amittere cogatur. Quod si tertio ejus sceleris arguatur, & convincatur, dignitatibus ac beneficiis omnibus, quæcumque habuerit, eo ipso privatus existat, ad eaque ulterius retinenda in-

habilis reddatur, eaque libere impetrari & conferri possint. Laicus vero blasphemus, si nobilis fuerit, poena viginti quinque ducatorum multetur, & pro secunda vice quinquaginta, fabricæ basilicæ Principis Apostolorum de urbe applicandorum, & aliis, ut infra deducitur: pro tertia vero nobilitatem perdat. Si vero ignobilis ac plebejus fuerit, in carcerem detradatur. Quod si ultra duas vices publice blasphemus deprehensus fuerit, mitra infami per integrum diem ante fores Ecclesiæ principalis mitratus stare cogatur. Si vero pluries in hoc ipsum peccatum lapsus fuerit, ad perpetuos carceres, vel ad trimes damnetur, ad Judicis deputari arbitrium. In foro autem conscientie, nemo blasphemus reus, obsequè gravissima poenitentia, severi confessoris arbitrio juncta possit absolvi. Qui vero Sanctos reliquos blasphemaverit, arbitrio Judicis rationem personarum habiturus, mitius aliquanto puniri volumus. Statuimus etiam, ut seculares Judices, qui contra tales blasphemiam convictos non animadverterint, eosque iustis poenis minime affecterint, quantum in eis fuerit, quasi eidem sceleri obnoxii, eisdem quoque poenis subjiciantur. Qui vero in illis inquirendis puniendisque diligentes & severi fuerint, pro qualibet vice decem annorum indulgentiam consequantur, & tertiam partem multæ pecuniariae habeant. Quicumque vero blasphemantem audierint, eum verbis acriter objurgare teneantur, si citra periculum suum id fieri posse contingat, eundemque deferre vel notificare apud Judicem Ecclesiasticum, seu secularem, intra triiduum debeant. Quod si plures dictum blasphemantem simul audierint, singuli eum accusare teneantur, nisi forte omnes conveniant, ut unus pro cæcistali fungatur officio. Quos omnes in virtute sanctæ obedientie hortamur & monemus in Domino, ut pro divini nominis honore ac reverentia, in suis domibus, ac cæteris, præmissa omnia servari, exactissime exequi mandent & faciant, uberrimam ab ipso Domino Deo tam boni operis ac pii mercedem habituri. Similemque annorum decem indulgentiam ab Apostolica sede consequenturi, cum tertia parte multæ, qua dictus blasphemus plectitur, quoties tale scelus puniendum curaverint. Quam quidem indulgentiam & reliquam tertiam multæ partem, accusatori blasphemiam nomen deferenti, similiter concedi & assignari volumus, aliis poenis contra hujusmodi blasphemos per sacros canones expressis, nihilominus in suo robore manentibus.

## T I T U L U S VIII.

## DE HOMICIDIS ET BANNITIS.

## C A P. I.

*Pœna homicidarum, & eorum lautorum.*

*Pius II.*

**A**D retinendas insolentias transgressorum, si nervus publica discipline læscerit, eorum ad peccandum voluntas sit laxior, & exemplum impunitatis periculosius in alios derivatur, propter quod ad præsentis officium pertinet, talem adhibere justitiæ severitatem & debitam executionem, quod commissa crimina puniat, & committendorum in posterum interdicit auidaciam. Cum autem ad audientiam nostram pervenerit, quod a certis annis citra, in nostris & Ecclesiæ Romanæ terris, locis, & tenementis, nobis & Ecclesiæ prædictæ mediate & immediate subiectis, quamplurima, quandoque etiam ex levibus causis, commissa esse reperiantur homicidia, sique inter alia crimen homicidii perniciosum & detestabile, debeatque juxta canonicas sanctiones gravi animadversione puniri, tantoque severius puniendum & extirpandum, quanto manifestius cognoscimus, quod ex eo ut plurimum scandala & mala plurima subsequuntur. Cupientes idcirco, ex debito pastoralis officii, quod nostri & Eo.

& Ecclesiæ Romanæ prædictæ mediate & immediate subiecti, juxta piam dispositionem Regis pacifici, qui regnat in cœlis, pacifici sint & modesti, nonnullas pro hujusmodi crimine homicidii debite puniendo, edidimus constitutiones infra scriptas: quas ad hoc, ut aliquis de eisdem ignorantiam præterire non possit, volumus per omnes & singulas civitates, nobis & Ecclesiæ Romanæ prædictæ mediate vel immediate subiectas, publico præconio publicari; mandantes, ac auctoritate Apost. tenore presentium decernentes, omnes & singulos; juxta constitutionum eorundem determinationem, obstrictos esse ad observationem ipsarum, ac si personaliter singulis intimata forent, cum non sit verisimile, quod ad eorum notitiam non deveniret, quod exitit tam publico præconio præfactum. Tenor vero constitutionum, de quibus supra fit mentio, sequitur, & est talis videlicet.

## C A P. II.

*Homicidis non datur salvus conductus, repetendi patriam, etiamsi injuriis & damnis partium satisfecerint.*

**S**anctissimus Dominus noster, intendens quieti patriæ consulere, & ipsam sicariis, homicidis, & malefactoribus expurgare, statuit & decrevit, quod omnes illi, qui pro delicto homicidii fuerint condemnati, seu alias de civitate aliqua & districtu illius banniti, non possint ad civitatem seu districtum hujusmodi quocunque tempore redire, seu in eis vel eorum altero moram trahere, etiam habita pace ab hæredibus, vel consanguineis, seu filiis ipsius occisi; nec legatus etiam de latere, aut Gubernator, qui pro tempore fuerit, vel quisvis alius, possit auctoritate Apostol. seu ex officio suæ legationis, aliquem homicidam sic exbannitum rebannire, reducere, seu revocare ad civitatem vel districtum, aut eorum alterum; seu ei licentiam vel salvam conductum concedere redeundi seu morandi in eis, vel eorum altero, in perpetuum vel ad tempus modicum sive magnum, nec etiam per diem unum sive noctem; quod si fecerit per quencquam ex prædictis factum fuerit, incidat in poenam excommunicationis ipso facto, sine ulteriori sententia declarationis; a qua per alium, quam per summum Pontificem (& tunc facta de hoc speciali expressione) non possit absolvi; ac reducto, licentia, revocatio, salvus conductus, & cassatio processus & banni hujusmodi, sint ipso jure nulla, nulliusque roboris, vel momenti; incidat etiam in poenam ducatorum mille, Cancellarij Apostolice applicandum, quam Thesaurarius, cui hoc secreto vel publice fuerit denunciatum, retinere faciat & mandet, nullo super hoc expectato seu requisito superioris mandato: quod si non fecerit Thesaurarius, ipse eandem sententiam excommunicationis ipso facto, cum eisdem qualitatibus, incurrat; ipseque sic rebannitus, reductus, revocatus, sive alio quocunque modo reversus, possit & debeat capi, detineri, & incarcerari; & de ipso, secundum sententiam contra eum latam, justitia fieri, per Gubernatorem, Potestatem, & alios officiales ad quos spectat seu pertinet, incontinenti, sine ulteriori licentia, notificatione, & requisitione superioris, vel alterius, sub poena ducatorum ducatorum auri Cancellarij Apostolice applicandorum vel retinendorum; quem Thesaurarius præfatus simili modo & forma, ac sub similibus censuris, faciat retineri; prout superius est expressum. Hoc autem extendi voluit ad eos, qui revocati, rebanniti, vel alius quomodocunque remissi fuerint, quancunque auctoritate seu licentia (præterquam ex speciali commissione seu mandato Romani Pontificis, contento in literis authenticeis, & bulla plumbea munitis, a duobus mensibus citra, termino dierum quindecim, quo possint de civitate libere recedere, eis concessa) vel qui in futurum rebanniantur, revocabantur, seu alias remittantur, per quemcunque quavis auctoritate prædicta, sub poenis pecuniariis, & aliis Ecclesiasticis censuris, de quibus superius est dictum.

## C A P. III.

*Appellationi non est locus bannitis ob homicidium. Exilii fines quinquaginta miliaribus a loco delicti extenduntur.*

**I**tem quod quæcunque appellationes interpositæ vel interponendæ ab hujusmodi, vel aliis sententiis sive gravaminibus contra homicidas latis, vel a processu contra eos facto, etiam si his vel instantia super eis pendeat, & inhibitiones, vigore ipsarum emissæ per auditorem cameræ, vel alium quemcunque ordinarium, vel delegatum, sint nulla & invalidæ, nec ad ulteriora super eis, vel ipsarum vigore, procedi possit ac debeat: quinimo appellationes litis & causæ hujusmodi, censeantur avocata, extinctæ & invalidæ, nec potestates vel alii officiales inhibiti, hujusmodi mandatis, inhibitionibus, litis pendentiis, censuris & poenis in eis contentis, astringantur; imo teneantur, & debeant, sub poenis suprapositis, ad executionem sententiarum latarum procedere. Possit tamen in causis aliis, a jure vel statuto permisis, appellari ad Gubernatorem civitatis seu provinciæ; qui infra mensem causam dissonite teneatur, quo elapso, appellatio, inhibiti, & instantia super eis sint nulla, & libere, sine impedimento, possit fieri executio sententiæ vel banni ac si non fuisset inhibiti & appellatum; quodque banniti & condemnati propter hujusmodi crimen homicidii, censeantur & sint banniti ab omnibus circumvicinis, usque ad miliaria quinquaginta, infra quæ, si reperti fuerint, possit & debeat capitalis sententia, sive condemnationis pecuniariæ executio fieri contra eos, per Potestates & alios officiales, civitati, districtui, & loco præfatos, sub poenis pecuniariis simili forma imponendis.

## C A P. IV.

*Homicidii notorii rei quibus poenis subiciantur.*

**I**tem, quod omnes & singuli homicidæ, quorum delictum notorium fuerit, vel de homicidio infamati, seu condemnati, etiam si de delicto hujusmodi, ex forma statutorum non possit inquiri, vel aliqua poena imponi, vel etiam si ipse delicti, vel poenæ pro eo interpositæ, auctoritate Apostolica, vel alterius, ab ea vel a Romano Pontifice potestatem habentis, sit facta remissio, cassatio, processus, & sententia annullata, vel alias quomodolibet dispensatum, per viam gratiæ seu justitiæ, in toto vel in parte, non possint habere officia vel dignitates in quibuscunque locis, civitatibus, & terris, a quibus banniti fuerint, in quibus domicilium eorum originemque habuerint, seu aliam moram traxerint, vel refererint, etiam si fuerint absoluti, rebanniti, vel alias eorum sententia, seu condemnatio, sive processus, cassati, irritati, vel alias pro infectis habiti; sed perpetuo sint infames, & omni dignitate privati, nec possint ferre testimonium, nec tabellionatus officium exercere, non admittantur ad iudicandum, seu ad aliud officium exercendum, & ab omnibus actibus legitimis sint perpetuo suspensi; quinimo, si hujusmodi officia acceptaverint, exercuerint, seu ad ea exercenda admissi fuerint, tam ipsi, quam gubernator, legatus aut superior, qui cum elegerit, vocaverit, aut ipsam officium exercere, seu ei præesse passus fuerit, poenam quingeniorum ducatorum auri, ipso facto incurrat, & sua gubernatione privetur, nec gesta in iudicio, vel extra iudicium, tam per eum, qui admisus fuerit ad officium, quam per eum, qui illud ab eo exercere passus fuerit, de cætero valida sint, & robor obtineant; quinimo sint nullius roboris vel momenti, & si Ecclesiasticæ personæ fuerint, excommunicationis sententiam ipso facto incurrant.

## C A P. V.

*Deo & hominibus exesi viri sanguinum, adversus quorum audaciam & ferociorem pecculantiam constitutio a Pio II. edita probatur & confirmatur.*

Sixtus

## Sixtus IV.

**D**Eo & hominibus abominabiles esse viros sanguinum, Propheta testatur, nec immerito, cum horrenda factitia, non solum corporum, sed etiam animarum eorum, quos interimunt (si non sint armis spiritualibus, divina præveniente gratia, præmunita) deperditionem procurare noscuntur, pro quibus Dominus noster Jesus Christus mortem subiit temporalem. Ad reprimendum igitur talium conatus nefarios, plurimum conferre arbitramur, contra eos, qui hujusmodi detestabile scelus patrare non expavefunt, iustitia severissima puniri, & latis pro tempore condemnationes, debite executioni demandari: eaque quæ pro talium condemnationum faciliori executione, & scariosorum hujusmodi persecutione, a prædecessoribus nostris provide emanarunt, ut eo firmius observentur, quo fuerint sapius Apostolica auctoritate munita, libenter approbantes, munimine roboramus, atque alia desuper statuis, prout in Domino conspicimus salubriter expedire. Dudum siquidem per felic. record. Pium Papam II. prædecessorem nostram, accepto, quod a certis annis tunc elapsis citra, &c. Cum autem (sicut nuper accepimus) contenta in eisdem literis ab aliquibus temporibus citra non fuerint observata, & ex illorum inobservantia subdit præfata Eccles. promptiores fuerint ad homicidia committenda, jamque fere passim quotidie homicidia perpetrantur, & homicida præfati ideo ad illa committenda promptiores existant, quia sperant latere, & suorum excessuum remissionem consequi facile posse, nos, qui detestabilem & horrendam talium scariosorum nequitiam, ad aliorum cautelam, opportunitis juris remediis prosequi, studio cupimus indefesso, habitis super his cum fratribus nostris, præfata Eccles. Cardinalibus, deliberatione matura, & de illorum consilio, statuta & decreta Pii prædecessoris præfati, & prout illa concernunt, omnia & singula in dictis literis contenta, auctoritate Apostolica, præsentium tenore, approbamus, & robur perpetue firmitatis obtinere debere decernimus, ac volumus, & præfata auctoritate, de eorundem fratrum consilio, statuis & ordinamus, quod condemnati hæcenus, & quos in posterum condemnari contingeret ubilibet, in civitatibus, terris, & locis prædictis, pro homicidio, sive ut principales, sive auxilium, consilium & favorem præstantes, suarum condemnationum remissionem, aut contra illos saluum conductum & licentiam, secure in loco patrii civitatis, vel et infra quinquaginta miliaria (ut præfertur) propinqua, nullatenus obtinere possint ab alio, quam a nobis, & Romano Pontifice, qui pro tempore erit, & alicujus alterius, etiam Legati de latere, remissio nemini suffragetur. Et si forte contingeret, nos & eandem Romanum Pontificem pro tempore existentem, ad remissionem sive saluum conductum hujusmodi procedere, talis remissio per præoccupacionem processisse censeatur, & nemini prodesse possit, nisi in illa vere præsentium literarum tenore de verbo ad verbum, non aurium per clausulas idem importantes, insertus foret, & specifica, & determinata causa exprimeretur, quæ nos, & successores nostros induceret ad derogandum præsentibus, quæ cum tam matura deliberatione a nobis emanarunt. Romæ 14. Calend. April. 1484.

## C A P. VI.

*Homicidii reos & exules ob quodcumque capitale scelus bannitos, recipientes & tuentes, panis canonico & a jure panis plebuntur.*

## Julius II.

**D**Udum per felic. record. Pium Papam II. prædecessorem nostrum, accepto, quod a certis annis tunc elapsis citra, in terris, locis, & tenimentis Romana Eccles. mediate vel immediate subjectis, quamplura etiam ex levis causis commissa esse reperiebantur homicidia, &c.

Et deinde pia memoria Sixtus Papa IV. etiam prædecessor noster, accepto per eum, quod in ipsius Pii prædecessoris literis contenta, a certis annis tunc elapsis citra, non fuerant observata, &c. Prout in singulis literis prædictis plenius continetur. Cum autem tempore assumptionis nostræ ad summum Apostolatus apicem, propter guerras, quibus non solum civitates, terras, & loca temporali dominio eidem Romana Eccl. subjecta, sed etiam tota Italia decem fere annis, magno cum omnium in eis habitantium incommodo vexata fuerant, in eisdem civitatibus, terris & locis, præsertim in urbe nostra, intestina ac diuturna odia, & discordias, civileque dissensiones vigere, & furta, latrocinia, homicidia passim perpetrari cognoverimus, mente revolentes, præfatum Sixtum prædecessorem & avunculum nostrum, qui nos ad Cardinalatus honorem evehit, ad decorem & venerationem urbis prædictæ, & illius temporum restaurationem, ac personarum ejusdem urbis, ac aliarum civitatum & locorum eidem Romana Eccles. subditorum commoda, aciem suæ considerationis extendisse, illius exemplo permoti, animum ad sedandum discordias & odia, tam in dicta urbe, quam in aliis civitatibus, terris & locis dictæ Eccles. subjectis, ad firmandam perpetuam pacem & quietem, non sine maximis animi & corporis molestiis & curis, pro subditorum nostrorum commodis applicavimus, idque opportunis juris remediis omni studio efficere cupimus. Habita igitur super iis cum fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura, & de illorum consilio, literas Pii & Sixti prædecessorum prædictorum, & prout illas concernunt, omnia & singula in dictis literis contenta auctoritate Apostolica, tenore præsentium, approbamus, & innovamus, & robur firmitatis perpetue obtinere debere decernimus, ac illas ad bannitos, exitios, & rebelles, aut alios, pro quocunque alio crimine capitali, a quibusvis officialibus, tam in dicta urbe, quam extra eam, & in terris eidem Romana Eccles. mediate vel immediate subjectis, seu locis aliis quibuscunque recipere & retinere, seu auxilium, consilium, vel favorem, directe vel indirecte, publice vel occulte, per se vel alium præstare, aut in eorum domibus, seu castris, vel locis recipere & receptare præsumat.

Et si quis contra inhibitionem & mandatum hujusmodi quovis modo, directe vel indirecte, de cætero venire præsumpserit, nos omnes & singulos sic contravenientes, contra quos per Pium & Sixtum præfatos, ac alios prædecessores nostros Romanos Pontifices, & Apostol. Legatos, etiam satis est debite provifum, excommunicationis majoris, & anathematis sententiam, a qua non nisi a nobis, vel eisdem successoribus, præterquam in mortis articulo constituti, & debita satisfactione præmissa, absolvi possint, incurrere, eoque omnibus & singulis privilegiis, gratis libertatibus, indulgiis, exemptionibus, immunitatibus realibus & personalibus, ac civitatibus, castris, terris, locis & dominis eorum, dignitatibus,

tibus, & honoribus, juribus, officiis, ac etiam feudis, & concessionibus quibuscunque, a nobis & Romana, ac quibuscunque aliis Ecclesiis, obtinere noscuntur, sub quacunque verborum forma & tenore, ac cum quibuscunque fortissimis & insolitis clausulis, immunitatibus, exemptionibus, & privilegiis, etiam præservaverit ab incurfu pœnæ privationis ipso jure (quorum tenores, ac si de verbo ad verbum inferri forent, præsentibus pro expressis haberi volumus) eo ipso privatos, & inhabiles ac indignos ad illa & qualibet alia impostera obtinenda, & quoscunque actus legitimos exercendos, fore nunciamus, & alia per nos & successores nostros, absque aliqua declaratione super incurfu pœnæ privationis hujusmodi, aut citatione eorum, qui privationis pœnam incurserint, faciendi, aliis personis in feudum seu vicariatum, aut alias, ac si per lapsum temporis concessionis, aut finitum lineam, ad dictam Cameram revertissent, libere concedere, ac alias de illis disponere posse decernimus & declaramus, nec non civitates, terras, castra, & loca prædicta Cameræ Apostolicæ confirmamus, incorporamus, applicamus, & appropriamus, ac confiscata, incorporata, applicata, & appropriata esse sicque contravenientes, pro rebellibus eisdem Romanæ Ecclesiæ haberi & censi debere volumus, eorum subditos, & vasallos, & arcium, civitatum, terrarum, castrorum, & locorum prædictorum castellanos, a quocunque fidelitatis juramento, quo ipsi essent quomodolibet astricti, penitus absolventes. Civitates quoque, terras, castra & loca prædicta, si ad eisdem Romanæ Ecclesiæ obedientiam se non reduxerint, seu in præmissis quomodolibet deliquerint, & etiam quomocunque eis consilium, auxilium, vel favorem quovis modo directe vel indirecte, publice vel occulte præstentiam, etiam quacunque Ecclesiastica vel Mundana, etiam Regali præfulgeant dignitate & excellentia, ut præfertur, & ad quæ eo declinare contigerit, Ecclesiastico subjecimus interdicto, tamdiu firmiter observando, donec ibidem fuerint, etiam per triduum post inde discessum. Illos quoque, qui aliquem fecerint culpabilem in prædictis, & nobis vel successoribus nostris infra trium dierum spatium non retulerint, vel alieni, per quem ad nos verbum fideliter præferatur, similes pœnas incurere volumus.

## C A P. VII.

*Homicidii reus in carcere constitutus audiatur, nec prius ad locum cadis remittatur, quin hæredum occisi iuri satisfecerit.*

## Pius IV.

Cum nos dudum vestigiis felic. record. Julii Papæ II. prædecessoris nostri inhærentes, nullum homicidii reum, qui se ab illo, etiam sub prætextu, quod alium bannitum occiderit, seu ab alio banniti occisore, juxta formam bannimentorum id permittentium, nominatus fuerit, aut ex alia quavis causa, absolvi debere prætendat, ad absolutionem petendum per procuratorem, aut excusatorum, seu defensorum, etiam velut quemlibet de populo comparentem, audiri vel admitti, debere, nisi ipse reus se in carcere personaliter constituerit, statuerimus & ordinaverimus, prout in nostris desuper editis literis, quarum tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, plenius continetur. Verum cum, ut nuper accepimus, a nonnullis in dubium revocetur, an in dictis nostris literis solum homicide banniti vel condemnati, non autem illi, qui nondum condemnati vel banniti essent, comprehendantur. Nos propterea omnem ambiguitatem circa præmissa amputare & penitus tollere volentes, motu simili, & ex nostra certa scientia, hac nostra perpetuo valitura constitutione, nullam ab homicidio, seu alio quovis crimine, pro quo pœna corporalis veniat imponenda, ex aliqua causa, etiam quia alium bannitum occiderit, vel ab alio banniti occisore, juxta formam proclamatum & bannimentorum id permittentium, vel in constitutionum desuper editarum, nominatus fuerit, sive etiam, quia ab ipso

occisus, bannitus & condemnatus extiterat, ac impune, ex dispositione dictorum proclamatum & bannimentorum seu constitutionum, occidi poterit, se absolvi debere prætendentem, sive pro homicidio, aut alio crimine per eum commissio bannitus & condemnatus sit, sive nondum bannitus nec condemnatus, nec etiam inquisitus existit, per se vel alium personam pro eo quomodolibet comparentem, ad absolutionem petendum admitti vel audiri posse, nisi se prius in carcere constituerit, & ad causam hæredes, ab ipso occisi, citati, & in eventum, quod quis ab homicidio per ipsum commissio, ex eo, quod alium bannitum occiderit, vel ab aliquo banniti occisore, ut præfertur, nominatus fuerit, se absolvi obtineat, cum nihilominus a loco, in quo hæredes occisi commorantur, quousque ab illis pacem obtinuerit, exulare debere, neque ad eum locum aliter, nisi pace ab illis habita, remitti posse, perpetuo statuimus & ordinamus. Inhibentes nihilominus omnibus & singulis Judicibus, quacunque auctoritate fulgentibus, sub excommunicationis latæ sententiæ, aliisque arbitrii nostri pœnis, & nostris etiam de latere Legatis, sub indignationis nostræ pœna, ne contra tenorem hujus nostræ constitutionis, de cætero quempiam sicut præmittitur, se absolvi petentem, nisi in carcere constitutum, quocummodo audire vel admittant: & ubi secus fecerint, processus taliter habitos, ac sententias desuper latas, nullius fore momenti, ac vicio nullitatis subjacere, & illis non obstantibus, reos sic absolutos pœnis debitæ puniri, seu de novo inquiri posse. Rom. 2. Febr. 1563.

## C A P. VIII.

*Rei pro cuiuscunque flagitii culpa ad capitalem pœnam damnati etiam pro contumacia, non audiuntur, nisi in carceribus constituti, & hæredibus eorum, ad quos actio pertinet, citatis.*

## Sixtus V.

LIcet alias fel. record. Pius Papa IV. prædecessor noster motu proprio, & ex ejus certa scientia, sua perpetuo valitura constitutione sanciverit, nullam ab homicidio, seu alio quovis crimine, pro quo pœna corporalis veniat imponenda, ex aliqua causa, vel quia bannitum occidisset, seu ab alio banniti occisore, juxta formam proclamatum & bannimentorum id permittentium, vel constitutionum desuper editarum, nominatus fuisset, sive etiam quia ab ipso occisus, bannitus & condemnatus extiterat, & impune, ex dispositione dictorum proclamatum & bannimentorum, seu constitutionum, occidi poterit, se absolvi debere prætendens, seu pro homicidio, aut alio crimine per eum commissio, bannitus & condemnatus foret, sive nondum bannitus & condemnatus, nec inquisitus extiterat, per se vel aliam personam pro eo quomodolibet comparentem, ad absolutionem petendum, admitti vel audiri posse, nisi se prius in carceribus constituerit, & defuncti hæredes ab ipso citati fuissent. Et in eventum, quod quis ab homicidio per eum commissio, ex eo, quod alium bannitum occidisset, vel ab alio banniti occisore nominatus foret, se absolvi obtineret, cum nihilominus ad locum, in quo occisi hæredes commorantur, quousque ab illis pacem obtinisset, exulare debere, neque ad eum locum aliter, nisi pace ab illis habita, remitti posse, perpetuo statuerit & ordinaverit. Inhibens nihilominus omnibus & singulis Judicibus, tam secularibus, quam Ecclesiasticis, etiam nostris de latere Legatis, sub indignationis sententiæ pœna, ne contra constitutionis hujusmodi tenorem, de cætero quempiam sic, ut præmittitur, se absolvi petentem nisi in carcere constitutum, quocummodo audire vel admittente audeant vel præsumant, & ubi secus fecerint, taliter per eos habitos processus, & sententias desuper latas nullius fore momenti, ac nullitatis vicio subjacere, & illis non obstantibus, reos sic absolutos pœnis debitæ puniri, seu de novo inquiri posse. Sicque per quoscunque Judices & Commissarios, quavis auctoritate fulgentes, sublata eis & eorum cuilibet quavis auctoritate

judicandi



eandem facultate & auctoritate, judicari debere decreverit, aliaque forsan fecerit, prout in ipsis Pii literis desuper in forma motus proprii signatis plenius continetur. Cum tamen a nonnullis in dubium revocetur, an in literis Pii prædecessoris hujusmodi comprehendatur etiam illi, qui ex alia criminali causa, pro qua poena corporis afflictiva imponenda foret, in eorum contumaciam condemnati fuerint, ita ut ad purgandum contumaciam & condemnationem hujusmodi, admitti vel audiri non debeant, nec debeant, nisi prius se in carceribus constituerint: Nos omnem circa præmissa ambiguitatem & medio tollere & penitus amputare volentes, necnon literarum hujusmodi tenores, præsentibus pro expressis habentes, illisque nihil addentes, vel minuentes, motu simili, ex certa nostra scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine decernimus & declaramus, eos omnes & singulos, qui ex hujusmodi causis, licet in eorum meram contumaciam hactenus condemnati fuerint, & in futurum condemnabuntur, sub eisdem literis omnino comprehensos fuisse, & esse, ac fore, ita ut non aliter ad purgandum dictam eorum contumaciam & condemnationem admitti debeant, vel debeant, nisi sese prius in carceribus constituerint vel constituant. Decernentes, quod in quacunque instantia, casu, & causa se absolvi petant licet forsan in aliqua se constituerint, nullo modo audiantur, nisi se prius in carceribus, servatis servandis, de novo constituerint, & novæ constitutioni hujusmodi ad plenum satisfecerint. Ac omnes & singulas absolutiones, remissiones, & qualvis alias gratias, contra præsentium tenorem, quomodolibet pro tempore impetratis, & a quibuscunque Judicibus, cujusque dignitatis, status, gradus, ordinis & conditionis existant, quovis prætextu, vel causa emanatas, nullatenus attendi debere, minusque cuiquam prodesse modo posse, sed tanquam nullas & invalidas, nulliusque roboris vel momenti, rejiciendas esse, licetereque præfatis & aliis Judicibus, quibuscunque illis non obstantibus, processum hujusmodi reassumere, & prout juris fuerit, terminare Rom. 12. Jul. 1567.

## C A P. IX.

*Sanctio pro & jure in homicidas & bannitos edictarum accurata declaratio & confirmatio.*

*Idem.*

**P**ia memoria Pius Papa IV. prædecessor noster, Pii II. Pauli, Sixti, Julii, Leonis, & Clementis prædecessorum literis, in bannitos, sicarios, & homicidas latas, cum statutorum, ordinariorum, extorsionum, ampliacionum, revocationum, cassationum, irritationum, annulationum, decretorum, confiscationum, incorporationum, applicationum, voluntatum, hortationum, requisitionum, & mandatorum, ac omnibus & singulis aliis in eis respective contentis clausulis, auctoritate Apostolica, per suas literas approbavit, & innovavit, ac perpetua roboris firmitate subsistere, & per singulos, quos literæ ipsæ congeriebant & concernerent in futurum, sub excommunicationis, anathematis, maledictionis, infamiae, suspensionis, diffidationis, criminis læsæ majestatis, seditionis, rebellionis, confiscationis, depositionis, privationis, inhabilitatis, & interdicti, ac aliis censuris & poenis, Ecclesiasticis & temporalibus, ac corporis afflictivis, in eisdem literis contentis, quas contravenientes eo ipso incurrerent, perpetuo inviolabiliter observari, illasque etiam ad homicidas, sicarios, exitios criminosos, rebelles, alioque infames, propter homicidia & alia nefanda per eos perpetrata, excessus, crimina, & delicta, etiam ad hoc, ut ipsi in civitatibus, terris, castris, vel locis eorum, seu in quibus tunc morabantur, banniti & condemnati, etiam habita pace ab hæredibus, filiis, seu consanguineis occisorum, aut partium læsarum, non solum a locis circumvicinis usque ad quinquaginta milliaria, sed etiam ab omnibus & singulis civitatibus, terris, castris, & lo-

cis, etiam regni, & partium prædictarum nobis & dictæ Romanæ Ecclesiæ, mediate vel immediate, quomodolibet subjectis, banniti & exules essent, & esse censerentur, nec in illis, seu eorum aliquo, etiam prætextu cujusvis licentia, salvi conductus, remissionis, reductionis, revocationis, vel alterius gratiæ, per eos desuper quomodolibet pro tempore obtentæ, moram trahere possent. Et si in eis residerent, vel reperti essent, capi & detineri, & incarcerationi, ac juxta criminum & excessuum per eos perpetratorum qualitatem, & literarum Pii II. & Clementis prædecessorum hujusmodi tenorem, sub poenis in eisdem literis contentis, per officiales civitatis, terræ, castris, vel loci, in qua vel quo deprehensi forent, debitæ poenis plecti, seu inde educi, & ad forum seu officiales, ad quos criminum seu excessuum eorumdem puniitio de jure vel consuetudine pertineret, remitti deberent, extendi & ampliari deberent, & in eis locum habere decrevit. Et nihilominus præmissa omnia & singula, prout per Pium II. Paulum, Sixtum, Julium, Leonem, & Clementem prædecessores præfatos statuta, ordinata, extensa, ampliata, revocata, cassata, annullata, inhibita, decreta, & declarata fuerunt, etiam ad hoc, ut Duces, Barones, Marchiones, Comites, Domini temporales, Vicarii, Feudatarii, Capitanei, Magnates, Principes, communitates, cives, officiales & personæ, ac alii, quos prædictæ & præfate literæ concernunt, ac ipsorum singuli, literas & in eis contenta hujusmodi non observantes, & illis directe vel indirecte quomodolibet contravenientes, ac eis adherentes, eorumque fautores & complices, singulas censuras & poenas prædictas eo ipso, absque aliqua declaratione incurrerent, & incurrisse censerentur. Ipsique Duces, Barones, Marchiones, Comites, Domini temporales, Vicarii & Feudatarii, civitatum, terrarum, castrorum, & locorum, etiam regni, & partium prædictarum, sibi & eidem Ecclesiæ immediate subjectorum aliquos suos, & dictæ Ecclesiæ hostes & inimicos, aut subditos exules, bannitos & facinorosos, cujuscunque status vel conditionis essent, publice vel occulte ullo unquam tempore recipere vel acceptare, nullatenus præsumerent. Et si aliquos ad eorum dominia & territoria confugere contingeret, illos ex eorum dominiis vel territoriis hujusmodi expellere, seu ad simplicem iustionem vel ad requisitionem suam, & successorum suorum, quo vellent, & successores ipsi vellent, tute conduci facere, ac quod præmissa ab ejus subditis inviolabiliter observentur, omni excusatione cessante, cum effectu curate, sub similibus privationis & rebellionis, ac criminis læsæ majestatis poenis, si contrafecissent, eo ipso incurrendis.

Necnon ut homicidæ, fautores & complices præfati, facilius capi & puniti possent, quod communitates civitatum, & universitates terrarum, castrorum, & locorum, in quibus, seu quorum territorio, districtu, & ditone, dicta homicidia perpetrarentur, sub paribus interdicti Ecclesiastici, & duorum millium per communitates, ac mille ducatorum per universitates, necnon civitatum, terrarum, & locorum eorumdem Domicelli, Barones, Vicarii, & alii in temporalibus domini, sub majoris excommunicationis latæ sententiæ, et quinque millium ducatorum auri, præfate Camera irremissibiliter applicandorum, eo ipso, absque alia declaratione incurrerent poenis, eisdem homicidas, complices, et fautores statim capere, ac omnem exactissimam diligentiam, de qua per publica documenta fidem etiam facere tenerent, capi facere: et si eos capere non possent, statim commissum homicidium universitatibus, seu incolis et habitatoribus oppidorum et locorum circumvicinorum, ad quæ declinabunt seu declinare poterunt, notificari Communitates vero, & domini in temporalibus prædicti, ad eorum conditiones tales declinabunt, cum primum id ad eorum notitiam devenierit, eos apprehendere, seu apprehendi facere: quod si non potuerint, similiter id universitatibus seu incolis et habitatoribus vicinorum locorum, ad quæ declinabunt, aut genissimiliter declinare poterunt, innuare, et captos ad

capitulum

eorum Judices ordinarios traducere & tradere, sub similibus poenis tenerentur, & deberent, de novo statui, ordinari, inhibuit & declaravit. Et similiter quibusvis dictæ sedis Legatis etiam de latere, ac Nunciis, & Provinciarum Rectoribus, necnon suis, & dictæ Romanæ Ecclesiæ Vicariis in temporalibus pro tempore existentibus, & præfatis communitatibus, omnem, super absolutionis homicidiorum hujusmodi, per eum & prædecessores suos ac sedem eandem, sub quavis forma & verborum expressione, concessam, approbatam, & innovatam auctoritatem & facultatem revocavit, cassavit, irritavit, & annullavit. Et si quando similes absolutiones per eum, & successores suos Rom. Pontifices, & sedem præfatam concedi contingeret, illas per Judices, & officiales, ad quos pertineret, nisi trina literæ Apostolicæ, sub intervallo unius mensis pro singulis literis hujusmodi, cum expressa derogatione præsentium, desuper emanarent, nullatenus admitti vel observari voluit, prout in singulis literis prædictis plenius continetur.

Cum autem statim, ubi nos ad summum Apostolatus apicem (a divina cooperante providentia) assumpti fuimus, ob eandem literarum non observationem, in eisdem civitatibus, terris & locis, ac etiam in alma urbe nostra, varias dissensiones, discordias, & odia vigere, atrocissima, & homicidia, aliaque nefandissima crimina perpetrari, ac præfatos Pium II. Paulum, Sixtum, Julium, Leonem, Clementem, ac Pium IV. prædecessores, pro felici ac tranquillo statu & commodo personarum, tam dictæ urbis, quam aliarum civitatum, terrarum & locorum prædictorum, præmissa statuissè, ordinasse & peregrisse perspexerimus: Idcirco nos quoque eadem ratione quietis videlicet ac pacis moti, habitu super his cum venerabilibus fratribus nostris ejusdem sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus deliberatione maturata, ac de illorum unanimi consilio & assensu singulas Pii II. & Pauli, ac Sixti, necnon Julii & Leonis, & Pii IV. prædecessorum literas hujusmodi, cum statutorum, ordinationum, extensionum, ampliationum, revocationum, cassationum, irritationum, annullationum, decretorum, confiscationum, incorporationum, applicationum, voluntatum, hortationum, requisitionum, & mandatorum omnibusque & singulis aliis in eis respective contentis elausulis, Apostolica auctoritate prædicta, tenore præsentium, approbamus confirmamus, & innovamus, illisque perpetuum & inviolabilis firmitatis robur adiciamus, ac ab omnibus & singulis, quos illa concernunt, penitus, ac sub prædictis per contrariantes irreversibiliter incurrendis poenis, observari volumus atque decernimus, eandemque literas ad hoc, ut si homicidæ, sicarii, bannti in civitatibus, terris, castris, & locis prædictis cuiquam damna aliqua intulerint, ipsique damnis taliter illatis, a civitatibus communitatibus, ac terrarum, castrorum, & locorum hujusmodi universitatibus, capiti & deprehensi non fuerint, sed taliter delinquentes impune evaserint, communitates ac universitates hujusmodi (præter hoc, quod ad dampnorum quorumcumque sic illatorum parti læsæ, damnaque hujusmodi patientibus, eorumque hæredibus plenariam restitutionem & satisfactionem omnino teneantur) ad tantundem, quantum damna illata hujusmodi exiimata fuerint, Cameræ Apostolicæ reserit & cum effectu perfolvendum, omnino sint addicti, auctoritate & tenore præfatis extendimus & ampliamus. Mandantes eisdem communitatibus & universitatibus, quatenus ipsæ in virtute sanctæ obedientiæ, & sub majoris excommunicationis, ac alius nobis, & pro tempore existentis Romano Pontifici bene visis poenis, eosdem sicarios & banntos, in eorum civitatibus, castris, terris & locis commorantes, seu per eas & ea transeuntes, capere, & ad populum convocandum & coadjuvandum campanas pulsare, eosque sic captos ad carceres conducere, aut Curia temporali consignare, omnino teneantur. Rom. 3. Non. Jul. 1566.

## C A P. X.

*In sicarios, banntos, latrones, & homicidas æquissima constitutio, priorum Pontificum decreta confirmans.*

Sixtus V.

**H**oc nostri Pontificatus initio, inter multa Reipublicæ damna & incommoda, quæ menti nostræ obversabantur, nobis & longe fuit gravissimum, quod populos S. R. E. ditioni temporali subjectos, non modo ad rerum, substantiarumque suarum perturbationem & jacturam, sed etiam vitæ periculum redactos invenimus, exulibus, banntis, caterisque id genus facinorosis hominibus, ita undique ingruentibus & grassantibus, ut vix quisquam ab hac hominum peste tutus alicubi consistere posse videatur. Quare cum ad hæc sananda mala, ex officio nostri debito, & præcipua erga nostros ac ejusdem Roman. Eccles. subditos charitate assidue extimulemur, nihil non agere & tentare decrevimus, quo populis optata quies, salus, securitas & tranquillitas per nos restitueretur. Quod ita demum, Deo auxiliante, speramus nos esse consecuturos, si caute provideatur, ne ullum domi forsique intra extrave fines nostros, criminosis hominibus hujusmodi pateat diffugium aut receptaculum, sed omnino legum & magistratum severitatem, justitiæque gladium subire, ac debitas penas lueri cogantur.

Itaque de fratrum nostrorum consilio, omnes & singulas constitutiones a sel. record. Pio II. Paulo etiam II. Sixto IV. Julio similiter II. Leone X. Clemente VII. Julio III. Pio etiam IV. Pio V. Gregor. XIII. & quibusvis aliis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, suo cuiusque tempore, in detestabile prædictorum & aliorum infrascriptorum hominum genus, pro temporis & criminum ratione editas, cum omnibus & singulis eis contentis, quoad ea, quæ præsentibus non contrariantur, & excepta excommunicationis sententia, per easdem constitutiones in illis contravenientes promulgata, quam ne animarum perniciem potius quam salutem adferat, consulto tollendam & submovendam duximus, ex certa scientia nostra approbant & innovantes, illarumque omnium tenores, ac si de verbo ad verbum infererentur, pro expressis & insertis haberi volentes. Romæ primo Anno Pontificatus Sixti V.

## TITULUS X.

DE FALSIS ET FALSUM EXPO-  
NENTIBUS.

## C A P. I.

*Persona qualitatem & conditionem mentientes, ut aliquid facilius consequantur, rei hoc obliquò tramite affectu fructu careant.*

Innocentius VIII.

**C**um, sicut non sine displicentia accepimus, nonnulli conscientia suæ prodigi, & avaritiæ morbo laborantes, ut literas Apostolicas gratis expendant, & officiales debita eorum portione defraudent, in eisdem literis, se nonnunquam venerabilium fratrum nostrorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, aut dilectorum filiorum abbreviatorum de majori præsentia, seu literarum prædictarum scriptorum, necnon aliarum personarum quarumcumque, ex quarum qualitibus & privilegiis sive antiqua consuetudine literas ipsas gratis expeditæ solent, nepotes, & quandoque germanos, interdum vero familiares continuos commentales fuisse & esse affirmare, & ut tales in dictis literis se inscribere facere ac fecisse non vereantur, cum revera tales non fuerint, in animarum suarum periculum, ac officiorum Roman. curiæ non modicum præjudicium & gravamen. Nos fraudibus & deceptionibus hujusmodi, prout nostro incumbit officio, de remedio opportuno providere volentes motu proprio, & ex certa scientia, omnes & singulos cuiuscunque status, gradus & conditionis fuerint, & quocunque nomine nuncupentur, qui se Cardinales, aut assistentium seu scriptu-

scriptorum eorundem, aut aliarum personarum quarumcunque, ex quarum qualitatibus & privilegiis, sive antiqua consuetudine literas ipsas gratis expediti solent, nepotes, seu germanos, aut familiares continuos commensales in eisdem literis nominaverint, cum revera tales non fuerint: excommunicationis sententia, a qua nisi per Rom. Pontificem pro tempore existentem, mortis articulo excepto, ac satisfactione pravia absolvi non possint, auctoritate Apostol. per presentes innodamus. Et nihilominus concessiones & gratias in eisdem literis contentas quasque, ipsasque literas haecenus expeditas & expediendas, viribus omnino casere, eisque & eorum singulis, in aliquo suffragari non potuisse, nec in futurum posse, motu, auctoritate & scientia similibus decernimus, & declaratio nostra hujusmodi in Cancelleria Apostolica publicetur, & in illius libro deferibatur, & perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observetur. 18. Aug. 1487.

## C A P. II.

*Qui personis interpositis beneficii provisionem venantur, aut seipso in canonico examine offerunt, quo alterius ignorantia & imperitia factum praebeant, falsumque teneantur, excommunicantur.*

Paulus V.

**I**nter ceteras curas, quibus ex Apostolatus officio assidue urgeamur & premur, ea continue animo nostro cura fuit, ut beneficia Ecclesiastica, praesertim curam animarum habentia, personis conferantur idoneis, quae velint & possint apud ea personaliter residere, scienterque eis laudabiliter deservire. Et ad hoc dilectos filios nostros Bernardinum sancti Matthaei Tranen. & Scipionem sancti Potentiae de Pisis, ac Joannem sancti Joannis apud portam Latinam titulum, Reumanum, nuncupatos presbyteros Cardinales, qui una cum venerabili fratre Francisco Episcopo Gebennensi. Datario nostro distributioni & provisioni beneficiorum hujusmodi praesent, jam dudum deputavimus. Verum, cum audiamus, eosdem Cardinales & Datarium, licet in his eam, quam possunt, majorem semper adhibuerint & indes adhibeant diligentiam, personas quibus beneficia ipsa conferenda sunt, super literatura examinando, de eorum vita & moribus, ac beneficiis per eos obtentis, alisque ad praemissa facientibus, accurate inquirendo, diversimode tamen circumveniri & falli, ac diversas ei fraudes in praemissi fieri, aliquibus se alios esse simulantes, & tanquam tales, se in examine supponentibus, & aliis beneficia pro personis sibi cognitis, & id ignorantibus, ut postmodum cum eis beneficia, etiam per simoniacam pravitatem contractare, & super eis passim possint: aliis beneficia, tam pro se, quam aliis personis, cum oblatione diversarum pensionum annuarum diversis personis, etiam familiaribus, continuis commensalibus nostris, aut aliis, quos ipsi nobis gratos & acceptos esse existimant, annuatim persolvendarum, & sic simoniacam haerelam incurrendo: aliis beneficia hujusmodi pro diversis aliis, sub spe pensionem annuam, aut aliud commodum temporale ab eis consequendi: aliis beneficia ipsa pro seipsis animo & intentione, & interdum pacto expresse firmato, de iis postmodum in favorem aliorum, qui aliquando minus idonei, & non benemeriti existunt, cum simili pensione aut commodo, aut sine illa, vel illo resignandis & dimitendis, maxima cum instantia obtinere procurantibus. Nos praemissis fraudibus & dolis, ac haereli simoniacae, quantum cum Deo possumus, efficaciter occurrere volentes, Apostolica auctoritate, tenore praesentium, statuimus & ordinamus, atque decernimus, quod de cetero omnes & singuli, qui post publicationem praesentium in locis infra scriptis faciendam, occasione beneficiorum obtinendorum seu alios esse simulaverint, & tanquam tales se in examine supposuerint, aut beneficia pro personis id ignorantibus, seu pro se vel pro aliis cum oblatione alicujus pensionis annuae, aut pro aliis, cum

spe pensionem annuam, aut aliud, quantumvis modicum temporale commodum ab eis consequendi, vel pro seipsis principaliter, animo & intentione, ea postmodum in favorem aliorum, etiam quantumvis idoneorum & benemeritorum, cum simili pensione aut commodo, aut etiam sine eo resignandi, obtinere procuraverint, cujuscuque status, gradus, ordinis & conditionis existant, etiam si Episcopali, aut alia majori dignitate Ecclesiastica, vel Cardinalatus honore, seu mundana, etiam Regali, Ducali, aut Marchionali praeminentia praerulgeant, excommunicationis & anathematis, ac maledictionis aeternae sententiam, a qua, nisi a nobis, aut Rom. Pontifice pro tempore existente, praeterquam in mortis articulo constituti, absolvi nequeant, necnon privationis omnium & singulorum beneficiorum Ecclesiasticorum, cum cura & sine cura, secularium & quorumvis ordinum regularium, per eos institutum vel commendatum, aut alias quomodolibet obtentorum, & inhabilitatis ad illa & alia in posterum obtinenda poenam, eo ipso, absque alia defuper facienda declaratione incurrant, ita ut contra solum summario & extrajudicialiter, quod ipsi contra tenorem praesentium aliquid fecerint, per curiam causarum Camera Apostolicae generalis auditorem seu viceauditorem, vel ejus locum tenentem pro talibus & ut tales publicari possint: Et nihilominus, sic, ut praesertim, obtenta provisiones & commenda, aliaque dispensationes nulla sint, irrita & inanes, nullumque alicui jus in ipsis beneficiis vel ad illa tribuantur, nec aliquis earum vigore fructus suos faciat, sed ad eorum restitutionem teneantur, possintque beneficia, tam sic imperata, quam per eos ante obtenta, tanquam modo praemissa vacantia, a nobis & Rom. Pontifice pro tempore existente duntaxat libere impetrari. Volumusque statutum, ordinationem, & decretum nostrum hujusmodi, etiam quoad monasteria monialium, & alia beneficia, per moniales aut alias mulieres obtineri solita, locum habere.

## C A P. III.

*Superscripta sunt litera per falsam rei narrationem extorta & imperata.*

Leo Decimus.

**I**nharendo a vestigiis praedecessorum nostrorum Romanor. Pontificum, sicut non absque gravi displicentia accepimus, nonnulli animae suae prodigi & avaritiae morbo laborantes, ut literas Apostolicas gratis expendant, & Romanae Curiae officiales debita eorum portione defraudent, in eisdem literis nonnullam venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Vicecancellarii, & aliorum Cardinalium aut dilectorum filiorum Abbreviatorum de minori praesidentia, seu literarum praedictarum scriptorum, necnon aliarum personarum quarumcunque, ex quarum qualitatibus, & privilegiis, sive antiqua consuetudine, literas ipsas gratis expediti solent, nepotes, & quandoque germanos, interdum vero familiares continuos commensales fuisse & esse affirmare, & ut tales in dictis literis se inseribi facere & fecisse non vereantur: cum revera tales non fuerint, in animarum suarum periculum, & officiorum ejusdem Rom. Curiae non modicum praerudicium & gravamen. Nos igitur fraudibus & deceptionibus hujusmodi, prout nostro incumbit officio, de remedio opportuno providere volentes, motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostol. potestate plenitudine, omnes & singulos, cujuscuque status, gradus, vel conditionis fuerint, & quocunque nomine nuncupentur, qui se Vicecancellarii, aut aliorum Cardinalium vel Abbreviatorum, seu scriptorum eorundem, aliarum personarum quarumcunque, ex quarum qualitatibus & privilegiis, sive ex antiqua consuetudine hujusmodi literas ipsas in toto vel in parte gratis expediti solent, nepotes, fra-

*a Convenit hac constitutio cum ea, quam Innocentius edidit in hanc rem sup. cap. ix. cod.*

fratres, aut familiares continuos commensales in eisdem literis, etiam motu proprio concessis nominaverint, si revera tales nepotes, aut fratres, familiares continui commensales non fuerint, necnon officiales præmissa fieri procurantes, seu permittentes, excommunicationis sententia, a qua non nisi per Romanum Pontificem pro tempore existentem ( articulo mortis excepto, ac debita satisfactione prævia ) absolvi possint, auctoritate Apostolica per præsentem innodamus, eoque excommunicationis sententiam hujusmodi in dictum eventum exnunc, prout extunc, & econtra incurrisse declaramus, & pro talibus publice judicari mandamus: Ac ipsos officiales procurantes seu permittentes hujusmodi, a suorum officialium perceptione emolumentorum per continuum, ultra alias poenas, quas propterea incurrent, omnino suspendimus. Et nihilominus concessiones & gratias in eisdem literis contentas quascunque, ipsasque literas hætenus, tam per Cameram, quam Cancellarium expeditas & expeditandas, viribus omnino carere, eisque quos concernunt, & eorum singulis in aliquo suffragari non potuisse, neque in futurum posse, sed omnino inreperitias, invalidas & nullas fuisse, esse & fore, sique per quoscunque Judices, etiam sanctæ Roman. Ecclesiæ Cardinales, ac facti Palatii Apostol. auditores, in quacunque instantia, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter interpretandi & judicandi facultate, interpretari, & judicari debere, ac irritum & inane, quicquid secus super iis, quavis auctoritate, etiam per nos & successores nostros Romanos Pontifices, qui pro tempore fuerint, scienter vel ignoranter contigerit attentari, motu & scientia similibus decernimus & declaramus: Ac volumus, quod mandatum, decretum, & declaratio nostra hujusmodi in Cancellaria Apostolica publicentur, & in illius libro describantur, ac perpetuis futuris temporibus observentur. Rom. 20. Febr. 1517.

## C A P. IV.

*Excommunicantur adulterantes & falsificantes literas Apostolicas.*

Sixtus V. ex bulla cæna Domini.

**E**xcommunicamus & anathematizamus omnes falsarios literarum Apostolicarum, & in forma Brevis, ac supplicationum gratiam vel justitiam continentium, per Romanum Pontificem, vel sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarium, seu gerentes vices eorum, aut de mandato ejusdem Romani Pontificis signatorum, aut sub nomine ejusdem Romani Pontificis, seu Vicecancellarii aut gerentium vices prædictorum signantes supplicationes easdem. Extendentes constitutum felicis recordationis Innocent. Papæ III. quæ incipit: Ad falsariorum, cum omnibus poenis in ea contentis, ad falsificantes seu mutant supplicationes, per nos seu de mandato nostro signatas, & datas, sine nostra aut Datarii nostri licentia.

T I T U L U S X.  
D E A M B I T U.  
C A P. I.

*Quo altiora & sanctiora sunt honorum fastigia, eo minus & modestius homines ambire decet. Pontificatus itaque electionem ante sedem vacantem procurans, & suffragia venatus, excommunicatur, & ab omnibus dignitatibus abdicatur.*

Paulus IV.

**C**um secundum Apostolum, nemo debeat sibi honorem assumere, sed qui tanquam Aaron vocatur a Deo, facile ab omnibus judicari potest, quam graviter excedant, errent, & peccent, qui tam inferiores, quam superiores dignitates Ecclesiasticas, & ipsam denique beati Petri sedem ac Apostolicæ dignitatis culmen & apicem, a Deo Optimo Maximo, a quo omnia bona procedunt, nulla prorsus humana ope, nec cujus-

vis auxilio, consilio, vel favore interveniente, provenire non arbitrantur, sed illas tanquam venales, aut alias in dispositione mortalium constitutas, diversis modis & mediis ambire & assequi, seu potius usurpare præsumunt.

Nam ut Romana, & cujuslibet alterius, tam ante, quam post Domini Dei & Redemptoris nostri Jesu Christi in terris adventum, bene instituta reipublica, de ambitu, & contra ambitus reos sanctissime promulgatas, & inviolabiliter observatas leges, ad præsens omittamus, nonne hujusmodi detestabile ambitus scelus, etiam jure divino gravissime punitur, cum Absalon, qui regnum genitoris sui adhuc viventis ambiebat, ex mulo cui insederat, elevatus, capillis capitis sui quercui suspensus remansit, & a Joab tribus lanceis in corde transfixus fuit? Nonne illud sacrorum Conciliorum a sancta Dei Ecclesiæ receptorum & approbatorum auctoritas diversimode detestatur & punit, cum quemcunque Presbyterum, aut Diaconum, seu Clericum, qui Papa incolumi, & eo inconsulto subscriptionem pro Romano Pontificatu commodare, aut pietatis promittere, seu sacramentum præbere tentaverit, aut aliquid suffragium polliceri, vel de hac causa, privatis conventiculis factis aliquid deliberare, & decernere præsumperit, loci sui dignitate & communione privandum, anathematique poenæ plectendum censetur, & propter occultas fraudes, & conjurationem hujusmodi secretas insidias, si quis harum actionum particeps, consilio eorum, qui de Pontificali agunt ambitu, ad notitiam Ecclesiæ deserat, & rationali probatione convincat, eum non solum ab omni culpa purgarum remanere, verum etiam remuneratione non indigna sublevari velit, & statuat, & exinde, non modo sacrorum canonum, sed etiam secularium legum interpretes peritissimi, ambientes Papatum, aut super eo, Papa vivente, & inconsulto, tractantes, seu conventicula facientes, crimen læsæ majestatis in primo capite, & Simoniacæ hæreseos incurere decreverint, non sine clara & aperta ratione, cum omnis tractatus de loco, dignitate, & bonis alicujus viventis, eo non consentiente, ab utroque jure prohibeatur, & reprobetur, præsertim cum inde præsterit votum captandæ mortis, quod sacri canones & venerandæ leges passim abhorrent & detestantur. Accedit, quod cum inter Pontificem & Ecclesiam contrahatur spirituale conjugium, quod fortius est carnali, gravissimæ poenæ ex utriusque juris censura imponuntur iis, qui constanti matrimonio, de alio conjugio tractare præsumunt. Quare cum peccatis ingentibus, plures indies beati Petri sedem, nobis viventibus & inconsultis, ambire, & conventicula superinde facere dignoscantur, & ad hoc suffragia S. R. E. Cardinalium obrinere, & quodammodo subarrhate procurant & sagant.

Nos cupientes hujusmodi detestabile ambitus, & illi conjuncta, Simoniacæ hæreseos, & læsæ Majestatis criminalis, non solum nostris, sed etiam successorum nostrorum Romanorum Pontificum pro tempore existentium temporibus, perpetuo abolere, & non solum ex usu, sed etiam ex mentibus hominum, præsertim in electione Romani Pontificis, qui Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi in terris Vicarius existit, radicibus evellere, & in præmissis, pro tantæ rei necessitate, & periculi magnitudine, ut tenemur, salubriter providere: habita super his cum venerabilibus fratribus nostris, ipsius sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus deliberatione maturata, de eorum consilio & unanimi assensu, hac nostra perpetuo vailitura constitutione, Apostolica auctoritate, & de nostra Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes & singulas excommunicationis, suspensionis, & interdicti, ac privationis, & quavis alias sententias, etiam censuras, poenas, dudum a Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, aut sacris Conciliis, seu sanctorum Patrum nostro- rum decretis, statutis, capitulis, canonibus, constitutionibus, & ordinationibus, contra sic ambientes quomodo-

libet

liber latas & promulgatas, approbamus & innovamus, ac perpetuo observari, & in viridi observantia, si forsan in ea non sint, reponi & esse debere. Necnon quoscunque in præmissis, tam nostro, quam successorum nostrorum prædictorum tempore, publice vel occulte, aut alias quomodolibet delinquentes, cujuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, & præminentie existant etiam si Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, aut alia majori Ecclesiastica dignitate, seu Cardinalatus honore, vel Mundana, etiam Ducali, Regali, Reginali, aut Imperiali auctoritate seu excellentia præfulgeant, & eorum quemlibet, sententias, censuras, & poenas prædictas incurrere volumus acque decernimus. Et nihilominus considerantes dignum esse, ut quos Deitimo a malo non revocat, Ecclesiastica saltem coerceat severitas disciplinae, de similibus consilio, & assensu, ac auctoritate, & plenitudine potestatis volumus, & declarando statimus, ordinamus & decernimus, quod sententias, censuras, & poenas prædictas, in suo robore & efficacia remanentibus, ac effectum suum fortientibus, omnes & singuli, tam clerici, quam utriusque sexus laici, qui per se vel alios, nobis viventibus & inconfultis, verbis vel scriptis, aut nunciis, cum aliquo de futuro Pontifice eligendo, hætenus tractarunt, vel tentarunt, seu in posterum Romano Pontifice vivente & inconfulto, tractabunt, vel tentabunt, etiam si, ut præfertur, qualificati, & dignitate, honore, & auctoritate, & excellentia prædictis præditi existant, sint ipso jure & facto, absque alia desuper ferenda sententia, excommunicati excommunicatione majori, & maledictione æterna damnati, & ab excommunicatione & maledictione hujusmodi per alium, quam per nos, & Romanum Pontificem pro tempore existentem, præterquam in mortis articulo absolvi non possint, incurrerintque, & incurrant respective crimem Simoniacæ hæreseos, & læsæ majestatis in primo capite, ac privationem omnis, etiam Episcopalis, Archiepiscopalis, & Patriarchalis, ac cujusvis alicuius majoris, vel minoris dignitatis, ac Cardinalatus honoris, necnon Ducalis, Regalis, Reginalis, & Imperialis auctoritatis & excellentie, ac omnium & singularum Ecclesiarum cathedralium, etiam Metropolitæ & Patriarchalium, Monasteriorum quoque ac Prioratum, aliorumque beneficiorum & officiorum Ecclesiasticorum, eum cura & sine cura, secularium, careantque voce activa & passiva, ac electi sint, & efficiantur respective perpetuo inhabiles & incapaces omnium dignitatum, honorum, bonorum, jurium, & legitimorum actuum, perpetuaque infamia ubique gentium sint notati & notentur respective, nec infamia hujusmodi ab eis aboleri, neque ipsi ullo unquam tempore ad vocem, dignitates, honores, bona, jura, & actus hujusmodi, nisi ex speciali verbo, & mandato nostro, seu Romani Pontificis pro tempore existentis, nostra, seu illius manu propria subscripto, ac specifica, & individua reatus & culpæ suæ qualitate expressa, restitui possint. Quodque similes sententias, censuras & poenas respective incurrerint & incurrant ipso jure & facto, ac sine alicujus sententiæ prolatione, omnes & singuli, etiam ut præmittitur, qualificati, & dignitatibus hujusmodi præditi, cujuscunque status & ordinis existant, qui per se vel alium, seu alios, a die nostræ ad summum Apostolicum apicem assumptionis, usque in hanc diem, in præmissis, aut eorum aliquo, quodvis auxilium, consilium vel favorem, seu operam verbis vel scriptis, aut re vel facto, seu promissione, pollicitatione, susceptione, vel his omnibus insimul, aut quovis alio modo, directe vel indirecte, vel incidentaliter præstiterunt, seu in futurum, quovis, etiam successorum nostrorum Romanorum Pontificum tempore præstabant, aut in præmissis mediatores, proxenetas, nuncios, mandatarii, procuratores, seu trapezitæ fuerunt, vel in posterum, ut præfertur, erunt, seu alias in præmissis, quovis modo se intromiserunt vel immiscuerunt, seu in posterum, etiam tempore successorum hujusmodi habebunt, nisi ea nobis,

aut successoribus nostris, quorum tempore id contingeret, vel alteri, cui id per nos vel successores prædictos commissum fuerit, per se vel alium seu alios, cum primum commode poterunt, revelaverint, etiam si in præmissis aliquid aliud auxilium, consilium, vel favorem, aut operam non præstiterint. Nos enim iis, qui præmissa revelaverint, etiam si complices fuerint, non solum veniam, sed etiam gratiam & præmia pollicemur, prout etiam successores nostros præfatos facturos esse confidimus, ad hoc, ut eorum judicio participes tanti criminis valeant coerceri: Et si quis ullo unquam, etiam dictorum successorum nostrorum tempore, præsentis literas, & in eis contenta quæcunque injusta, illicita, vel iniqua existere, aut in toto, vel in parte non valere, seu aliquo tempore non valitura esse, vel a nobis sic fieri non potuisse, aut non debuisset, ausu temerario asserere præsumperit, cujuscunque dignitatis existat, etiam si Cardinalatus honore, aut Regis, vel Imperiali præminentia & excellentia præfulgear, ipso jure & facto anathematis mucrone percussus sit, & contra eum, tanquam vere schismaticum & hæreticum, inquiri, & tanquam talis publici, ejusque memoria damnari possit. Rom. 17. Cal. Jan. 1558.

## C A P. III.

*Judicis electioni, non opes aut favores, sed virtutum ornamenta suffragari debent, nec ad officia admittantur, qui ambitus rei sunt, & precio mercantur, quod dignitate præstare nequeunt.*

## Pius V.

**E**T si Rom. Pontificis continua, indefessaque meditatio circa subditorum suorum commodum & utilitatem continue implicatur, ac quæ iis, quos ut filios tenere diligit, obesse posse credit, de medio tollit: negotiorum tamen multitudine pressa, singula in dies singulos, considerans illorum executionem, etiam dictum disponit, ut & negotia ipsa salubriter dirigantur, ac ipsi subditi paulatim sui in eos amoris cognoscant indicia. Sane licet alias, ne ordo justitiæ perverteretur, & ex certis aliis inibi expressis causis, per civiles constitutiones salubriter fuerit statutum, ut Judices, & alii justitiæ administratores sine quoquo suffragio fieri debeant, gravissimis etiam inunctis poenis, qui præmissam constitutionem transgredi ausi quomodolibet fuissent: accepimus tamen nuper, non sine animi nostri displicentia, nonnullos pro consequendis officiis & dignitatibus, jurisdictionis exercitium habentibus, pecuniis & alias res solvere & promittere aliquibus Curialibus, quorum intercessionibus & favoribus talia officia & dignitates obtinent. Licetque nos pro nostri pastoralis officii debito, præmissa convenientibus oculis pertransire nequeamus, omnem adhiberimus diligentiam, ut tam ambiciosi hujusmodi, quam pecuniarum hujusmodi receptores & stipulatores, tam publice, quam secretae repeterentur, nihilominus exinde nihil certi explicari hætenus potuimus.

Cupientes igitur præmissis modum aliquem imponere, ac eos, quos civilium poenarum timor a similibus non coerceat, per canonicas sanctiones, auctoritate Apostolica, omnino deterere, & avaritiæ hujusmodi genus, juri & justitiæ hujusmodi tam obnoxium de medio tollere, constitutionis civilis, ac poenarum per illa statutarum tenorem & formam, præsentibus pro expressis habentes, motu simili, &c. & ex certa nostra scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine, omnes & singulas leges, constitutiones, statuta, & decreta, contra delinquentes hujusmodi, tam a jure civili, quam a factis canonibus facta, ac in illis contenta, punitiones, & poenas quascunque in tales inflicta, harum serie innovamus, easque idem robur, eandemque vim obtinere volumus atque statuimus, quod, & quam habuissent & haberent, si hætenus ad unguem observata fuissent, vel a nobis per præfatos emanarent. Insuper quoque, ut earum usu poena-

poenarum multiplicatione stabilius efficiatur, hac nota perpetuo valitura constitutione, quamque vim legis, etiam inviolabilis habere sancimus, legibus, constitutionibus, statutis & decretis prædictis præjudicium non inferendo, quinimo illis addendo, decernimus & ordinamus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus, nemini cujuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis & conditionis fuerit, liceat mediante pecunia vel solutione, & traditione, ac promissione aliarum rerum, etiam per interpositas personas, aut alias quovis modo faciendas, aliquas dignitates & officia, exercitium & administrationem jurisdictionis habentia, procurare assequi, vel obtinere, ac si quis in his præsentibus contravenisse quoquo modo dici aut censei poterit, ipsum contravenientem eo ipso confiscationis omnium bonorum, degradationis, & amissionis, tam privilegii Doctoratus, quam quorumcumque per eum obtentorum officiorum, tam secularium, quam Ecclesiasticorum, ac demum ultimi supplicii poenas, irremissibiliter incurrere volumus. Cæterum, ut fraudibus, quæ circa præmissa exoriri possent, facilius occurratur, pari modo statuimus, quod ubicunque & quodocunque compertum fuerit, per interpositam personam aliquas pecunias, seu alias res tradidas seu promissas fuisse alicui Curiali familiari, vel cuicunque alteri personæ, pro officiis & dignitatibus, jurisdictionis administrationem habentibus, is, qui officium hujusmodi obtinuerit, se a præmissis, attentam interpositione personæ hujusmodi, nullatenus excusare queat, quinimo nulla admittenda ignorantia excusatione, ipso jure præsumatur solutionem & promissionem hujusmodi de eorum, qui officia & dignitates similia obtinuerunt, consensu & mandato penitus esse facta iisdemque propterea poenis subjacere omnino intelligatur. Postremo ne ii, qui in præteritum talia officia, seu dignitates solutionibus seu promissionibus mediatis impetraverint, credant se, per præsentibus absolutos esse; eisdem motu, scientia & potestatis plenitudine perpetuo declaramus, eos poenas in tales a jure communi inflictas incurrere, & contra eos, ad poenarum hujusmodi prosecutionem procedi posse. Eos vero qui similibus mediis aliqua officia & dignitates, similiter jurisdictionis administrationem habentia, obtinent, si in futurum quippiam unquam, vigore præcedentium promissionum, in assensione officii hujusmodi facturam solverint, ipso jure & facto poenas in hac nostra constitutione contentas incurrere, præsentisque nostras, tam eos, qui in futurum officia similia & dignitates solutionibus & promissionibus præcedentibus obtinebunt, quam eos, qui jam obtinuerunt, si in futurum aliquid manutentionis in eis, aut alia causa solverint, ligare volumus. Decernentes, contra præmissa, quodvis pactum, etiam juramento vallatum, ac instrumenta, & alias forsitan desuper editas scripturas, ac minime in causa esse posse, quo minus solvere habentes, si pro præmissis solverint, poenas præsentibus contentas incurrant. Nos enim pacta, conventiones, promissiones, & scripta, ac alia quæcumque quomodolibet, ut præfertur, inita, exinde cassamus, irritamus, & annullamus, eosque a juramentis, & aliis nexibus prædictis absolvimus, necnon præsentibus, & desuper forsitan conficiendas literas perpetuis futuris temporibus dare, ac omnes & singulos a data præsentium irremissibiliter ligare volumus, illasque nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ vel quopiam alio defectu notari, aut sub quibusvis revocationibus & derogationibus comprehendere nullatenus posse, sicut per quoscunque Judices, &c. & causarum palatii Apostolici auditores, ac sanctæ Rom. Ecclesiæ Card. sublara, &c. judicari debere, irritum quoque, &c. decernimus.

C A P. III.

*Pana jure civili in ambitu reos sancta confirmantur*  
Jur. Canon. Tom. II.

*& extenduntur ad recipientes pecunias & mediatores.*

Idem.

Cum nuper, ne ordo justitiæ pervertetur, & ex certis aliis causis animum nostrum moventibus, fuerint confirmatae omnes, & singulae leges, constitutiones, statuta, & decreta, contra ambientes officia, jurisdictionis administrationem habentia, eoque pretio seu promissionibus acquirere, tam a jure civili, quam a sacris canonibus facta, ac in illis contenta, punitiones & poenas quascunque in tales infestas innovaverimus, easque idem robar, eandemque vim obtinere voluerimus, acque statuerimus, quod, & quam habuissent & haberent, si hætenus ad unguem observata fuissent, vel a nobis emanassent: insuperque, ut earum usus poenarum multiplicatione stabilius efficeretur: per nostram constitutionem perpetuo valituram, quam vim legis etiam inviolabilis habere volumus, decernerimus inter cætera, quod perpetuis futuris temporibus nemini, cujuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis fuerit, liceat mediante pecunia, vel solutione, & traditione, ac promissione aliarum rerum, etiam per interpositas personas, aut alias quovis modo faciendis, aliquas dignitates & officia, exercitium & administrationem jurisdictionis habentia, procurare, assequi, vel obtinere, sub gravissimis poenis in dicta nostra constitutione, quam hic de verbo ad verbum pro expressa haberi volumus & mandamus, expressis attendente, quod forte probabiliter dubitari contingat, an dicta nostra constitutio comprehendat recipientes hujusmodi pecunias ac res, ac promissiones sibi factas stipulantes, ut officia prædicta exercitium ac jurisdictionis administrationem habentia conferri faciant, & mediatores, ac interpositas personas: Propterea nos, motu simili, & ex certa scientia, & de potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo valitura constitutione declaramus, & quatenus opus sit, addendo prædictæ nostræ constitutioni decernimus, quod dicta nostra constitutio, ac omnes & singulae poenæ in ea expressæ, perinde ligent & afficiant omnes & quoscunque, cujuscunque dignitatis existant, qui pro hujusmodi officiis jurisdictionis administrationem habentibus conferendis, aliquid dederint vel promiserint, ac mediatores & interpositas personas quascunque pecunias & alias res, ut supra, receperint, ac si prædicti in dicta nostra constitutione comprehensivi essent, & de illis in ea expressa mentio facta esset. Et præsentibus perpetuo durare, ac omnes irremissibiliter ligare volumus & decernimus.

## TITULUS XI.

### DE SIMONIACIS, ET NE QUID DETUR, VEL EXIGATUR.

#### C A P. I.

*Provisiones beneficiorum nunciantibus nihil detur aut promittatur.*

Gregorius XI.

Solicite debet vitari, quod noxium esse dignoscitur, & ex cupiditatis aviditate, etiam in honoris Apostolicæ sedis depressionem, ortum habere videtur. Sane nuper ad nostrum pervenit auditum, quod nonnulli inhoneste lucra querentes, dum per sedem prædictam de personis aliquorum, apud sedem constitutis eandem, Patriarchalibus, Metropolitanis, & aliis cathedralibus Ecclesiis, sive monasteriis vacantibus providetur, vel personæ ipsæ ad hujusmodi, per dictam sedem, de aliis Ecclesiis transferuntur, aut alias ipsorum gubernationi committuntur, hujusmodi provisiones, translationes, commendas, sive commissiones, prædictis personis sic apud sedem prædictam constitutis, ut aliquod munus ab ipsis recipiant, denunciare festinant. Nos igitur, in præmissis (prout ex debito tenemus pastoralis officii) providere volentes, universis & singulis personis Ecclesiasticis cujuscunque sexus,

C c c

textus,

sexus, ordinis, vel conditionis existant, etiam si Pontificali, vel alia quavis Ecclesiastica præfulgeant dignitate, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, districtus inhibemus, ne de cætero illis, qui ipsi hujusmodi provisiones, translationes, commendas, sive commissiones eandem, sive de Romani Pontificis pro tempore existentis, sive de alicujus, vel aliquorum ex venerabilibus fratribus nostris sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, aut alterius cujuscunque mandato, seu alias qualitercunque apud dictam sedem nunciabunt, seu nunciari facient, sive dici, vel super hoc nova portari, aliquod directe vel indirecte, per se vel per alium, donent seu promittant, atque per alium datum seu promissum perfolvant. Nos enim, quoscunque præsentibus contrarium quoquomodo, excommunicationis sententiæ subjacere volumus, & decernimus, ipso facto, a qua nullus ab alio, quam a Romano Pontifice possit, nisi duntaxat in mortis articulo abolitionis beneficium obtinere. Avenion. 6. Cal. Novemb. 1376.

## C A P. II.

*Simonia scelus penitus evellendum pœnis sacris canonicis sancitis.*

*Leo X. in Concilio Lateranensi.*

**U**T a nefaria Simoniæ labes ac pestis, non solum a Romana curia, sed ex omni etiam Christiana ditione in perpetuum ejiciatur, constitutiones per antecessores nostros, etiam in sacris Conciliis contra hujusmodi Simoniacos editas innovamus, easque inviolabiliter observari præcipimus, ac pœnas in eis contentas pro expressis & insertis haberi, & delinquentes etiam auctoritate nostra affici volumus.

## C A P. III.

*Simoniacorum pœna.*

*Pius V. ex Concilio Tridentino.*

**U**T Simoniacæ pravitatis labes prorsus aboleatur, constitutiones antecessorum nostrorum contra Simoniacos editas, & præsertim Pauli Secundi b, inviolabiliter observari mandamus, & delinquentes, tam in factorum ordinum receptione, quam in beneficiorum affectatione, statutis etiam inferius pœnis, nostra auctoritate, affici volumus. Quicumque igitur detestabile crimen Simoniacæ pravitatis commisisse convictus fuerit in consequendis ordinibus, eo ipso fit ab illorum executione per decennium, sine spe dispensationis, suspensus, & per annum carceribus mancipetur. Qui dignitates Ecclesiasticas Simoniacæ acquisiverit, illis sit ipso jure privatus, & in futurum inhabilis ad eas & quascunque alias obtinendas. Qui beneficium, aut officium Ecclesiasticum Simoniacæ adeptus fuerit, illis similiter sit ipso jure privatus e, & ad fructum omnium, quos perceperit, restitutionem teneatur, & perpetuo sit inhabilis ad ea, & quæcunque alia beneficia Ecclesiastica. Si quis autem tale crimen pluries commisisse convictus fuerit, præter supradictas pœnas, etiam corporaliter puniatur, & ab ordinibus Ecclesiasticis degradatus, a sacrum consortio ejiciatur. Qui vero ordines & beneficia Simoniacæ contulerunt, pœnis a jure statutis puniantur, cujuscunque gradus, conditionis, dignitatis, etiam si Episcopi, Archiepiscopi, vel majores fuerint. Caveant præterea quicumque ne in faceramentorum exhibitione Simoniacum aliquid faciant. Alioquin gravissime puniantur per locorum ordinarios, qui hujusmodi criminis reos cum maxima severitate coercere procurent, juxta Concilii Tridentini statuta.

*a Hac constitutio a Martino V. antea in Concilio Constantiensi facta est. b Paulus III. in extravag. & Sixtus IV. in bulla, qua incip. Esai dominici gregii. c Ex Concil. Constantiensi. Petrus Rebuff. in præf. benefic. tit. de simonia, num. 89*

## C A P. IV.

*Beneficia pure & sincere confari debent, hoc est, absque pacto aliquo conventionis vel conditione, quibus Simonia visum inducitur.*

*Pius V. ex Concilio Tridentino.*

**U**Rum nimis & incommodum arbitramur, quod Ecclesiarum ministri in his, quæ ad ipsorum sustentationem suppeditant, dispendia patiantur. Quocirca cum hanc ad rem, simulque prohibendam ab Ecclesiæ Dei avaritiæ pravitatem, editas antehac sanctiones, minime factis esse intelligimus, novæ constitutionis subsidio cogimur providere. Cum itaque alias, ex plurium Ecclesiarum cathedralium & collegiarum constitutionibus, aut ex prava consuetudine, observari intelligeretur, ut in electione, præsentatione, nominatione, institutione, confirmatione, collatione, vel alia provisione, sive admissione ad possessionem alicujus cathedralis Ecclesiæ, vel beneficii, canonicatum, aut præbendam, vel partem proventuum, seu ad distributiones quotidianas, certæ conditiones, seu deductiones ex fructibus, solutiones, promissiones, compensationesve illicitæ, aut etiam quæ in aliquibus Ecclesiis dicuntur *Turnorum lucra*, interponerentur, licet sancta Synodus Tridentina hæc detestata mandaverit Episcopis, ut quæcunque hujusmodi, quæ in usus pios non converterentur, atque ingressus eos, qui Simoniacæ labis, aut sordidæ avaritiæ suspicionem haberent, fieri non permitterent, ipsique diligenter de eorum constitutionibus, sive consuetudinibus super prædictis cognoscerent, & illis tantum, quas probarent, exceptis, reliquias, ut pravas & scandalosas, rejicerent, eas vero, qui adversus prædicta quavis ratione commississent, pœnis contra Simoniacos editis, teneri decreverit: multorum tamen indomita cupiditate, tam prædicta, quam alia, ad beneficium & commodum ipsorum ministrorum edita: ut omnino contemnantur, aut in varios sensus trahenda perperam eluduntur. Quare nos, pro divini cultus exercitio, simulque evocatorum ad illud auxilio, plenius, evidentiusque consulendum fore tati, revocamus & aboleamus omnia & quæcunque privilegia, consuetudines, & statuta quarumcunque Ecclesiarum, cathedralium & metropolitanarum, ac majorum, necnon collegiarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, aut alio quovis præsidio munita, ac etiam supra hominum memoriam, & longissimo ac quocumque tempore etiam continuo observata, sive pro solvendis Ecclesiarum vel Prælatorum debitis, sive pro supportandis illarum oneribus, sive alijs etiam majoribus, maximis, & urgentissimis causis concessa, & approbata, ac etiam multiplicatis vicibus innovata, extensa & moderata, quod vacantibus ipsarum Ecclesiarum dignitatibus, canonicis, præbendis, portionibus, beneficiis, & officiis, fructus, ac etiam quotidianæ distributiones, ex eis, de primo ab ipsa vacatione anno, aut longiore, vel etiam breviori tempore proventuri, mensæ Episcopali, seu capitulari, aliove loco integre, vel partim remaneant, seu applicentur, aut in communes usus cedant, seu inter alio-canonicos, & personas Ecclesiæ seu capituli dividantur. Quodque nullus, etiam Apostolica auctoritate provisorius, in Canonicum recipi, aut ad dignitatem, seu portionem, beneficium vel officium admitti, vel alias in ejus possessionem induci possit, nisi prius de observandis hujusmodi privilegiis, consuetudinibus, & statutis, juramentum præstiterit, & obtentæ illorum derogationi, ac fructuum, & distributionum perceptioni renunciarit, seu capitulo, & personis prædictis cesserit, seu ( ut appellant ) *ducliaris*, aut quid aliud præstiterit. Quorum omnium tenores, causas, & effectus habemus præsentibus pro expressis, quibuscunque ista concepta sint formulis, nec non irritantibus, & alijs decretis roborata: Volentes ea omnia vires & effectum de cætero non habere. Præcipimus igitur, & interdicimus omnibus Episcopis, capitulis,

his, collegiis, & personis, ad quas id pertinet, ne posthac fructus aut distributiones hujusmodi, nec prorsus ullam eorum partem retineant, neve ipsorum cessionem, vel renunciationem, aut duciarum, vel alia quomodocumque petant, vel exigant, aut quencum, sive ordinaria, sive Apostolica auctoritate provisum, ad præstandum hujusmodi juramentum inducant, aut illi prædicta non facienti, possessionem impediunt, vel remorentur. Quicunque contra fecerint, si Ecclesiarum antistites, tam diu a Pontificali Officio exercitio sint suspensi, donec, satisfactione prævia illis per sedem Apostolicam suspensio relaxetur: Capitula vero, & Collegia quæcumque Ecclesiastico subjaceant interdicto, ac singulares personæ in excommunicationis sententiam incurrant, a qua, nisi in mortis articulo constituti, ab alio, quam a Romano Pontifice, absolutionis beneficium nequeant obtinere. Romæ, prid. Calend. Junii, 1570.

**TITULUS XII.  
DE MALEFICIS ET INCANTATORIBUS.**

**C A P. I.**

*Inquisitorum fidei officii interest animadvertere in maleficos, incantatores & vararum superstitionum observatores.*  
Alexander VI. Angelo de Verona ordinis Prædicatorum, sacra Theologiae Professori, in provincia Lombardiæ hæreticæ pravitatis Inquisitori.

Cum acceperimus in Provincia Lombardiæ, diversas utriusque sexus personas, diversis incantationibus & diabolicis superstitionibus operam dare, suisque beneficiis & variis observationibus multa nefanda scelera procurare, homines & jumenta ac campos destrinere, & diversos errores inducere, magnaque inde scandala exortiri: decrevimus, pro pastoralis officii nobis ex alto commissi ministerio, scelera hujusmodi compescere, ac scandalis & erroribus præmissis, quantum cum Deo possumus, occurrere. Eapropter, tam tibi, quam etiam prædecessoribus tuis per Lombardiæ constitutis, de quibus in his & aliis plenam in Domino fiduciam obtinemus, committimus, & mandamus, etiam soli (honesto tamen comitatu per vos eligendo associati) contra easdem utriusque sexus personas diligenter inquiratis, easque justitia mediante puniatis & compescatis. Et ut melius commissionem hujusmodi exequi possitis, contra illas vobis plenam & omnimodam harum serie concedimus facultatem, constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnon indultis & concessionibus ordinariis forsitan, pro tempore factis, ceterisque contrariis quibuscumque non obstantibus.

**C A P. II.**

*Hæreticum est, a demonibus expectare responsa.*

Sixtus IV. Vicario generali Episcopi Bononiensis.

Nunciatus est nobis, nonnullis ordinis sanctæ Mariæ de monte Carmeli fratres, tanta fuisse temeritatis, ut veriti non sint disputando & prædicando in civitate Bononiensi, ejusque comitatu, asserere, non esse hæreticam a & a puritate fidei alienam, demonum expectare responsa: ob quod adversus ipsius fidei puritatem scandala multa exorta videntur. Nos id indigne molesteque ferentes, & de præmissis certam notitiam non habentes, discretioni tuæ per præsentem committimus & mandamus, ut omni opportuna acerbata diligentia & industria veram notitiam habere cures, an sint, qui fuerint hujusmodi asserentes, & quæ scandala propterea sint exorta. Quicquid autem in præmissis inveneris, in scriptis authentice redactum, ad dilectum filium Franciscum de

Toleto, Notarium & Datarium nostrum domesticum sub tuo sigillo transmittas, ut ab eo de omni re certiores facti, quid agi conveniat, auctore Domino, statere valeamus. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die decimo octavo Junii, 1474. Pontificatus nostri Anno secundo.

**C A P. III.**

*Jurisdictione Inquisitorum penis jure sancitis plecti debent incantatores & sortilegi.*

Adrianus VI. Inquisitori Comensi.

Udum a, uti nobis exponi fecisti, per sel. rec. Jurhum Papam II. prædecessorem nostrum non sine magna tunc animi sui duplicentia accepto, quod per quem Georgium de Casali, ordinis fratrum Prædicatorum præfessorem, & in civitate Cremonensi hæreticæ pravitatis Inquisitorem deputatum, in nonnullis Lombardiæ partibus & præsertim in locis, in quibus dictus Georg. Inquisitor deputatus erat, reperta fuerunt quamplures utriusque sexus personæ, propriæ salutis immemores, & a fide Catholica deviantes, certam sectam facientes, fidem, quam in sacri susceptione baptismatis susceperant, abnegantes, sanctam crucem pedibus conculcantes, & opprobria super eam perpetrantes, Ecclesiasticis & præsertim Eucharistiæ sacramentis abutentes, diabolum in suum dominium & patronum assumentes, eique obedientiam & reverentiam exhibentes, & suis incantationibus, carminibus, sortilegiis, aliisque nefandis superstitionibus jumenta & fructus terræ multipliciter lædentes: aliaque quamplurima nefanda, excessus, & crimina, eodem diabolo instigante committentes & perpetrantes, in animarum suarum periculum, divinæ majestatis offensam, perniciosumque exemplum & scandalum plurimorum. Contra quas, cum dictus Georgius, tunc (ut asserbat) in dictis locis suæ inquisitioni deputatus, prout ipsius Georgii incumbet officio, ipse Georgius processisset: nonnulli autem, tam clerici quam laici illarum partium, quærentes plus sapere quem oportet, præmissa delicta ad eundem Georgii Inquisitionis officium non pertinere, temere asserentes, præsumentes in populo errores & scandala seminaverunt: sique eundem Georgium in populo odiosum reddere, & dicti Georgii officium impedire conati fuerunt, prout etiam tunc impediebant: ita quod propter præmissa, personæ prædictæ delicta hujusmodi perpetrantes, remanebant impunitæ, & alia eorum exemplo ad similia perpetranda quoties inducebantur, in non modicum fidei opprobrium, animarum periculum, & scandalum plurimorum. Dicitur prædecessor volens (ne inquisitionis officii executio quomodolibet retardaretur, & sabbes hæreticæ pravitatis longius venena diffunderet) providere, dicto Georgio per quoddam suas, in forma Brevis, literas commisit & mandavit, quatenus in locis ejusdem Georgii inquisitioni deputatis, de excessibus hujusmodi cognoscere, & contra quascumque personas, cujuscumque conditionis & præsententia forent, inquisitionis officium exercere & exequi: ipsasque personas, quas in præmissis culpabiles reperiret, una cum locorum ordinariis Vicariis, quatenus voluissent interesse, juxta dictarum personarum demerita, corrigere & punire deberet, secundum modum contra alios hæreticos a jure ex sacris canonibus statutum: contradiçotes quoscumque per censuram Ecclesiasticam, & aliâ juri opportuna remedia compescendo. Eos vero, qui in præmissis consilium, auxilium vel favorem præstarent, præfatus prædecessor noster, eisdem indulgentiis uti & gaudere decrevit, quibus cruce signati contra alios hæreticos, ex indulto Apostolico eis concessio, tunc gaudebant & utebantur, prout in dictis literis plerisque contineri dici-

a Drecte referat cum analogia nostra fidei, expectare a demonibus responsa Cajetanus in quæst. 90. 22. S. Thom.

a De maleficis & incantatorib. vide flagellum hæret. Paul. Gril. l. 2. Alp. de Cast. punis. hæret. Sylv. Prior. de dem. mir.





præficiendum, detrudantur, beneficiisque & officiis Ecclesiasticis priventur. Laici vero utriusque sexus, excommunicationis & aliis poenis juris, tam civilis quam canonici, subjaceant.

## C A P. VI.

*In strigas & sortilegos, ut contra hæreticos vehementer suspectos procedi solet, quia ea perpetrant, qua manifeste sapiunt hæresim.*

*Idem, universis & singulis locorum ordinariis domini Venetorum.*

**H**onestis perentium votis libenter annuimus, eaque favoribus persequimur oportunitis. Alias ad petitionem dilectorum filiorum, nobilium virorum Ducis & Domini Venetorum cum in Brixienſi & Bergomenſi civitatibus & diocæſibus quoddam hominum genus pernicioſiſſimum ac damnatiſſimum, labe hæretica, per quam suscepto renunciabatur baptiſmatis ſacramento, Dominum abnegabant, & ſatanæ, cujus conſilio ſeducerantur, corpora & animas conſerebant, & ut illi rem gratam facerent, in necandis infantibus paſſim ſtudebant, & alia maleficia & ſortilegia exercere non verebantur, quod ita factum eſt videbatur, ut ad eorum errorem extirpandum opportuna adhiberentur remedia. Volentes etiam eſamdem generis nonnullis indicibili poena obſtinate vitam potius perſe amittere, quam errorem ſuum cognoſcere maluiſſe, & propterea de rigoroso nimium (ut dicebatur) veſtri ordinatioſum contra tales proceſſu dubitantes, venerabilem fratrem Episcopum Polenſem noſtram & Apoſtolice ſedis apud eodem Ducem & Dominum, Nuncium vobis adjungendum duximus, cum facultate, per ſe vel alium, ſeu alios proceſſus per vos habitos, ſeu factos examinandi, & revidendi: & ſi vos Inquiſitores proceſſus ite & reſte, ac juxta formam juris habitos fiſiſſetis, contra tale hominum damnatorum genus una vobiscum procedendi & inquirendi, necnon Procuratores & Advocatos, Scribas, cæteroque ad Inquiſitionis præſata exercitium neceſſarios & opportunos Officiales & Miniſtros cum competentibus ſalaris deputandi, & homines prædictos quod redire ad Eccleſiæ unitatem vellet clementer ſuſcipiendi, eiſque poenitentiam ſalutarem injungendi, & eos abſolvendi etiam in utroque ſoro, & incorrigibile condemnandi, & brachio ſeculari tradendi, cæteraque quæ vos de jure vel conſuetudine facere poſſetis, & deberetis faciendi, exercendi, & exequendi, prout in literis deſuper conſectis continetur. Cum iugiter comiſſionis hujusmodi vigore præſata nuncius, venerabilem fratrem, Episcopum, Juſtinopolitanum, in partibus illis commorantem, ad præmiſſa una vobiscum peſtractanda & exequenda ſubdelegaverit, voſque & ipſe ſubdelegatus in valle Communica Brixienſis diocæſis, ubi maxime hujusmodi damnati generis homines vigent & pullulant, proceſſeritis, ac nonnullos culpabiles repertos, & curia ſeculari tradendos, necnon jam condemnatos habueritis, videtur quod per Venetorum collegium Fratri Brixienſi mandatum fuerit, ne ſententias hujusmodi exequeretur, & vobis & eidem ſubdelegato, ne ad executionem illarum procederetis, ſchiberet, prout inhibuit fuit: ac expenſas & ſalaria pro hujusmodi inquiſitionis negotio neceſſaria ſubmoveret, & retraheret: necnon proceſſus contra culpabiles prædictos habitos & factos eis transmitteret, ſeu transmitti faceret: & quod deterius eſt, ſubdelegatum prædictum ad eorum eis in civitate Venetiarum comparandum cogeret & compelleret, prout coactus & compulſus fuit. Et quia propter diſtas literas, in quibus dictus nuncius adjuſctus fuit, ab aliquibus hæſitatur, an propter hoc facultas vetra diminuta exiſtat, ita quod (prout ante duas hujusmodi literas poſuiſſetis) procedere non poſſit, indecenſque, & contra juris & ſacrorum canonum diſpoſitionem, ac Eccleſiasticam libertatem exiſtat, laicos de perſonis et cauſis Eccleſiasticis ſe intro-

Jur. Can. Tom II.

mittere, nullamque injunctam a nobis executionem adimplere niſi proceſſibus, ac ſententiis per eos viſis & examinatis, ac ſi ipſi in clericos, cauſasque Eccleſiasticas, ſuperioritatem & juſdictionem haberent: cum tamen in clericos cauſasque hujusmodi laicis nulla facultas attributa ſit, quos obſequendi & exequendi manet neceſſitas, non auctoritas imperandi, propter quod inter Chriſti fideles non modicum ſurgit ſcandalum. Nos igitur, ne quod ad ſalutem animarum, & diſctam cauſarum faciliorem expeditionem introductum eſt, in damnum & percellationem convertatur; & propterea ob diuturnitatem temporis, intelices anima hujusmodi peccatis magis graventur, & ad omne circa hoc dubium tollendum, vos, prout ante datas diſtas literas, de jure & conſuetudine ſeu privilegio procedere poteratis, necnon etiam contra maleficos & ſortilegos, ac a fide apoſtatanes, prout criminis poſtulaverit qualitas, procedere poſſe & debere, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium decernimus & declaramus, vobis committentes & mandantes, ut eodem Venetos, & illorum Ducem, ac officiales ſuos, ne ipſi ulterius in hujusmodi cauſis ſe intromittant, ſed quod injunctas ſibi executiones, & forte injungendas, poſtquam requiſiti fuerint, ſine aliqua proceſſum, per dictos Eccleſiasticos Juſdices ſactorum viſione, vel examinatione, prompte exequantur, moneatis & hortemini. Et ſi hoc facere neglexerint, vel reſuſceverint, vos eos per cenſuras Eccleſiasticas, & alia juriſ opportuna remedia, appellatione poſtpoſita, compellatis. Datum Romæ 15. Februarii 1521.

TITULUS XII.  
DE TESTIBUS.  
CAP. UN.

*Perjuri & falſi rei habentur, qui in cauſis civilibus aut criminalibus diſta teſtium ſine Juſdiciſ auctoritate detegunt.*

## Pius V.

**L**icet contra Notarios, qui in cauſis, tam criminalibus, quam civilibus, diſta teſtium, aut reorum reſponſionem abſque Juſdiciſ decreto partibus patefaciant, multa conſtitutiones editæ ſint, eoſque tanquam falſi reos, & infames, ac perjuros poſſi debere ſtatutum ſit, nihilominus, quia a magis timetur, quod ſæpius cavetur, & ut in futurum timore poenæ, ſi non Dei timore arceantur, omnes & ſingulas cenſuras & poenas, contra eos, qui talia deliquerint latas, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium approbamus, confirmamus, & innovamus, nec de earum rigore, propter illarum forſan inobſervantiam, aut prædeceſſorum noſtrorum, & etiam noſtram, ac officialium, & miniſtrorum eorundem, & noſtrorum tolerantiam, quicquam relaxatum aut remiſſum eſſe, ac eandem in ſuo priſtino robore & vigore permanere decernimus & declaramus. Et ut poenarum certitudo omnibus hic in alma-urbe noſtra innotescat, fratrimus, decernimus, & declaramus, omnes & ſingulos Notarios, tam principales, quam ſubſtitutos, executores quoque, ac carcerum cuſtodes, cæteroque, quibus tam vigore ſui officii, quam alias quomodocunq; reos, dum in carceribus ſecretis detinentur, facultas alloquendi conceditur, qui reorum reſponſiones, ac teſtium in diſtis cauſis depoſitiones propalare, in totum vel in parte, dicto aut facto, quibuſvis perſonis, cujuſcunq; conditionis, prærogative, & dignitatis, tam Mundana, quam Eccleſiastica exiſtant, abſque Juſdiciſ, coram quo cauſa vertitur, & Procuratoris ſiscalis licentia, aſſi fuerint, aut eiſdem reſ & teſtibus, donec in ſecretis retinentur, etiam quarumvis perſonarum, ut ſupra, quomodolibet quali-

cata-

*a Magis timetur quod ſæpius cavetur. b Reorum reſponſiones, & teſtium depoſitiones non debent publicari.*

Cccj

cataram, vel nomine eorumdem reorum & testium, vel aliis, etiam extra carceres existentium, nomine eorumdem carceratorum, nuncium, epistolam, literas, vel (ut vulgo dicitur) ambasciatas ferre, absque eisdem iudicis & Procuratoris fiscalis licentia, ultra poenas eis a jure vel statuto inflatas, poenam relegationis in perpetuum, vel ad tempus ad trimeses, & si qualitas facti id exegerit, & iudici videbitur, etiam ultimi supplicii, incurere & puniri debere precipimus & mandamus, sicque per quoscunque iudices, quavis auctoritate surgentes, puniri & condemnari, & non aliter, declaramus. Rom. 23. Jul. 1568.

TITULUS XIV.  
DE MONETARUM TONSORIBUS.  
CAP. UN.

*Ultimi supplicii poena afficiuntur aurea & argentea monetarii tonsores.*

Pius V.

**C**um nil magis humanae vitae commercio sit necessarium, quam pecuniarum usus, quae hominibus cuncta humano victui necessaria praebent: decet Romanum Pontificem ad ea libenter intendere, per quae pecunia ipsa non solum non adulteretur, verum etiam in primivo illarum statu ab omnibus illatae conserventur. Quod, & si cunctis in locis, praecipue tamen in hac alba urbe nostra, quam gloriosi Apostolorum Principes martyrio suo consecraverunt, & ad quam, veluti communem omnium matrem, gentes undequaque concurrunt, singulisque aliis dominis, terris, & locis, nobis & sedi Apostolicae mediare vel immediate subiectis, curandum est, ut & ad illam venientibus vitiorum exempla non proponantur, & quibusvis peccandi materies succidatur. Attendentes itaque, quod licet monetarum aurearum tonsoribus ultimi supplicii de jure sit inflata poena, argenteas tamen monetas tundentibus satis minor poena imposita sit. Ac animo revolentes, quam par sit utriusque delictum, cum illi, qui argenteas minuunt, nulla alia de causa ab aurearum mutilatione, nisi ob earum, defectum, abstinant, ac propterea eodem iuris rigore, in utroque salvandum esse, aequum reputantes. Motu simili, &c. hac nostra perpetuo valitura constitutione statuimus, eos, qui argenteas tundentibus monetas, ultimi supplicii, & ea, quae aurearum tonsores hactenus puniti sunt, & de jure puniri debent, poena puniendos esse, & ita ab omnibus, quibus iudicis officium, non tam in alia urbe nostra, quam alibi in toto statu Ecclesiastico commissum est, quovis nomine censeantur, & quavis auctoritate praesuleant, injunctum est, puniri volumus & mandamus. Distinctius inhibentes, singulis terrarum, locorum, & civitatum dominis in temporalibus, ne iudices praefatos, in praemissis hoc modo savientes, sub excommunicationis, &c. impedire, molestare, vel inquietare audeant, vel praesumant.

TITULUS XV.  
DE LENONIBUS.  
CAP. UN.

*Lenonum sordidam & turpe lucrum ex prostitutione virginum corrudentium poena.*

Paulus IV.

**L**enones & lenae, circa prostitutionem masculorum versantes, & cum eis circa prostitutionem ipsam agentes, vel consentientes, necnon lenones & lenae, puellam, seu aliam juvenulam invitam assumentes, & ad necessitatem nutrientes, ac postmodum prostituentes, & lucrum ex eius prostitutione captantes, quotquot fuerint, ultimo supplicio afficiantur. Hi vero, qui corrupto comite stuprum puero suaserint, aut puellam virginem super violatione eius pudicitiae interpellaverint, seu ad hoc ei quicquam donaverint, vel precium, ut id

assequerentur, dederint, aut donum ad hoc eis commoverint, seu quicquid aliud ad effectum praemissorum fecerint, flagitio perfecto, capitali poena plebantur, eo autem imperfecto, in aliquam insulam deportentur, & inibi perpetuo relegentur, & qui in praemissis comites corrupti fuerint, eisdem poenis subiacent. In ceteris vero casibus lenones & lenae huiusmodi, qui de cetero lenocinii attem exercuerint, fustibus per urbem publice caesi, ab hac urbe perpetuo exulare cogantur. Et qui domos suas eisdem lenonibus vel lenis de cetero scienter locaverint, vel si ignorantes id fecerint, nisi postquam hoc eis notificatum fuerit, illos expulerint, domum sic locatam eo ipso amittant, & ea realiter & cum effectu priventur & spolientur, & insuper poenam mille scutorum auri ab eis auferendorum, & in pios usus convertendorum, ipso facto incurrant.

TITULUS XVI.  
DE CONCUBINARIIS ET FORNICATORIBUS.  
CAP. I.

*In publicos concubinarios animadvertere debent Synodorum provincialium ordinarii, ut omnis fornicationis spurcitas in laicis & clericis extinguitur, legit divina auctoritas custodiatur.*

Leo V. in Concilio Lateranensi.

**S**tatuimus, quod quicumque clericus, cujuscunque conditionis, status, religionis, dignitatis, etiam si Pontificalis, vel alterius praeminentiae fuerit, qui post habitam praesentium a notitiam, quam habere praesumatur post duos menses, post eorumdem praesentium publicationem in Ecclesiis cathedralibus factam, quam ipsi dioecesani omnino facere teneantur, postquam praesentes ad eorum notitiam pervenerint, publicus concubinaris a peceptione fructuum omnium beneficiorum suorum, etiam mensuram spatio sit ipso facto suspensus, quos suos superior in fabricam, vel aliam evidentem Ecclesiarum utilitatem, ex quibus illic fructus percipientur, convertat: necnon huiusmodi publicum concubinarium, ut primum talem esse noverit, mox suis superior monere teneatur, ut infra brevissimum terminum concubinarium dimittat, & si illam non dimiserit, vel dimissam seu aliam publice resumpserit, jubemus ut ipsum omnibus suis beneficiis omnino privet. Et nihilominus illic publici concubinaris, usquequo cum eis per suos superiores, post ipsarum concubinarum dimissionem, manifestamque vitae emendationem fuerit dispensatum, ad suspensionem quorumcumque honorum, dignitatum, beneficiorum, officiorumve sint inhabiles: qui si post dispensationem residuo vomitu ad huiusmodi publicum concubinarium redierint, sine spe alicujus dispensationis ad praedicta prorsus inhabiles existant: quodque si hi, ad quos talium correctio pertinet, eos, ut praedictum est, punire, neglexerint, eorum superiores tam in ipsos de neglectu, quam illos pro concubinato, modis omnibus digna poenitione animadvertant: in Conciliis etiam provincialibus, & synodalibus adversus tales punire negligentes, vel de hoc crimine diffamatos, etiam per suspensionem a collatione beneficiorum, vel alia condigna poena severiter procedatur: & si ii, quorum destitutio ad nos & sedem praedictam spectat, per concilia provincialia aut superiores, propter concubinarium publicum

*a Concilio Tridentinum idem iussit sess. 25. cap. 14. Clericis concubinaris beneficiorum privationem & excommunicationem indicens. h. lisdem ferme poenis in concubinaris animadvertit Concil. Rhemens. sub Eugenio II. cap. 2. in 3. Tom. Concil. pag. 358. & apertius in Concilio Oxoniensi. cap. etsi forte. in 3. Tom. Concil. pag. 764. in Basiliensi sess. 20. 4. Tom. Conciliorum.*

cum teperiantur privatione digni, statim cum processu inquisitionis ad nos deferantur, eadem diligentia & inquisitione, in quibuscumque generalibus capitulis, etiam provincialibus, quoad eos servetur, poenis aliis contra predictos, & alios publicos concubinariorum jure statutis, in suo robore permanantibus.

Publici autem intelligendi sunt, non solum ii, quorum concubinatus per sententiam, aut confessionem in iure factam, seu per rei evidentiam, quæ nulla possit tergiversatione celari, notorius est, sed etiam, qui mulierem de incontinentia suspectam & diffamam tenent, & per suam superiorem admoniti, ipsam cum effectu non dimittunt. Quia vero in quibusdam regionibus non nulli jurisdictionem Ecclesiasticam habentes, pecuniariorum questus a concubinariorum percipere non erubescunt, patientes eos in tali scelerate sordescere, sub poena maledictionis aeternæ præcipimus, ne deinceps sub pacto compositionis, aut ipse alterius questus, talis quovismodo tolerent, aut dissimulent, alioquin ultra præmissam negligentiam poenam duplam ejus, quod propterea acceperint, restituerent, & ad pios usus omnino convertere teneantur, & compellantur. Ipsas autem concubinas aut suspectas Prælati omnibus modis eurent a suis subditis, per auxilium & brachii secularis invocationem, si opus fuerit, penitus arceat, qui etiam filios ex tali concubinato procreatos apud patres suos cohabitare non permittant. Jubemus insuper, quod in prædictis Synodis & capitulis præmissa publicentur, & ut quilibet suos subditos ad ipsarum concubinariorum dimissionem moneat, diligenter injungimus. Præterea omnibus secularibus viris, etiam si Regali præfulgeant dignitate, ne ullum qualescunque inferant impedimentum, quocumque quaesito colore, Prælati, qui ratione officii sui adversus subditos suos pro hujusmodi concubinato, & aliis casibus sibi a jure præmissis, procedunt. Et cum omne fornicationis crimen a lege divina prohibendum sit, & sub poena peccati mortalis necessario evitandum, monemus omnes laicos, tam uxoratos, quam solutos, ut similiter a concubinato abstanteant: nimis enim reprehensibilis est, qui uxorem habet, & ad aliam uxorem seu mulierem accedit: qui vero solutus est, si continere nolit, juxta Apostoli consilium, uxorem ducat: pro hujusmodi autem divini observantia præcepti, hi ad quos pertinet, tam salutaribus monitis, quam aliis canonicis remediis, omni studio laborent, Rom. 1. Cal. Jan. 1517.

## C A P. II.

In Sodemitas & concubinariorum.

Pius V.

**S**i quis crimen nefandum *b* contra naturam, propter quod ira Dei venit in filios dissidentia, perpetraverit, Curia seculari puniendus tradatur, & si clericus fuerit, omnibus ordinibus degradatus simili poena subiciatur.

Monemus præterea omnes locorum ordinarios, & in virtute sanctæ obedientia eis præcipimus, ut statuta Tridentine Conc. contra concubinariorum, tam clericos, quam laicos, edita distincte faciant observari, reddituri Deo ac nobis, si id omiserint rationem. Rom. 6. Cal. Apr. 1566.

T I T U L U S XVII.  
DE DUELLO ET DUELUM  
PERMITTENTIBUS.

C A P. I.

Pugnantes in duello, & duellum permittentes, quacunque causa, etiam jure probata, excommunicantur, eisque sepultura in loco sacro denegatur.

*a* Deuter. 23. Tob. 4. 1. Corinth. 6. Ephes. 5. Gal. 5. Act. 15. Matth. 15. Marc. 7. *b* Non potest hæc res magnitudine sceleris enarrari. Lect. lib. 6. cap. 23. Conc. univ. Trident. sess. 24. de reform. massim. cap. 8.

Julius II.

**R**egis pacifici, qui regnat in cælis, licet insufficientibus meritis, vices gerentes in terris, cunctorum fidelium statui, prout ex suscepta servitutis tenetur officio, indefessa solertia intendentes, ac animarum periculum obviam cupientes, ad ea, per quæ ubique præsertim in terris a Romana Ecclesia sponsa nostræ subjectis, inter fideles eisdem, cades, rixæ, & contentiones cessent, scandalorum tollantur fomenta, pax & concordia vigeant, prosperitatis eorum successibus consulatur, opportuna provisionis operam impendimus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire. Sane non sine maxima animi nostri perturbatione accepimus, quod nonnulli fidelium prædictorum, inimico humani generis instigante, & aliquibus causis occurrentibus, & plerumque minimis & inhonestis ac levibus verbis ad contumelias, contentiones, & diffidationes devenientes, ut alter alterius sanguine fatietur, ad temporales Principes & dominos, maxime civitatum, terrarum, & locorum sedi Apostolicæ subjectorum confugium, ut eis locum tutum, si ve campum ad duellum seu pugnam assignent. Et quamvis a Principes, & domini præfati duellum si ve pugnam eis dissuadere & prohibere debent, tamen plerumque locum aut campum tutum hujusmodi assignant, malevolamque altercantium propositum ad executionem augent, magisque uni, quam alteri favent, ex quo hominum mortes repentina, & nisi divina gratia præveniantur, animarum perditiones, mutilationes, & vulnera, inter alia resque pugnantium amicos, odia & altercationes, & ex hoc inconvenienti plura oriuntur, in ipsorum fidelium animarum & corporum periculum, generisque humani præfati iacturam, perniciosum exemplum, & scandalum plurimorum. Nos igitur, qui fidelium prædictorum tranquillitatem & pacem sinceris desideriis exoptamus, saluberrimis Christianæ religionis documentis & exemplis, Deum tentandum non esse, præmoneri, Salvatorisque Domini nostri Jesu Christi, qui Petro Apostolorum Principi, ut gladium mitteret in vaginam, mandavit, præceptis edocuit, attendentes hominem homini, inter quos cognationem quandam natura constituit, insidiari nefas, & gladiatoria munera & pugnationes hujusmodi vulgares a religionis nostræ pietate damnari, eruentaque spectacula a sacris canonibus, & imperialibus legibus inhibita & improbanda, sicque pugnantium infamia notari, & diversis poenis puniri, & cum omni tempore, potissimum tamen in ocio civili & domestica quiete publica, & detestanda esse, motu proprio, non ad alicujus super hoc nobis oblata petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, & ex certa scientia, hac in perpetuum valitura constitutione, duellum & gladiatorum hujusmodi usum damnatum & improbandum, & in terris Rom. Ecclesie mediata & immediata subjectis, per quoscunque, quavis auctoritate & potestate ac nobilitate fulgentes, ab excommunicationis lita sententia poena, ex quacunque causa, etiam a legibus præmissa, fieri omnino prohibemus. Dictoque pugiles taliter pugnantes, ubique impune capi posse et puniri pro homicidio vel vulnere, juxta juris communis dispositionem, nulla eis consuetudine suffragante, statimus; corporaque in duello in terris Eccle. mediata vel immediate subjectis facto morientium, in facto sepeliri prohibentes. Rom. 5. Cal. Aug. 1505.

C A P. II.

Duelli auctores prescriptione honorum, spectatores excommunicatione & multa pecuniaria pliantur.

Leo X.

**Q**uam Deo & hominibus abominabiles viri pugnantes in duello existant, & omnium in ore versatur, & di-

*a* Concil. Trident. decreto sess. 23. cap. 19. Principes duellum permittentes excommunicantur, & committentes illud & patreni, consultores, spectatores excommunicantur & sunt infames, & prescriptione honorum multantur.

C C C 4

vint

vina humanaque jura testantur: nec immerito, cum non solum corporum, sed etiam eorum animarum, pro quibus Saluator noster Jesus Christus Dei filius mortem subit temporalem, grave detrimentum asserere noscantur. Ad reprimendum igitur talium nefarios ausus, plurimum conferre censentes, eos qui hujusmodi scelus detestabile quidem, & canonica & civilique lege prohibitum, parare non expavefcunt, graviter fore puniendos: ac ea, quæ ad compescendum similes vetitos conatus, a Rom. Pont. prædecessoribus nostris, statuta fuerunt, ut eo firmissime observentur, quo sæpius fuerint auctoritate Apostolica communita, approbemus, & novo munimine roboremus, & si qua est perterrendum animos audaces meliora sint, eis adiciamus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire. Adjicientes, & eadem auctoritate Apostolica statuentes, quod pugnantes ipsi, non solum pœnis prædictis subjaceant, sed eorum memoria perpetuo damnata sit, ac bona proscripita sint, & Camera nostræ Apostolicæ confiscata, eo ipso. Duces, Barones, Comitès, Marchiones, & domini temporales, vicarii, feudatari, armorum Capitanei, Communitates quoque civitatum, terrarum & locorum eidem Rom. Ecclesiæ mediate vel immediate subjectorum, campum ad pugnam præstantes, non solum pœnas prædictas incurrant, sed ab omni jure, quod in locis & territoriis suis obtinent, ipso facto cedant, illudque ad Camera præfatam devolvatur, & devolutum esse censetur absque alia declaratione desuper faciendâ. Qui vero ad talia cruenta spectacula videnda convenerint, si nobiles, quingentorum, si mediocres fortunæ, centum, si vero ignobiles, viginti quinque ducatorum, necnon excommunicationis & perpetuæ maledictionis pœnam incurrat, ac locus ipse Ecclesiastico subjaceat interdicto. Et insuper omnia & singula, tam per Julium prædecessorem statuta, & ut præsertim, per nos confirmata, & illis adjecta, perpetuè firmitatis robur obtinere, ac inviolabiliter observari debere decernimus. Romæ 10. Ca. Aug. 1519.

T I T U L U S XVIII.  
DE TAURORUM ET ALIORUM ANIMALIUM  
AGITATIONE ET PUGNA.  
C A P. UN.

*Ferocia & cruenta quæcumque spectacula, in quibus tauri & saviore alia sine intruduntur, & ad pugnam ludicram, sed plerumque exitalem hominibus, congregantur, prohibentur.*

Pius V.

**D**E salute gregis Domitici nostræ curæ divina dispensatione crediti, prout ex debito pastoralis officii attingimur, sollicitè cogitantes, fideles cunctos gregis ejusdem ab imminenti corporum periculis, etiam animarum pernicie, perpetuo arcere studemus. Sane, licet detestabilis duellorum usus a diabolo introductus, ut cruenta corporum morte animarum etiam perniciem lucratur, ex decreto Concilii Tridentini prohibitus fuerit, nihilominus adhuc in plerisque civitatibus, & aliis locis, quamplurimi ad ostentationem virium suarum & audaciæ, in publicis privatique spectaculis, cum tauris & aliis feris bestiis congregari non cessant,

*a Jure Pontificio & civili penitus interdicta sunt duella, Ana. const. monomacham. q. 5. c. 1. de cleric. pugn. in duello. c. 1. c. 3. de purg. vulg. & per Jas. l. ex hoc jure. ff. de iustitia & jure.*

unde etiam hominum mortes, membrorum mutilationes, animarumque pericula frequenter oriuntur. Nos igitur considerantes, hæc spectacula, ubi tauri & fera & in circo vel foro agitantur, a pietate & charitate Christiana aliena esse, ac volentes hæc cruenta turpiaque demonum, & non hominum spectacula aboleri, & animarum saluti, quantum cum Deo possumus, providere, omnibus & singulis Principibus Christianis, quacumque tam Ecclesiastica, quam Mundana, etiam Imperiali, Regia, vel quavis alia dignitate fulgentibus, quovis nomine nuncupentur, vel quibusvis Communitatibus & Rebus publicis, hac perpetuo nostra constitutione valitura, sub excommunicationis & anathematis pœnis ipso facto incurrendis prohibemus & interdiciamus, ne in suis provinciis, civitatibus, terris, opidis & locis, hujusmodi spectacula, ubi taurorum aliarumque ferarum bestiarum agitationes exercentur, fieri permittant, Militibus quoque cæterisque aliis personis, ne cum tauris & aliis bestiis in præfatis spectaculis, ipsi, tam pedestres, quam sequestres congregari audeant, interdiciamus. Quod si quis eorum ibi mortuus fuerit, Ecclesiastica careat sepultura. Clericis quoque tam regularibus, quam secularibus beneficia Ecclesiastica obtinentibus, vel in sacris ordinibus constitutis, sub excommunicationis pœna, ne eisdem spectaculis intersint, similiter prohibemus. Omnesque obligationes, juramenta & vota, a quibusvis personis, Universitate vel Collegio, de hujusmodi taurorum agitatione, etiam ut ipsi falso arbitrantur, in honorem sanctorum, seu quarumvis Ecclesiasticarum solennitatum, & festivitatum, quæ divinis laudibus, spiritualibus gaudiis, pitque operibus, non hujusmodi ludis celebrari & honorari debent, hæcenus factas & factas, seu in futurum fienda, quæ & quas omnino prohibemus, cassamus & annullamus, ac pro cassis, nullis & irritis haberi perpetuo decernimus atque declaramus. Mandamus autem omnibus Principibus, Comitibus, & Baronibus, sanctæ Rom. Ecclesiæ feudatariis sub pœna privationis feudorum, quæ ab ipsa Eccles. Rom. obtinent: Reliquos vero Principes Christianos, & terrarum dominos prædictos hortamur in Domino, & in virtute sanctæ obedientiæ mandamus, ut pro divini nominis reverentia & honore, præmissa omnia in suis dominis ac terris hujusmodi, exactissime servari faciant, uberrimam ab ipso Deo mercedem tam boni operis hæceperunt. Ac universis venerabilibus fratribus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, aliisque locorum ordinariis, in virtute sanctæ obedientiæ, seu obestatione divini iudicii, & interminatione maledictionis æternæ, quatenus in civitatibus, & diocesisbus propriis præsentis nostras literas sufficienter publicari faciant, & præmissa etiam sub pœnis & censuris Ecclesiasticis observari procurent.

*a Navarru hanc extravagantem sive P. V. constitutionem sic interpretatur, ut eam non extendi existimes ad illam agnationem taurorum, qua tali moderamine fit, ut cadibus & periculis non commiseretur, ob qua vitanda lata est lex Cessante ratione & sine legis. cessar. ejus dispositio, & quia juxta limitet rationis legis debet restringi vel extendi lex. l. cum pater. §. dulcissimi. ff. de legat. 2. & quia ex præmio legis soles causa legis conjici finalis. l. fin. ff. de her. instit. & c. quia propter. de elect. b. Vide Martinam in instrum. cons. ff. par. 1. fol. 150. §. 28. de ludis. & Ludovic. Lopez. in consien. instrum. par. 1. c. 70.*

FINIS QUINTI ET ULTIMI LIBRI DECRETALIIUM SEPTIMI.

INDEX

# I N D E X

## R E R U M E T V E R B O R U M D I G N I O R U M ,

*Septimo Decretalium contentorum locupletissimus.*

A.

<p><b>A</b>biurantes hæresim &amp; resipiscentes recipiantur 181</p> <p>Abolitio facultatum utriusque &amp; quibuscunque concessarum 160</p> <p>Abolitio sanctionis pragmaticæ per Ludovicum XI. Gallorum Regem promissa 127</p> <p>Absentia a cura pastoralis residentis, dummodo ordinariorum consensu &amp; auctoritate firmetur, in studiorum favorem excusatur 111</p> <p>Absolutio illicita via adepta, irrita est, &amp; null. pond. 292</p> <p>Absolutio, quam sacerdos in eum profert, in quem ordinariam aut subdelegatam potestatem non habet, momenti nullus est 156</p> <p>Abusus pluralitatis beneficiorum usitatissimus extinguitur 35</p> <p>Abusus quarum sublatas 144</p> <p>Abusus regressuum &amp; accessuum ante summum Pontificem sustulit Concilium Tridentinum, ne scilicet beneficia neporentur 42</p> <p>Abusus regressuum &amp; accessuum decreto Synodj Tridentinæ prorsus extinguitur 38</p> <p>Abusus retinentium beneficia in confidentiam, detegitur, &amp; extinguitur poenæ sancitæ metu 40</p> <p>Abusus vani, qui inscia sede Apostolica committuntur 145</p> <p>Accusatio, quæ auctorem suum non prodit, illegitima est 213</p> <p>Actus, in quo electa est industria personæ, per alium perfici non potest 41</p> <p>Ad propagandam fidem Christianam, novi orbis Insulæ conceduntur juri &amp; dominio Regis Catholici, Ferdinandi Artagon. 28</p> <p>Ædes illius, qui Pontifex futurus est, diripiuntur, &amp; insolenter, violentoque impetu a populo spoliantur 25</p> <p>Æquitas legum sanctarum damnanda non est, si malitia humana labefactetur 12</p> <p>Ætas annorum triginta requiritur ad Episcopatum obtinendum 14</p> <p>Ætas ordinandorum 20</p> <p>Ætas tredecim annorum sufficit ad canonicatum in Ecclesia cathedrali vel collegiata adipiscendum 13</p> <p>Ætatem eorum, qui monasteriis præesse, ibidemque sacramenta administrare debeant, qualem esse oporteat 162</p> <p>Affinitas 164</p> <p>Alcutores 202</p> <p>Alexandria Aegypti civitas, ab Alexandro, postquam vicisset Egyptum, condita prope ostium Nili, quod Canopicum vocatur 176</p> <p>Alienatio bonorum Ecclesiasticorum, in quibus casibus licita sit 27</p> <p>Alienatio bonorum Ecclesiasticorum, Pontifice summo non consulto, &amp; necessitate non urgente, nulla est 21</p> <p>Alienatio bonorum Ecclesiasticorum ex causa majoris utilitatis valet, si quippe Ecclesia utiliori &amp; meliori re quæpiam recompensetur 26</p> <p>Alienatio rerum Ecclesiasticarum certis causis necessitatis urgentibus conceditur 22</p> <p>Alienationes contra formam a Paulo II. præscriptam factæ, revocantur ibid.</p> <p>Alienationes rerum Ecclesiasticarum duo copulative respiciant, solennitatem scilicet, causamque justam alienandi 23</p> <p>Allegatio novæ offensæ in causis pacis &amp; treugæ irrita est 149</p>	<p>Amisio fructuum, ob neglectas horas canonicas, pro rata temporis præteriti officii, perpenditur 57</p> <p>Ampliatio constitutionum in non solventes annatas edictarum 74</p> <p>Animadversio Inquisitorum fidei, in Judæorum blasphemias, &amp; flagitiosam vivendi consuetudinem 176</p> <p>Animadvertendum est in eos, qui curam valetudinis fidei Christianæ hostibus, utpote Judæis, confidunt 125</p> <p>Animæ in purgatorio detentæ fidelium precibus juvantur 224</p> <p>Annata introducta sunt ad subventionem Papæ &amp; Cardinalium indigentium 86</p> <p>Annatæ 75</p> <p>Annatæ non debentur Cameræ Apostol. nec exiguntur de beneficiorum pensionibus, annuum valorem XXI. ducatorum non excedentibus 73</p> <p>Annatæ solvi debent singulis XV. annis Cameræ Apostolicæ, de beneficiis &amp; monasteriis unitis de cætero non vacantibus 75</p> <p>Annus datur ad prosequendum &amp; finiendum appellationem: potest tamen Judex terminum restringere respectu prosecutionis, quia hoc concernit jus partis, licet prosecutio debeat fieri coram superiore 92</p> <p>Apostasia irregularitatis est, non autem fidei ipsius 18</p> <p>Apostasia religionis, causarum, ob quas liberi a parentibus exheredari possunt, una est 169</p> <p>Appellatio a decretis ordinariorum ante sententiam definitivam, &amp; ubi agitur de morum &amp; disciplinæ Ecclesiasticæ reparatione, prohibetur 92</p> <p>Appellatio a fructuum liquidatione unica conceditur ibid.</p> <p>Appellatio, qua a minore ad majorem appellatur, rata habenda est 89</p> <p>Appellatio, quæ fit a Concilio ad Papam licita est, &amp; non contra 89</p> <p>Appellationes &amp; provocaciones a summo Pontif. ad Concilium futurum, inanes, schismaticæ &amp; excoꝛnæ sunt 89</p> <p>Arma Saracenis deferenda non sunt 175</p> <p>Arma Saracenis in casibus quibusdam per Christianos licite possunt deferri ibid.</p> <p>Arts typographiæ primum apud Germanos inventa &amp; exculta est, summoque in pretio haberi cœpit anno MCCCXL. vel, ut alii volunt, MCCCII. industria Joannis Guttentbergii, &amp; Petri Schefferi 195</p> <p>Asserere, animam rationalem esse mortalem, profanum est, &amp; hominum, ventrem pro Deo habentium 185</p> <p>Asterio fidei &amp; religionis Christianæ defenditur advers. Græcorum errores, de processione Spiritus S. a Patre &amp; Filio, &amp; de reliquis doctrinæ catholice capitibus 2</p> <p>Aucupati Pontificiam dignitatem pollicitationibus &amp; emendicatis suffragiis Conciliorum Oecumenicorum ratione prohibito 218</p> <p>Auctores duelli proseriptione bonorum multantur 234</p> <p>Auctores libellorum famosorum infames esse jussi, ad titremus damnantur 200</p> <p>Auctores librorum famosorum virulentissimis injuriis alienæ famæ clam detrahentes, &amp; qui eos publicaverint, dolove malo retinuerint, poenis jure constitutis subijc. 199</p> <p>Auctoritas Comitum Palatinorum in promotione Doctorum &amp; legitimatione hodie restricta est 121</p> <p>Auctoritas Petri successoris semper requiritur, ita ut illa Concilia legitima sint, quæ illius consensu celebrantur, &amp; celebrata confirmantur 111</p> <p>Auctoritas Pontificis summi quanta sit 126</p>
---	--

Daa-

<b>B</b> anniti	204	Cambium illicitum prohibitum, & licitum declaratum	ibid.
Banniti in finibus locorum, extra quos relegati sunt, capi possunt	211	Canones Conciliorum interpretantur & confirmantur	ibid.
Banniti ob homicidium, appellare nequeunt	206	Pontificis maximi declaratione	131
Bannitus ad civitatem reverti non potest, nisi per Principem	210	Canonici forum ordinariorum subterfugientes, privilegio exemptionis abutuntur	25
Baptismus unus est in peccatorum remissionem	123	Capitula constitutionis contra Patrenos edita, per Fredericum Illustrem virum, Romanorum Imperatorem semper Augustum, Hierusal. & Sicilia Regem	179
Beneficia cauponanda non sunt	222	Capivitas Aegyptiaca, quam sub Pharaone Judaei post mortem Josephi perulerunt, & peregrinatio	167
Beneficia conferri debent, sine pacti cujuscunque aut favoris conditione.	ibid.	Cardinales doctrina & morum splendore conspicui esse debent, quod sint veluti consilarii prudentissimi ejus, cui vices suas in terris credit Christus, ut de rebus arduis, cum opus fuerit, exacte consulant	18
Beneficia in confidentiam, hoc est, certa Simoniacae pravitatis specie collata, quibusdam, aut ipso jure irrecapacibus, vel nondum adhuc natis, vacant, eorumque dispositio fedi Apostolica reservatur	37	Cardinales, qui fedi Apostolicae & communi omnium Christi fidelium patri assident, praclaris virtutibus, & integris moribus illustres esse debent	17
Beneficia meritis non ambitu comparanda sunt	54	Cardinalis creatio non prius rata & valida habetur, quam Cardinalatus insignia acceperint	14
Beneficia pure & sincere conferri debent, hoc est, absque pacto aliquo, conventionione vel conditione, quibus Simoniacae vitium inducitur	224	Causae tres sunt, propter quos bona Ecclesiastica alienare licitum est	27
Beneficia reservantur fedi Apostol. omnia, propter crimen haeresis vacantia	47	Catechesis & fidei instructionis sedula cura adhibeatur ab Episcopis in Judaeorum conversionem, ubi hujus dispersae gentis Synagoga colligatur	174
Beneficia fedi Apostolicae reservata quovis modo vacantia & vacatura, semper manent affecta, & summi Pontificis dispositioni subdita	44	Cauponatio beneficiorum prohibetur	222
Beneficii cujuscunque impetratio, quae suppositam dolo malo in examine prodi personam, & conditione quamquam pacificetur quassus aut privati lucri gratia, est falsa, est & irrita	33	Causa jus patronatus concedendi legitima, quae sit	82
Beneficiis curatis & parochialibus praesidere tenentur, quibus credita est animarum cura, aut privilegia collata in gratiam pastoralis residentiae amittunt, & poenis canonice subdiciuntur	113	Causa apostatarum ad decisionem Apostol. evocantur	155
Beneficiorum aut dignitatum, tam regularium quam secularium administracionem, neglecta expeditione literarum Apostolicarum aut illis non expeditis suscipere, fraudis est restitutioni fructuum obnoxia	54	Causae beneficiorum in confidentiam collocatorum, fedi Apostolicae discutiendi reservantur	38
Beneficiorum sequelratum, simulatque super eo interdicto retinenda possessionis litigatur, ideo, ne partes litigantes variis litium anfractibus involvantur	202	Causae clericorum sive Ecclesiasticorum in foro jurisdictionis ordinariae decidi debent	57
Blasphemi	86	Causae eronum & apostatarum monachorum ad sedem Apostol. evocantur	155
Blasphemia est, cum quadam probrosa irreligiositate convitiorum jaculata in alium maledictio: aut, est divini vel humani nominis diminutio, jurando, vel exprobrando facta	ibid.	Celebratio Missarum	132
Bona clericorum omnia per negociationem illicitam acquisita, tempore obitus ipsorum inconsumpta manentia ad S. R. E. pertinent	120	Celebratio sacramenti Eucharistiae	ibid.
Bona cultui divino dicata nullius dispositioni, quod eorum dominium, subdita sunt	117	Census est rei immobilis fructifera in pecunia numerata contractus, nec super fructibus census augeri vel creari potest, cujus pretium semel constitutum immobile permanet	98
Bona Ecclesiae dilapidari non debent, quippe quae pauperum sint	12	Census vox significationes varias habet	ibid.
Bona Ecclesiastica, sine indultu Apostolico, ultimo voluntatis arbitrio non relinquuntur	104	Cessio bonorum	93
Bona Praelatorum sine facultate testandi decedentium, ad reverendae Camerae Apostolicae siscum pertinent	115	Cessio bonorum quibus concedatur	95
Bona regularium extra claustra degentium, nomine spoliatorum continentur, & sisco Camerae Apostol. adjudicantur, vero veluti & proprio heredi	118	Christi passio est veluti labrum, ex quo omnia bona effluunt, indulgentiarum quoque & gratiarum dona consistunt, quamobrem gratis expendantur, nec pretio mercantur	143
Bona Romanae Ecclesiae & Camerae Apostolicae alienata, in illius damnum, aut sine parvi valoris recompena, vel necessitate, seu evidenti utilitate, pro non alienatis habenda & restituenda	25	Christiani cum Judaeis conversari non debent	171
Bonorum Ecclesiasticorum alienatio, inconsulto summo Pontifice, & necessitate non urgente, nulla est	21	Christiani temporibus Julii II. discriminibus variis pressi fuerunt	208
Bonorum immobilium Gallicanae Ecclesiae alienatio permittitur, in subsidium belli ad extirpandas haereses	27	Christus crucifixus pro nobis, passus, mortuus, sepultus, resurrexit die tertia secundum scripturas	123
Ades Deo quam maxime invida est	207	Christus Deus de Deo, ut lumen de lumine	ibid.
Calendae Octobris perpetuo solennes festi Rosariae virginis, ob devictam classem Selimi Turcarum Imperatoris in sinu Corinthiaci apud Naupactum	136	Christus genitus, non factus	ibid.
Cambium est commutatio rerum ad res, sive pecuniam ad pecuniam	64	Christus, in caelum sublatus altissimum, sedet ad patris dexteram, usque dum revertatur ad judicium vivorum & mortuorum	123
		Christus incarnatus est de Spiritu Sancto	ibid.
		Christus natus ex Maria virgine	ibid.
		Christus pastor sanguine proprio gregem perditum redemit	114
		Christus patri consubstantialis	123
		Christus pro nobis homo factus, crucifixus est sub Pontio Pilato	ibid.
		Christus propter nos homines & salutem nostram de caelis descendit	ibid.
		Civitates patrocinium & favorem ferentes homicidis, interdicto supponuntur Ecclesiastico	209
		Clausura obstringuntur moniales, tacite vel expresse religionem professae, & earum receptiones ad ordinem clausurae	

elafura obligatione violata, irrita sunt & inanes	258	Confirmatio sine sacrilegio reiterari nequit	123
Clerici incantationibus & forilegiis dediti perpetuo infames erunt, tum ab officiis depositi, in monasteria includendi sunt	228	Confanguinitas	164
Clerici incontinentes, qua poena affiendi	208	Conseci electionis Simoniacae ad instar eorum laesa majestatis tenentur	11
Clerici, loca opera Vicarii ad beneficiorum exercendam curam, abesse possunt studiorum causa	211	Consensus, qui praestari debet in beneficiorum resignationibus, quo pacto notetur & computetur in libris Camerae Apost.	55
Clerici modesto habitoincedentes, omnem luxum ornatum fugient, sub poena amissionis beneficiorum, quae possident	107	Constitutio in scarios bannitos, latrones, & homicidas aequissima, & prior Pontificum decreta confirmans	214
Clerici nefandi criminis contra naturam rei, degradati, & clericali privilegio exauctorari, seculari jurisdictioni, poenas easdem, quae in laicos jure statuta sunt, recepturi tradentur	108	Constitutio Pii secundi in appellantes a sedis Apostolicae sententiae ad Concilium futurum	86
Clerici non prius admittantur ad regimina Ecclesiarum & dignitatum, nec beneficiorum proventibus gaudeant, quin prius residentiae juramentum cum cautione praestiterint	211	Constitutiones Ecclesiae non negligenda catholice	123
Clerici non residentes in Ecclesia vel praebenda	208	Constitutiones editae contra Principes seculares, jurisdictionis Ecclesiasticae libertatem impediennes, confirmantur & innovantur	63
Clerici non solum interna vitae munditia, verum etiam exterius decenti habitus ornatu & modestia vitae integritatem & gravitatem probent	206	Consuetudo turpia, cruenta & ferocia spectandi, propensiores ad licentiam fumendam facit spectatores	236
Clerici seculares de bonis Ecclesiasticis Ecclesiarumque in vita acquisitis, testari prohibentur	104	Contraheens scienter matrimonium in gradu consanguinitatis vel affinitatis prohibito, vel cum moniali, excommunicatur ipso jure, & publicari debet & vitari	163
Clerici, sub poena suspensionis a divinis, Missae sacrificium non celebrent vespertino tempore	233	Contumaces, intra annum ad defensionem admittuntur, decreto Pii Quinti	84
Clerici tenentur bona immobilia Ecclesiae, a quibus profecta fuerunt, relinquere	100	Contumacia in criminalibus accusanda	83
Clericorum bona omnia, per negotiationem illicitam quaesita, quae tempore obitus eorum remanent inconfumpta, pertinent ad Sac. R. Ecclesiam: consecuta quoque quacunque via sacris canonibus prohibita	120	Contumacia per quae impedimenta excusetur	219
Clericus, in quibus causis coram iudice laico conveniatur	60	Contumacia purgari & excusari potest legitimo impedimento	ibi d.
Clericus omittens officium dicere, fructus perceptos Ecclesiae restituere tenetur	56	Contumax damnatus, non auditur, nisi contumaciae solutis expensis	84
Coadjutoriae tolluntur, prohibenturque, ne his expeditiones Camerae Apostolicae suffragentur	42	Idque observatur, tam in civilibus quam criminalibus causis	84
Collationes Ecclesiarum parochialium, circa formam a Concilio Tridentino praescriptam factae, nullius effectus jurisve sunt	31	Corpus Christi una cum anima, imo cum divinitate etiam ipsa, in sacramento eucharistiae vere, substantialiter realiterque adesse credunt catholici	223
Communitates etiam poenis eorum, qui latrones recipiunt, tenentur; siquidem & ipsi tales recipiant	212	Creatio Cardinalis non prius rata & valida habetur, donec Cardinalatus insignia acceperint	14
Commutationis rerum ad res, sive pecuniae ad pecunias (quam Cambium mercatorum vulgus vocat) illicita prohibitio, & licitae seu concessae declaratio	97	Credentes haereticis sunt haeretici, receptores & fautores haereticorum	185
Concessionem beneficiorum electivorum juris patronatus, haecenus factae, a primo anno Pontificatus Innoc. VIII. qui Romae coronatus fuit prid. Idus Septemb. M. CCCC. LXXXIV. revocantur	80	Cujuscunque facultatis Doctores & Professores, promovendi, tam electi, quam eligendi, ad officiorum exercitium non se ingerant, nisi prius solenne iudei professionis juramentum emiserint	172
Concilia quorsum instituta	130	Cultus religionis verae pietate simulata tegi non vult	188
Concilia Tridentini decretum, de cognoscendis causis eorum ordinariis locorum, Apostolicis rescriptis non obest	8	<b>D</b> e ambitu	214
Concordata reservationum edidit Nicolaus V. in gratiam Germanorum anno M. CCCC. XLVII. die XIV. Calend. April. cum Frider. Imperatore, aliisque Ecclesiasticis & secularibus loci principibus	48	De beneficiorum collatione & impetratione	30
Concubinarii privantur officiis, & inhabiles ad officia & beneficia declarantur	107	De bonis Ecclesiae alienandis, vel non	21
Concubinitus clericis interdictus	108	De Cardinalibus	14
Condemnatus ob homicidium edicto regio, appellandi potestatem non habet	206	De Comitibus Palatinis	121
Confessi crimen, aut probatissimis indicis quaestione torquendi, e carcere non relaxantur si se inficio, etsi praestita fuerit cautio	82	De Conciliis	126
Confessi in causis criminalibus, appellare non possunt	83	De concubinaris & fornicatoribus	232
Confidentiarum casus, conjecturae, & praesumptiones egiuntur, ad in talium abusum reos pronanciandam contentiam	40	De duello & duellum permittentibus	233
		De falsis & falsum exponentibus	215
		De his, qui infidelibus adversus Christianos auxiliantur.	179
		De Indulgentis	143
		De lenonibus	232
		De Magistris & Doctoribus	122
		De maleficis & incantatoribus	225
		De monetarum tonsoribus	231
		De matrimoniis & sponsalibus	161
		De pensionibus	50
		De rescriptis & mandatis Apostolicis	5
		De Simoniacis	222
		De Testibus	210
		De summa Trinitate & fide catholica	1
		De taurorum & aliorum animalium agitatione & pugna	235
		Debitores alternativas vel dilationes obtinentes, tenentur ferre birretum viride	95
		Decimae	147
		Declaratio circa impedimenta cognationis spirit.	155
		De.	



- Declarationes Concilii Tridentini circa impedimenta cognationis spiritualis, & affinitatis ex fornicatione, quoad matrimonia, post confirmationem Concilii contracta, & de cetero contrahenda** 265
- Decoctores fraudulentis & dolosi, luxu & imprudentia rem alienam dilapidantes, pro furibus & latronibus impune grassantibus haberi debent, & ideo poena ultimi supplicii plecentur** 95
- Decoctores supplicio ultimo affiendi** 96
- Decreta Concilii non prius rata & firma habentur, quin eis accesserit Pontificis Maximi confirmatio, cujus est, ea & indicere & declarare, tum sancte interpretari. Idque unico Concilii Tridentini exemplo, ex antiquo Ecclesiastica jurisdictionis ritu probare licet** 131
- Decreta Conciliorum non nisi Pontificis auctoritate firma sunt** 131
- Decretum Concilii Trident. de causis cognoscendis eorum ordinatis locorum Apostolic. rescriptis non obicit** 8
- Decretum sacrae Tridentinae Synodi cavet, ne dignitates Ecclesiasticae committantur iis, quorum vitæ integritas, & rerum anteaatarum commendatio, futurae frugis spem non dederit** 114
- Defensio condemnatorum in contumaciam, infra semestre exigi debet** 83
- Deo & hominibus exosi viri sanguinum, adversus quorum audaciam & ferociorem petulantiam, constitutio a Pio II. edita probatur & confirmatur** 206
- Depositiones testium publicari non debent** 230
- Deus homicidia execratur** 207
- Deus unus, pater omnipotens, factor caeli & terræ, creditur a catholicis** 123
- Dies festi ab Apostolis instituti** 155
- Dies festi, cur vacatione ab operibus carnalibus transigendi sint** ibid.
- Digniores electioni minus dignorum reclamare possunt in Ecclesiis parochialibus, licita appellatione** 34
- Dignitates Ecclesiasticae suffragiis humanis impetrari non debent** 218
- Diplomate, quod legitur Romæ die cœnæ Domini, singulis annis excommunicantur, qui executionem litterarum Apostolicar. aut aliarum expeditionum impediunt, & ad gratias impetrandas accedentes prohibent. Ac etiam appellantes ad laicam potestatem, a gravamine vel futura litterarum carundem executione** 8
- Disciplina regularis institutum semel professus extra solenne votum religionis, tribus substantialibus votis consilii Evangelici debet obligari, ut perpetuo liberius Deo famuletur** 141
- Dispensatio est determinatio superioris, qua declarat, legem communem non esse in aliquo particulari casu servandam** 142
- Dispensatio indulgentiarum, summo Pontifici, Episcopis & aliis jurisdictionem commissam, vel ordinariam habentibus, differenter tamen concedita est** 143
- Dispensatio non est pura declaratio: sed quædam juris relaxatio** 142
- Dispensationes** 141
- Dispensationes omnes de non residendo, tanquam injustæ extinguntur** 13
- Dispositio beneficiorum personis prohibitis, propter genus aut hæresim, & a fide defectionem, irrita est, & ad Pontificiam reservationem refertur** 48
- Divini cultus & templorum Deo dicatarum religio omnem decorem exposcular, ut hinc arceantur colloquia, confabulationes, decambulationes, joci, & ea omnia, quæ vel scandalo sunt, vel devotionis impedimento, nam domum Domini decet sanctitudo** 133
- Doctores, laurea magistralis a Comite Palatino, quæ olim conferebantur in quavis facultate candidatis, Concilii Trident. decreto nullius nunc est auctoritatis & juris** 121
- Dogmata legitima ab adulteris discerenda sunt** 227
- Doli eorum, qui alternativas & dilaciones in fraudem creditorum petunt, poenis coercendi** 99
- Doli varii, per quos possessoribus legitimis injuriæ fit, expressi** 86
- Dominus catholicorum unus Jesus Christus, Filius Dei unigenitus** 123
- Domus religiosæ** 147
- Dubia quædam, circa discussiones & decisiones causarum fidei & hæreses** 183
- Duella jure Pontificio & Civili, contra quam scribit Baldus, penitus interdicta sunt** 219
- Ecclesia, in afflictis & maxime turbatis Christianæ publicæ rebus, præsentissimum remedium ex Concilio Romano œcumenicorum indicatione experta est** 130
- Ecclesia non claudit gremium redeuntibus ad ipsam** 181
- Ecclesia Romana sola sancta, catholica, & aliarum mater est omnium** 124
- Ecclesia sola iudicat de Scripturæ sacrae intellectu** 123
- Ecclesia una est sancta & catholica** 123
- Ecclesiæ cathedrales valorem beneficiorum annuum prodere debent, ne jus annatarum defraudentur** 78
- Electio Pontificis maximi Simoniacæ nundinatione inducitur, nulla est, nullisque potestatis, adeo ut sic electus exauctoretur ab omnibus dignitatibus & officiis, cum suis sequacibus & complicitibus Cardinalibus** 10
- Electio & postulationum quanto animi moderamine cura geri debeat, ut publicis Ecclesiæ officiis digni ministri instituatur & promoveantur, atatis, morum, doctrinæ & vitæ candoris prævio examine** 18
- Electus ad regularium dignitates, electionis auctoritate non gaudet nisi per Pontificiam confirmationem** 13
- Evangelium prædicandum Judæis, & conversis infidelibus rudimentis fidei debent initiari** 177
- Eucharistia sacramentum, penitentia & bonorum operum merita, suffragia Ecclesiastica, sedis Rom. primatum, & Apostolicam successorem, proferitur orthodoxæ religio** 1
- Excommunicantur arma & præsidia quæcumque ferentes Saracenis & infidelibus, in Christianæ reipublicæ perniciem & detrimentum, eorumque sisco adscribitur bonæ** 179
- Excommunicantur nonnulli hæretici, ut sunt Cathari, Patreni, pauperes de Lugduno, Passagini, Josephini, Arnaldisti, Speronisti, omnesque singulari opinione in Ecclesiam catholicam pestinaces** 178
- Excommunicati & socii criminis, jure in testimonium admittuntur contra hæreticos** 180
- Excommunicationis & privationis beneficiorum poenis innodantur, non solventes debitis temporibus annatas** 72
- Exemptionis privilegio abstantur Canonici ordinariarum forum subterfuges, & impunitatem scelerum simulantes, quamobrem eorum causæ jurisdictioni Ecclesiasticae discutienda sunt tradendæ** 62
- Expeditiones Camerae Apostolicæ eoadjutoris suffragari prohibentur** 42
- Facultas assessoria regressuum & accessuum, quæ bona Christi testantis non facit Ecclesiæ, revocatur** 36
- Facultas census Camerae Apostol. alienandi pro præsidio belli adversus Turcæ furores suscipiendi, concessa est** 23
- Facultas egrediendi e clausura tempore necessitatis a monialibus postulari, eis non denegatur** 159
- Facultas Inquisitorum hæret. pravitate confirmatur** 228
- Facultas sequitra decernendi fructuum beneficiorum, lite pendente iudicibus concessa** 85
- Facultates concessæ, quæcumque causa & colore, legendi libros hæreticorum, revocantur** 196
- Facultatis concessæ Græcis Latino more, & Latinis Græcorum ritum missas & alia divina officia peragendi, revocatio** 134
- Falsificantes litteras Apostolicas excommunicantur** 217
- Familia Cardinalium, quo magis personis illustribus subsunt, eo cultu illustriore modestæ vitæ vivere debent** 18

**F**astigia honorum, quo altiora sunt, eo humiliter petenda sunt 217

**F**avor veritatis quantus sit apud catholicos 183

**F**esta sanctorum & solennes memoriz sub die eorum obitus celebrantur 135

**F**idei iustitias non offendendo, post pacatas & utraque sopitas lites, frequentissimæ sunt in Italia 140

**F**idei iustitias pacis & treuz stipulanz sunt ideo, ne causis novis rumpatur conventio 118

**F**idei & religionis Christianæ assertio tenetur adversus Græcorum errores, de processione Spiritus S. a Patre & Filio, & de reliquis doctrinæ catholicæ capitibus 2

**F**idei professionem præscriptam & iuxta juramenti formam traditam retinere debent medici, nec ultra diem integrum visitare tenentur infirmos, spiritalia remedia confessionis renuentes, salutis admonitos 124

**F**ides catholica conceptionem Christi de Spiritu Sancto in utero Mariæ Virginis profitetur 1

**F**ides catholica divinitatem Christi non negat ibid.

**F**ides catholica personarum trinitatem in unitate substantiæ non inficiatur, ibid.

**F**ilii hæreticorum excluduntur penitus a quocunque beneficio Ecclesiastico, officio & dignitate 182

**F**ilii hæreticorum exheredantur. 177

**F**ilii hæreticorum inhabiles sunt ad officia & beneficia Ecclesiastica, cujuscunque ordinis & qualitatis 182

**F**ilii hæreticorum inhabiles sunt ad officia, ob paterni flagitii litem, quam contraxisse videntur ibid.

**F**ilii hæreticorum successione privandi non sunt, nisi lata sit sententia contra patres in vita ibid.

**F**ilii Presbyterorum, beneficis, quibus olim patres præfuerunt, quacunque dispensationis gratia intercedente, non intulendi sunt 20

**F**ilius Dei unigenitus est Jesus Christus 123

**F**ines exilii quatenus extendantur 205

**F**lagellum hæreticorum Pauli Grillandi 26

**F**œmina & vir fornicando caro una sunt 165

**F**orma contrahendi census 98

**F**orma fidei catholicæ, in quam omnes ad bonorum gradus, qualescunque sint, promovendi iure tenentur 5

**F**ormula fidei catholicorum 123

**F**orma professionis fidei catholicorum 124

**F**orsan dictiuncula est dubitationis indicativa 116

**F**orum competens catholicorum 37

**F**ructus beneficii, tempore mortis ad successores, non heredes, transeunt 58

**F**ructus beneficii, ultimi potissimum anni possessore defuncto, pro rata temporis inter Ecclesiam & clerici successores, dividi debent ibid.

**F**ructus beneficiorum reservatorum seu affectorum, a die vacationis, usque ad diem provisionis, Apostolicæ Camera adferuntur. 37

**F**uratur res, quæ jacens post naufragium, in ripis aut portibus locorum maritimorum, dicitur, repulso omni consuetudinis prætextu, nisi restituatur. 105

**G**radus consanguinitatis qualitates remotiores, & propinquiores sunt exponendæ in dispensationibus 165

**G**radus propinquiores in dispensationibus matrimonialibus pro conjunctis in gradibus diversis, exprimendi sunt 142

**G**ræci ordinarios jurisdictioni subesse debent, qui per varias Christianæ ditionis civitates morantur, ne licentiores jam dudum recoltis & excussis hæresibus suis inficiant 63

**G**ratia 141

**H**abens militias duas ab Imperatore improbat 35

**H**æretici ægerrimæ ferunt fidei regulam ab Apostolica sede ipsi præscriptam esse 127

**H**æretici convicti & metu mortis hæresim abjurantes, poena perpetui carceris damnandi 177

**H**æretici & schismatici discordant ibid.

**H**æreticorum, schismaticorum, eorumque fautorum poenæ 187

**H**æreticum est, a demonibus responsa expectare 225

**H**æreticum est, asserere animam rationalem esse mortalem 185

**H**æbreorum & Judæorum filii, invitatis parentibus, Christiani & orthodoxi non faciendi, aut baptizandi sunt, cum nemini ad credendum vis inferri debeat 167

**H**æbreorum utrumque Thæmald, multis portentis, commentis, & blasphemis in Christum & fidem Christianam referunt damnatur 193

**H**omicidæ 104

**H**omicidæ non sunt hospitandi 208

**H**omicidæ Deo sunt maxime exosi 207

**H**omicidii notarii rei, quibus poenis subjiciantur 205

**H**omicidii reos & exules, ob quodcumque capitale feculus bannitos, recipientes & tuentes, poenis canonicis & jure statutis peccandi sunt 207

**H**omicidis non dandus est salvus conductus repetendi patriam, etiam si injuriis & damnis partium satisfecerint 205

**H**omicidium crimen est vere detestabile & execrandum 204

**H**ostiliter offendens Cardinalem, per se vel alium, sit reus læsæ majestatis, & puniendus est 16

**J**esus Christus Filius Dei, ex ipso natus ante secula 123

**J**is, qui majoribus Ecclesiis præsunt, pastoralis residentia summopere commendari debet & præcipi, animadversione sanctionum juris & Concilii Tridentini auctoritate 111

**I**magine sanctorum semper retinendæ, & devotione debita colendæ sunt 124

**I**mpetitia Notarii in perniciem partium cedens non caret accusatione 139

**I**mpetrantes beneficium cessionis sive discussionis bonorum, aut dilationem quinquennale, causam intra tres menses expedire tenentur 93

**I**mpetratio beneficii canonica, & quæ ab omni obreptione & surreptione aliena est, exprimit qualitatem vacationis, ut si vacat per obitum vel per resignationem 43

**I**mpetrations beneficiorum quales esse debeant 33

**I**mpetrations beneficiorum vacantium, vera rei totius narratione expediri debent, ne invalidæ ac irritæ habeantur 43

**I**mponentes decimas, & onera alia, personis Ecclesiasticis, absque Papæ licentia, excommunicandi sunt 147

**I**n domos Cardinalium vi & impetu irrumpentes, & in eis aliquid surripientes, poenis a Pontificio jure decretis peccandi sunt 15

**I**ncantatores, poenis jure sancitis, jurisdictione Inquisitorum peccandi sunt 226

**I**ncendii, infirmitatis, lepræ, vel epidemiæ necessitate, monialibus egrediendi a clausura non denegatur postulata facultas 159

**I**ndulgentia delatoribus blasphemorum promissa 202

**I**ndulgentiæ a Christo in Ecclesia relicte sunt, secundum catholicos 124

**I**ndulgentiæ per quæstos, ob quæstum & bona extorquendi verius, quam interpretandis desiderium, prædicata, revocantur & prohibentur 145

**I**ndulgentiæ populo Christiano salutares sunt 124

**I**nfundationem & alienationem bonorum Ecclesiæ persuasores & mediatores, excommunicandi sunt 26

**I**nfideles conversi rudimentis fidei sunt initiandi 167

**I**ngredi intra septa monasterii nemini licet, cujuscunque sexus, conditionis aut ætatis fuerit, sine licentia Episcopi aut superioris in scriptis obtentâ, quæ nec uti conceditur, nisi urgentibus necessitatibus 184

**I**ngressus in monasteria, sine Episcopi auctoritate, illicitus est cuilibet 182

- Innocentius VIII. ordinationem Pii II. confirmavit 76  
 Inquisitores possunt legere libros hæreticorum, ut facilius de eorum erroribus & pravis doctrinis judicent 198  
 Inquisitores pravitatis hæreticæ, libros hæreticorum legendi potestatem soli habent 194  
 Inquisitores pravitatis hæreticæ possunt etiam inquirere in fortilegos & incantatores 226  
 Inquisitores procedere possunt eum testibus excommunicatis, sociis & participibus criminis, & aliis defectus habentibus 186  
 Inquisitoribus exceptis, omnibus prohibetur librorum hæreticorum lectio 194  
 Inquisitorum fidei est, in Judæorum blasphemias, & flagitiosam vivendi consuetudinem animadvertere 172  
 Infidiatum Bartholomæo Cardinali, eo divinitus incolumi conservato puniuntur. 16  
 Insignes morum & doctrinæ splendore ad beneficia proveli debent, ita ut prius examinentur, quam promoveantur 35  
 Insulæ orbis novi 28  
 Institutio & promotio ad Doctoratus insignia, in favorem paupertatis, gratis fieri debet 322  
 Interpretationes & commentaria in Canones Concilii prohibentur, ejusque soli Pontifici declaratio reservatur 132  
 Invasores bonorum Ecclesiæ 66  
 Invigilantes illicitis & præposteris electionibus, omnibus dignitatibus exautorari, infames & excommunicati sunt habendi 219  
 Judæi Christianorum communione gaudere non debent. 270  
 Judæi culpa propria servi sunt 171  
 Judæi fidei Christianæ doctrinam suscipientes, suscipiendi, renuentes, compescendi 168  
 Judæi non debent se immiscere Christianorum cæceribus 271  
 Judæi, ob inveteratam & antiquam in Christianos odium, ad eorum curandas infirmitates non debent accersiri 125  
 Judæi servos Christianos, ancillasque Christianas habere non debent 271  
 Judæi, ut fide distincti a Christianis, sic & locorum reparatione, sic cohabitatione, & vestitus ratione, cæterisque privilegiis, discriminari debent 170  
 Judæorum ad fidem Christianam conversorum indulgentiæ astantur, si ad vomitum redierint, imo ut hæretici relapsi puniuntur 269  
 Judicibus decernendi sequestra fructuum beneficiorum lite pendente conceditur facultas 85  
 Julius II. Joannem Bentivolum Bononiæ expellit 92  
 Julius II. qui non solverent annatas, eos secundum pœnas in eos ordinatas, irremisse puniri voluit 76  
 Juramenta 137  
 Juramenta impossibilibus obligationis irrita sunt, velut & ea, quæ sunt contra bonos mores, & adversus Ecclesiæ jura, & Conciliorum decreta 137  
 Juramentum impossibile & illicitum inane est & prohibitum 137  
 Juramentum iniquitatis vinculum esse non debet 68  
 Jus non acquiritur electo ante confirmationem 13  
 Jus patronatus 80  
 Jus patronatus quomodo acquiritur. 82  
 Jus tribus modis acquisitum toridem conservatur 81  
**L**æici Judices, in privilegii & ordinis clericalis injuriam, non possunt sine culpa privilegii clericos bananire aut relegare 60  
 Læici obedire & jussa exequi, non imperare debent 230  
 Laurea Doctoratus, Magisterii, quæ olim a Comite Patentino conferebatur Candidatis quibuscunque ea Concilii Tridentinæ decreto hodie nullius auctoritatis est 123  
 Lectio librorum hæreticorum omnibus interdicta est 194  
 Legati residere tenentur in locis, ad quæ deputantur 27  
 Leges Frederici Imperatoris, in hæreticæ pravitatis reos, eorumque complices & fautores latæ, confirmantur, & servari jubentur. 231  
 Lenones e virginum, puerorumque prostitutione quantum facientes, pœna mortis afficiendi 231  
 Lex animadvertit in fautores & fautores homicidiorum, ut sint, qui aliorum malas mentes optimo consilio evertant, eorumque saluti proficiat 112  
 Libelli famosi 199  
 Liber juris Pontifici, de matrimonio & ad conjugia pertinentibus, brevior sicut & compendiosior aliis esse solet 166  
 Liberi Judæorum, parentibus invitis, baptizari Christianis non debent 167  
 Libri Catholici prohibiti 193  
 Libri hæreticorum contagiosi & pestilentes sunt omnium hominum generi 197  
 Libri hæreticorum legendi non sunt, qualiscunque tandem causa prætextetur 197  
 Libri hæreticorum pestilentes & contagiosi sunt non solum simplicibus, verum etiam bonis & doctis, nec ulla est via, qua magis possit occurrere hæresibus, ne in populo occurrant, & ne exorta ultra grassentur, quam si tales libri, ex quibus hæresis venenum facile incautus quis bibere potest, prohibeantur 197  
 Libri inter Catholicos nulli, sine ordinarii auctoritate & approbatione, imprimendi sunt 195  
 Libri Thalmudicæ hœsæ recogniti & expurgati, Concilii Tridentini decreto tolerantur 193  
 Libri Thalmudicæ ut omni contumelia, blasphemique pleni, damnati sunt a Gregorio IX. & Innoc. IV. 193  
 Libri typis non excudendi sunt, nisi eorum editioni suffragetur Ordinarii auctoritas & approbatio 195  
 Librorum prohibitorum lectio, ne ipsis quidem sacre Theologiæ professoribus ad convincendos errores, neque aliis quibuscunque, demptis Inquisitoribus, conceditur 198  
 Licentia docendi sine precio conferri debet 202  
 Licentia libros hæreticorum legendi & vendendi ullis, præter Inquisitores, aliis hæcenus concessa, nunc revocatur 195  
 Licentia hæcenus concessa, mulieribus ingrediendi monasteria Carthusiensium, & aliorum quorumcunque regularium ordinum, etiam mendicantium, revocatur 151  
 Licentia omnes hæcenus, præterquam Inquisitoribus fidei, libros suspectæ fidei legendi, aut venales proponendi concessa, revocatur 195  
 Lite pendente, fructus & distributiones beneficiorum Ecclesiasticorum, fidei sequestro debent deponi 86  
 Litteræ Inquisitorum absolutivæ & declarativæ in crimine hæresis non transeunt in rem judicatam 191  
 Litteræ surreptitiæ sunt, quæ per falsam rei narrationem impetratæ sunt 216  
 Litteræ Synodales aliquando erant loco regulæ, quam postea Pontifex de fide Christianorum præscripsit 127  
 Lites Cardinalium per Pontificem summum deciduntur 19  
 Lites & causæ Cardinalium evocantur, & Pontificis decisioni reservantur ibid.  
 Lites religiosorum extra claustra vagantium, ad decisionem Apostolicam evocantur. 155  
 Liturgia sacra celebranda est ritu eo, quo utitur Ecclesia, in qua Presbyter sacrificium illud incrementum insituit 134  
 Loca monasterio exempto proxima, eique adherentia, & ipsa exempta censentur 157  
 Loca pia ab onere milites hospitandi exempta sunt 147  
 Locus appellationi non est banitus ob homicidium Exili

Exilii fines quadraginta milliaribus a loco delicti extenduntur	206
<b>M</b> editatores alienationis bonorum Ecclesie excommunicandi	26
Medici ante omnia inducent infirmos, ad vocandum medicos animarum, ut postquam de spirituali salute fuerit provisum, ad corporalis medicinae remedium salubriter procedatur	124
Medici Judaei, ad aegritudines Christianorum curandas, convocari non debent	125
Medici Judaei, & infideles, ad Christianorum curandos morbos, non admittantur	125
Menses Apostolicae sedis reservati, Episcoporum alicujus residentium, non obsunt	46
Metamorphosis panis & vini in Eucharistia Transubstantiatio vocatur a Catholicis	124
Ministerium Ecclesiasticum neutiquam committendum, nisi personae, quae residere in loco, & curam Ecclesiae per seipsum valeat exercere	113
Monasteria aenotata, quinquenniorum & reliquorum jurium solutioni obligantur, quorum fructuum taxa Camerae Apostolicae non later auctoritatem	78
Monasteria & coenobia eximuntur ab onere hospitandi	148
Monasteria milites hospitari non tenentur	147
Moniales, a decimarum & subsidiorum, aliorumque onerum impositione, exemptae sunt	157
Moniales, vel tacite vel expresse professae, clausurae obstringuntur	158
Monialis graviter infirma, ita ut contagiosa sit, etiam absque consensu superioris, egredi potest monasterium, cum nimia locorum intercapidine disjunctus est superior a coenobio, ut periculum sit in mora	160
Monte pietatis	147
Montes pietatis Christiana charitate erecti, & auctoritate Apostolica probati & confirmati, & ab usurario scenore alieni, liciti sunt	149
Montes pietatis in pauperum subsidium, inopiaeque eorum levanda causa instituti sunt	150
Mulieris tertiarie clausurae obligantur	158
<b>N</b> ecessitas obsequendi & exequendi, non auctoritas imperandi, laicis incumbit	210
Neglectus ordinationis Pii II. detrimentum summum Camerae Apostolicae minatus est	76
Nemo ad credendum compellendus est	167
Nemque ad dignitates & curas Ecclesiasticas admitteendus est, examine vitae, morum & eruditionis non antegresso	215
Nemo ad sacros ordines admittendus est, sine titulo beneficii, pensionis aut patrimonii	19
Nemo sine fide vera salvari potest	124
Neophyti a Graeca voce νεοφυτοι, quasi plantam dicas novellam, appellantur	170
Neophyti sunt novitii & rudes adhuc in fide Christiana	ibid.
Nihil dandum promittendumve beneficiorum provisiones nunciandis	222
Nullus ad functiones Ecclesiasticas mittendus est prius, quam se constitutiones Papales observaturum juravit	224
<b>O</b> bedientia Pontifici Romano praestanda est	124
Obedientia Pontifici Simoniaci electo, non debetur	11
Obligatio jurisjurandi	137
Observationes Ecclesiasticae observandae sunt	223
Occasio haereseos omnis subtrahenda est	198
Occupantes bona Ecclesiae, praeter excommunicationis & interdicti poenas, a beneficiis & privilegiis atcentur	66
Occupantes bona naufragata & nautas impediennes excommunicantur; qui vero iis opulantur, condonatione Pontificia remittantur	104

Occupatores bonorum Ecclesiae	66
Occupatores bonorum & reddituum Ecclesiasticorum, sub poena excommunicationis, restituere debent singula sublara & detenta	69
Offendens Cardinalem, Majestatis laese sit reus	26
Offendens hostiliter Cardinalem per se vel alium, sit reus laese Majestatis, & punitur	ibid.
Officium inquisitorium reitum est, animadvertere in maleficos, iocantiores, & superstitionum vanarum obervatores	225
Officium legati quodnam sit	27
Officium protonotariorum in principio Ecclesiae primitiva a beato Clemente, ad sanctorum martyrum gesta perquirenda atque scribenda, fuit institutum	62
Omnes arcentur demptis Inquisitoribus, a lectione scriptorum haereticorum, aut male de fide orthodoxa sententium	196
Omnia & singula, quae de peccato originali, & de justificatione in sacrosancta Tridentina Synodo, definita & declarata fuerunt, amplectenda	123
Omnia per Christum facta sunt	ibid.
Opus servile die dominico faciendum non est	135
Ordinarii Synodorum provincialium in concubinationibus publicis animadvertere debent, ut omni fornicationis spurcicia in laicis clericisque extincta, legis divinae auctoritas custodiatur	232
Ordinis mendicantium coenobia, monasteria & pradia a collectis, subsidiis & hospitibus militum eximuntur	148
Ordo sine sacrilegio reiterari nequit	123
Ornamenta virtutum cujusque electioni suffragabuntur, non opes & facultates	220
<b>P</b> arochialium perpetuo unitarum piis locis portio assignanda vicarios, non sit major centum, nec minor viginti quinque scutorum	50
Pastor personaliter Ecclesiae praesse debet, & cur debeat	36
Pastores divinarum praecceptorum memores, factique forma gregis, in judicio ac veritate pascant ac regant	112
Paulus IV. statuit, debitores obtinentes alternativas vel dilaciones, teneri terre birretum viride	95
Pauperes notoria facit, ut beneficium cessionis bonorum concedatur	95
Pax	13
Pecunia in gratiam commercii & negotiorum publicorum adinventae est	231
Pecunia permutationibus inaequalibus medetur	ibid.
Pensiones reservari non debent in diminutionem monasteriorum & Ecclesiarum regularium	50
Permutatio beneficiorum	52
Permutationes beneficiorum fraudulenter prohibentur	55
Personae Ecclesiasticae cujuscumque gradus in haeresim prolapsae, & a fide deviae, omni dignitate & officio privandae sunt	150
Personae Ecclesiasticae de bonis Ecclesiasticis testari prohibentur	103
Personae & loca, quae sunt de foro Ecclesiastico, statutis laicorum non subiciuntur	63
Personae excommunicantur, loca interdicto supponuntur, quorum consensu, favore & conatu, litterae & rescripta Apostolica sine executione remanent	8
Personae qualitatem & conditionem mentientes, ut aliquid facilius consequantur, rei, hoc obliquo tramite assecutae, fructu carebunt	214
Piis locis, qui testandi facultatem non habent praesertim, jure legati vel donationis, decimam tantum partem bonorum relinquere possunt	99
Pii Secundi in appellantes, a sedis Apostolicae sententiae ad futurum Concilium, constitutio confirmatur & interpretatur	89
Pius V. virginem nobilissimam quandam petentem, ob infirmitatem & adversam valetudinem, exitum claustrum exhortatus est, ut ne exiret	193

Pluralitas Episcopatum & beneficiorum improbat	35	Praelati & Episcopi parvo comitatu & senili monasteria ingredi possunt, in casibus duntaxat necessitatis	161
Pœna blasphemæ in dignitate publica constituti, sive clerici sive cujuscunque non clerici	203	Praelati testandi facultatem non habentes, locis piis jure legati decimam partem bonorum relinquere possunt	100
Pœna Cardinalem occidentibus imposita, quæ sit	16	Praestantiores causæ misericordiarum hujus ætatis, execrandæ sunt blasphemæ, pœnis eo severius vindicandæ, quo segnius in divini nominis injuriam tolerantur	202
Pœna decoctorum, supplicium ultimum	96	Prætextus exemptionis & privilegii, occasio scandali esse non debet	60
Pœna lenonum, sordidum & turpe lucrum ex prostitutione virginum corradentium	237	Principes committentes vel permitcentes duellum, excommunicantur, fiunt infames, & proscriptione bonorum multantur	235
Pœna mortis statuitur in lenones quæstum e virginum puerorumque prostitutione referentes	ibid.	Principes etiam ipsi pœnis latrones recipientium subiecti sunt, si & illi tales recipiant	112
Pœna sacrilegi	69	Principes occupantes bona Ecclesiastica, & eorum libertati detrahentes, excommunicantur	68
Pœna sanctionis pragmaticæ sequacium	130	Privatio non solventibus annatas & excommunicatio metuenda est	72
Pœnæ blasphemorum cujuscunque generis, ordinis & qualitatis	203	Privilegia de candidatis recipiendis, ita ut certo pacto ingressum & debita alia solvant, Ecclesiis concessa annullantur	224
Pœnæ detinentium bona Ecclesiæ Romanæ & Palatii Apostolici	69	Privilegia & facultates concessæ Episcopis, in gratiam pastoralis residentie	109
Pœnæ eorum, qui homicidis favent	204	Pro pecuniario debito, vel cujuscunque æris crediti quantitate, non potest Judex ordinaria vel delegata potestate locum vel populum interdicare	87
Pœnæ eorum, qui in ætate legitima religionis votum emittentes, a professo vitæ instituto deficiunt, & ad alios ordines vagantur	152	Pro praesidio belli suscipiendi adversus Turcæ furores, Camera Apostol. census alienandi facultas conceditur	23
Pœnæ eorum, qui post ordinis suscepti institutum, & solenne votum emissum, successuque temporis confirmationem, relinquunt regularis vitæ religionem	153	Procedi solet in strigas & sortilegos, ut hæreticos vehementer suspectos, quia ea perpetrarant, quæ manifeste sapient hæresim	129
Pœnæ Episcoporum non residentium in diocesi, ovilisque curam negligentium	208	Professio votorum	141
Pœnæ hæreticorum, schismaticorum, & eorum, qui illis favent	187	Promissio beneficii facta, ut quis eligatur, est Simoniacæ	54
Pœnæ homicidarum & eorum fautorum	204	Promovendi ad beneficia & dignitates Ecclesiasticas, cujuscunque ordinis & instituti, fidei professionem & præscripta forma cum solenni juramento profiteri debent	4
Pœnæ in homicidas constitutæ confirmantur	208	Promovens indignum ad beneficium aliquod puniendus est	31
Pœnæ in non solventes annatas constitutæ irremissibiles	76	Propter pecuniarium debitum, civitas, provincia, & loci publici non possunt interdicto supponi	87
Pœnæ jure civili in ambitus reos sancitæ confirmantur, & extenduntur ad recipientes pecunias & mediatores	221	Provisi de beneficiis reservatis sedi Apostolicæ ejusdem auctoritate inficia, pro malæ fidei possessoribus habentur	48
Pœnæ reorum homicidii notorii	209	Provisiones beneficiorum sine ullo pretio denunciandæ sunt	222
Pœnæ rescriptorum & mandatorum Apostolicorum executionem impediuntibus propositæ	5	Publicæ honestatis, quæ ex sponsalibus contrahitur, impedimenti nullus aut parum frequens est usus, quoniam sponsalia de futuro quam rarissime fiunt, longæque major est prohibitionis ratio, in matrimonio per verba de præsentibus contracto, quam in sponsalibus de futuro	162
Pœnæ Simoniacorum ab Hostiensis descriptæ	223	Publicatio beneficii in frequentiore populi conventu, ubi beneficium consistit, fieri debet	53
Pompa funebri Cardinalium, quo sumptu persolvi debeat	39	Pueri Judæorum, invitis & reclamantibus parentibus, non debent baptizari	157
Pontifex hominibus omnibus indulgentias conferre potest	143	Pugnantes in duello, & duellum permittens, quacunque causa, etiam jure probata, excommunicantur, eisque sepultura in loco sacro denegatur	233
Pontifex jus libertatis Ecclesiasticæ auctoritate sua defendit	61	Purgatorium esse, Catholici credunt constantissime	124
Pontifex novus eligendus non est, quamdiu vivit adhuc vetus	219	Ux beneficiari habent, emptæ ad donandum Ecclesiæ, alicui diversæ a sua, ea donare possunt per testamentum, vel alio modo	120
Pontifex Romanus beati Petri successor est	124	Quæ in decretis Conciliorum minus clara sunt, Pontificis solius interpretatione illustrantur	130
Pontifex Romanus Christi vicarius est	ibid.	Quæ sunt in Concilio œcumenicis resoluta & decreta, non debent humana opinione impugnari	199
Pontifex simoniace electus subditorum obedientiam non meretur	11	Qualitas non patrocinari criminis, quo minus puniatur	71
Pontifex summus litium inter Cardinales exortarum	19	Qualitas ordinandorum	20
Pontifici simoniace electo nemo obedire tenetur, illiusque auctoritati detrudere omnibus licet, & nova electione is e pontificio solio deturbandus est	11		
Populus ædes illius, quem Pontificem fore scit, diripit, & consuetudine insolenti violentiaque spoliatur	15		
Portiones vicariis perpetuis ita pingues & opimæ assignantur, ut beneficiis unitis fructus & emolumentum nihil succedat, non valent	51		
Potestas Cardinalium in Pontifice novo eligendo quæ sit	11		
Potestas electi quæ sit	10		
Potestas impertiendarum indulgentiarum a Christo Ecclesiæ relicta	124		
Potestas jurisdictionis ordinariæ	57		
Potestas laicis in clericis nulla est	ibid.		
Potestas laicis in clericis prorsus interdicta est	60		
Praelati & alii monasteriorum monialium curam habentes, in casibus tantummodo urgentis necessitatis, parvo comitatu ea ingredi permittuntur	160		

Qualitas testis omni exceptione major est, quoties agitur de inquisitione hæresis	186	Recitatio horarum canonicarum neglecta, clericum reddit fructuum perceptorum omissionis tempore, restitutioni obnoxium	56
Qualitates gradus consanguinitatis remotiores & proximiores, in dispensationibus exponendæ sunt	164	Reconciliationes fallaces inter inimicos (quas treugas vocant) atrocioris injuriæ parentes, damnantur	138
Qui apertam præsentat ad beneficium, patronatus jure præsentandi privatur	81	Regnum Christi finem non habet	123
Qui beneficia a summo Pontifice impetrant, annuam solvere tenentur	73	Regulares extra claustra vagantes	152
Qui bona cultui divino dicata occupat, vel occupata tuetur, fur & sacrilegus est	118	Regulares non possunt audire confessiones secularium, nisi approbatione & indulto ordinariorum	156
Qui Cardinalem offendit, Majestatis læsa fit reus	16	Rei confessi a vinculis carceris non sunt solvendi, nisi executioni sententiæ paruerint	83
Qui disciplina regularis institutum profectus est semel, perpetuo eidem obligatus manet	141	Rei homicidii notorii, quibus poenis subijciantur	209
Qui exercet munus electione collatum ante confirmationem, jure suo privatur	14	Rei perjurii & falsi, qui habeantur	210
Qui intra gradus prohibitos scienter matrimonium contrahere præsumpsit, spe dispensationis consequendæ carere debet	163	Rei sunt sacrilegii, qui res sacras e templis surripiunt, ut eas ad usus profanos convertant	201
Qui librorum hæreticorum pruritu avidius titillantur, facile eorum contagione vitiosi & infani evadunt	169	Relapsus dicitur, qui in hæresim abjuratam, vel in aliam iterum labitur	183
Qui libros hæresis, aut falsi cujuscunque dogmatis legerit, excommunicatur	198	Reliquiæ sanctorum	115
Qui nomina aut familiaritatem Cardinalium mentionant, ut facilius obtineant gratiam excommunicati, eis adeptis non fruuntur	214	Res divino cultui dicatæ eximuntur a nomine & jure spoliiorum	116
Qui per alios facit, & negotium aliquod exequitur, per seipsum facere videtur	138	Res divine cultui dicatæ, non testamento, non donatione, vel pacto ullo alio, in usus profanos resignari possunt.	ibid.
Qui per sex menses ab obrento beneficio, vel quamlibet eorum partem, officium non dixit, solum tenetur ad restitutionem pro rata, elapso vero semestri, si post ademptionem in quindecim diebus bis non oraverit, beneficio privandus est	57	Res quæcunque bonorum mobilium sive immobilium, post obitum prælatorum, & quarumcunque personarum Ecclesiasticarum, extra urbem Romam decedentium, relicta, pertinent ad Cameram Apostolicam	120
Qui personis interpositis beneficiorum provisionem veniant, aut seipsum in canonicis examine offerunt, quo alterius ignorantia & imperitia fucum præbeant, falsumque tueantur, excommunicandi sunt	215	Rescriptorum & mandatorum Apostolicorum executionem impediens, poenis quibusdam certis coercendi sunt	5
Qui pontificatum ante sedem vacantem venatus & adeptus est, excommunicandus & a dignitatibus omnibus abdicandus est	217	Residentia pastoralis commendatur	109
Qui publica officia mercantur pretio, ea sine gravis & sanctiæ conscientia vulnerare non possunt	221	Resignare, & consensum ad resignandum præstare, paria sunt	55
Qui rei sunt ambitus, & pretio mercantur, quod dignitate præstare non possunt, ad officia admitti non debent	220	Resignatio beneficii legitima, omnem temporis, personarumque dolum excludens, certo dierum spatio ante obitum firmari debet	52
Qui res & arma cujuscunque generis in subsidium Sacerdotum aut infidelium porrigit, & ad externos in detrimentum Christianæ reipublice deferunt, Concilii Lateranensis decreto excommunicati sunt ipso jure, & fiunt servi capientium, & bonorum omnium amissione multantur	175	Resignatio beneficii, quam factam mors sequitur, tanquam fraudulenta & presumptione fraudis gravata, non subsistit	ibid.
Qui retinent aut possident beneficia Ecclesiastica, priusquam Apostolicis literis jus possessionis probetur, beneficiis illis privantur, & ad alia obtinenda perpetuo fiunt inhabiles	33	Resignationes & juriurum concessionem, infra quod tempus publicari debeant.	ibid.
Qui spe obtinendæ dispensationis matrimonium contrahunt in gradibus prohibitis, in posterum Pontificia gratia per hujusmodi dispensationes non gaudebunt, etiam si ex copula sequuta sit proles	161	Resignationes legitimis de causis tantum admittendæ sunt	53
Qui vel personas vel nomina mutant, ut facilius aliquid extorqueant potius, quam impetrant, videntur profecto rei falsi	215	Responsa a dæmonibus non sunt expectanda	225
Quis damnus a latronibus viatori illatum præstare tenetur	13	Respublica Christianorum tota Ecclesiæ Romanæ supplicis juratur	73
Quisquis per pecuniam ordinatur, ad hoc, ut hæreticus fiat, ordinatur	10	Restitutio fructuum beneficii	56
Quod de jure ab initio non consistit, id temporis tractu non confirmatur	38	Resurrectio carnis expectatur a Christianis	123
<b>R</b> atio dogmatum legitimorum ab adulterinis discernendorum	127	Reus homicidii in carcere constitutus, non audiendus, nec prius ad locum carceris remittendus, quam hæredum occisi juri satisfecerit	209
Receptiones monialium ad ordinem, obligatione clausuræ violata, irritæ sunt	158	Ritus in sacramentorum administratione a catholicis observari soliti, sunt recipiendi	123
Jur. Can. Tom. II.		Rudimenta Ecclesiæ primæ Rom. in quo facta fuerint	128
		<b>S</b> acerdos quilibet jure divino habet auctoritatem absolviendi, sed jure Ecclesiastico suspenditur	154
		Sacerdotes ab oneribus popularibus immunes sunt	147
		Sacerdotia resignanda deponi debent venia ordinarii Episcopi	58
		Sacramenta legis novæ a Christo instituta vere septem creduntur a Catholicis	123
		Sacramenta, licet non omnia, singulis hominibus ad salutem necessaria sunt	ibid.
		Sacræ suppellectilis ornamenta non veniunt sub nomine spoliiorum, pertinentium ad Cameram Apostolicam	116
		Sacrificium propitiatorium pro vivis & defunctis, in Missa Deo vere offerri credunt Catholici	123
		Sacrilegium quid sit	201
		Sacrilegus puniendus est	70

Sacrosancta generalis Synodus Tridentina explicatam fidei professionem ab omnibus in gradu Ecclesiastico constituit fieri iubet	127	Subditi ejus, qui Simoniaci electi sunt, ab omni obedientia vinculo soluti sunt	11
Salvus conductus homicidis non est dandus	205	Substantia panis eucharistici mutatur in corpus Christi	124
Sancti una cum Christo regnantes, invocandi & venerandi sunt	124	Successor potest revocare male alienata	26
Sanctitas loca Deo consecrata maxime decet	133	Suffragia appellationum in causis malefactorum, nisi multa pecuniaria summa deposita, non admittuntur	93
Scriptura Sacra admittitur a Catholicis, secundum intellectum matris eorum, quae est Ecclesia sancta Rom.	123	Suffragia appellationum propensiores faciunt ad lites animos, & ad flagitia audenda, cum sententia prorogantur & indecise remanent	93
Scriptura Sacra secundum interpretationem Ecclesiae Romanae accipienda est	ibid.	Summi Pontificis auctoritatem supra Concilium esse, multis exemplis, & Pragmatica Sanctionis in Conc. Basilienis decretis abolitione probatur	126
Semel affectum perpetuo manet affectum	45	Susceptio & numerus puellarum monialium ex reditus monasterii pendere debet, ne penuria gravetur	159
Sententia sequentis exequutoria est	85	Synodi cum aliis omnibus, tum Tridentina, a Catholicis approbantur	123
Sententiae declaratoriae, in reorum haeresim favorem late, contra jurisdictionem & stylum officii inquisitionis, nunquam transeunt in rem judicatam	191	Tempora deambulationis & gestus inhonesti loca non sunt	133
Sepultura in loco sacro, in duello pugnantibus, & delictum quacunque causa, etiam jure probata permittentibus, deneganda est	234	Testamentum declaratio circa impedimenta cognationis aut affinitatis ex fornicatione	166
Sequesterium concedi non debet, nisi jus petentis appareat	86	Testamenta	99
Sicarii non sunt excipiendi hospitio	208	Testamenta & donationes acquiritorum ex bonis Ecclesiarum, & in favorem illegitimarum, non tamen hospitalibus expositorum, & orphanorum, infirmantur & annullantur	101
Simoniam ambitionis comes est	218	Testes singulares regulariter non probant	41
Simoniam committitur tam per dantes, quam per accipientes, tam per agentes, quam per consentientes	11	Talmud Hebraeorum utrumque portentis, commentis, & blasphemis in Christum & fidem Christianam multis referuntur, damnatur	193
Simoniam omnis in beneficiis conferendis vitanda	223	Talmud quatenus rejiciatur, & quatenus recipiatur	ibid.
Simoniaci electionis confici, proxenetarum & mediatores, ad instar reorum majestatis poenis subiciuntur, activis & passivis. Cardinalibus vero novum Pontificem eligenda quovis tramite conceditur potestas	11	Tonfores aureae argenteaeque monetae poena supplicii ultimi sunt afficiendi	238
Simoniacus dicitur haereticus	10	Trinitatem personarum in unitate substantiae, Christi divinitatem, ejusque de Spiritu S. in utero Virginis Mariae conceptionem, profiteri fides catholica	3
Sortilegi jurisdictione inquisitionum, poenis jure sancitis, plecti debent	226	Tractare de electione Pontificis, Pontifice adhuc vivente, monopolium est prohibendum	219
Sortilegium, quod de jure civili maleficium appellatur, manifestam haeresim sapiens, ut crimen haeresis puniatur	229	Traditiones Ecclesiasticas firmiter teneri debere, volunt Catholici	123
Spatium semestre concessum Pii IV. decreto contumacibus ad exprimentas causas defensiones, ad annum extenditur & prorogatur, ita tamen, ut sponte comparentibus duntaxat, non captis, infra annum faveat & patrocinetur	84	Treuga	238
Species sacramenti una sufficit Catholicis ad Christum totum participandum	124	Turca occupata Pannoniae excidium non solum Italiae, verum etiam totae Europae minatur	138
Spectacula ferociae & cruenta quaecunque, in quibus rursus, ferioresque ferae aliae introducuntur, prohibenda sunt	235	Veneratio Sanctorum	135
Spectatores duellorum excommunicatione & pecuniaria multa plectendi sunt	234	Veritas rei gesta in dispensationum & aliarum gratiarum impetratione recte, poena falsi damnat impetrantes	142
Spiritus Sanctus cum Patre Filioque simul adoratur & glorificatur	123	Via, ne quis haereticorum librorum veneno inficiatur, ineunda, lectionis eorum prohibitio est	197
Spiritus Sanctus Dominus est vivificans, ex Patre Filioque procedens	123	Vinum in usu Eucharistici mutatur in sanguinem Christi	124
Spiritus Sanctus loquutus est per Prophetas	ibid.	Viri sanguinum, & Deo & hominibus exosi sunt	206
Spolia Ecclesiasticorum non solum Italiae, verum etiam aliarum provinciarum, fuisse ac esse reservata Papae, quomodo confirmetur	119	Vis, ut credat, nemini inferenda est	167
Sponsalia conditionalia honestatem publicam non inducunt, ante conditionis eventum	163	Vita seculi venturi speratur & creditur a fidelibus	123
Sponsalia pura & certa, & ex consensu valida, inducunt honestatem publicam	ibid.	Voluntate beneficiorum	50
Spurii ab officiis, quibus patres eorum olim praefuerunt, arcentur	28	Voluntates ultimae	99
Statuta & ordinationes, quae sunt in injuriam executionis rescriptorum & literarum Apostolicarum, nullius sunt vigoris aut roboris	6	Vota	142
Statutum ordinarii auctoritati Pontificis maximi detrahit	6	Ufus indulgentiarum populo Christiano salutaris est	124
Suafores alienationis bonorum Ecclesiasticorum excommunicandi sunt	26	Ufus negotiationis omnis quaestuariae & fordidae interdicitur est	140
		Ufus pecuniae in gratiam commercii, negotiorumque publicorum adinventus est	238
		Ufus pensionis in beneficiis monasteriorum non conceditur	50

FINIS INDICIS RERUM ET VERBORUM.

1851-

# INSTITUTIONES JURIS CANONICI,

Q U I B U S

J U S P O N T I F I C I U M

SINGULARI METHODO LIBRIS IV. COMPREHENDITUR.

A

J O A N . P A U L O L A N C E L O T T O

PERUSINO conscriptæ, & in Aula Romana, mandato  
Pontif. Max. ab illustribus Viris olim recognitæ.

*Rejctis ad finem cujusque columnæ locis,  
unde sumptæ sunt.*

Ddd 2

INDEX



# INDEX TITULORUM.

## LIBER PRIMUS.

- I. De Jure Canonico.
- II. **D**e Jure Divino, Consuetudine, & Constitutionibus.
- III. De Ecclesiasticis Constitutionibus.
- IV. De Jure Personarum.
- V. De Episcopis & summo Pontifice.
- VI. De Electione.
- VII. Qui eligere, eligive possunt.
- VIII. De Postulatione.
- IX. De Confirmatione Electionis.
- X. De Consecratione.
- XI. De receptione & auctoritate Pallii.
- XII. De vita & honestate Prælatorum.
- XIII. De Officio Archidiaconi.
- XIV. De officio Archiepiscopi.
- XV. De officio Vicarii.
- XVI. De Coadjutore.
- XVII. De Chorepiscoporum usu sublato.
- XVIII. De Translatione.
- XIX. De Renunciatione.
- XX. De Depositione, seu Degradatione.
- XXI. De Sacerdotibus in inferiori gradu constitutis.
- XXII. De iis, qui in sacris sunt constituti.
- XXIII. De iis, qui sunt in minoribus ordinibus constituti.
- XXIV. Communia tam majorum, quam minorum ordinum.
- XXV. Qui promoveri non possunt.
- XXVI. De Præbendis & aliis beneficiis.
- XXVII. De Collationibus.
- XXVIII. De Institutionibus, & Jure Patronatus.
- XXIX. De Clericis non residentibus.
- XXX. De Regularibus, ac Monachis.

## LIBER SECUNDUS.

- I. De Rerum divisione, atque illarum administratione.
- II. De Sacramentis.
- III. De Baptismo, & ejus effectu.
- IV. De Sacramento Chrismatis.
- V. De Pœnitentiis & Remissionibus.
- VI. De Eucharistia.
- VII. De Extrema Unctione.
- VIII. De Sacramento Ordinis.
- IX. De Sacramento Matrimonii.
- X. De Sponsalibus.
- XI. De Nuptiis.
- XII. Quæ matrimonium impedire possunt.
- XIII. De Triplici cognitione.
- XIV. De clandestina desponsatione.
- XV. Qui matrimonium accusare possunt vel contra illud testificari.
- XVI. De Divortiiis.
- XVII. De Rebus sacris, sanctis, & religiosis.

- XVIII. De construendis, & consecrandis, & reparandis Ecclesiis, & Altaribus.
- XIX. De Unionibus Ecclesiarum.
- XX. De Immunitate Ecclesiarum & Subjectione.
- XXI. De Censibus, & Exactionibus & Procuracionibus.
- XXII. De Capellis Monachorum.
- XXIII. De Religiosis domibus.
- XXIV. De Sepulturis.
- XXV. De Canonica portione.
- XXVI. De Decimis.
- XXVII. De Rebus Ecclesiæ alienandis, vel non.
- XXVIII. De Peculio Clericorum, Relictis, & Successionibus eorum.

## LIBER TERTIUS.

- I. De Judiciis & illorum divisione.
- II. De Procuratoribus.
- III. De Pactis & Transactionibus.
- IV. De Arbitris.
- V. De in jus vocando.
- VI. De Dolo & Contumacia, & in Possessionem missionem.
- VII. De Libelli conceptione, & oblatione.
- VIII. De Exceptionibus & Replicationibus.
- IX. De Mutuis petitionibus.
- X. De Restitutione spoliatorum.
- XI. De Litis contestatione.
- XII. De Juramento calumniæ.
- XIII. Ut lite pendente nihil innovetur.
- XIV. De Probationibus.
- XV. De Sententiis, & Re judicata.
- XVI. De Executione Rei judicatz.
- XVII. De Appellationibus.
- XVIII. De Restitutione in integrum.

## LIBER QUARTUS.

- I. De Accusationibus, Denunciationibus & Inquisitionibus.
- II. De Duplici purgatione.
- III. De Simonia.
- IV. De Hæreticis, & Schismaticis, & Apostatis.
- V. De Sortilegis, Maledicis, & Sacilegis.
- VI. De Furtis.
- VII. De Usuris.
- VIII. De Adulteriis, & aliis conjunctionibus illicitis.
- IX. De Crimine falsi.
- X. De Homicidio.
- XI. De Injuriis, & damno dato.
- XII. De Ecclesiasticis Censuris.
- XIII. De Sententia Excommunicationis.
- XIV. De Ecclesiastico Interdicto.
- XV. De Suspensione.

P I O  
PONTIFICI MAXIMO

JO. PAULUS LANCELOTTUS

JURECONSULTUS PERUSINUS.

S.

**P**ontifici Juris Institutiones proximis annis superiorum Pontificum jussu & nos conscripsimus, & summi viri castigarunt, quæ quidem optandum sane erat, ut iis in lucem prodirent auctoribus, quorum mandato & scriptæ & recognita fuissent, vel ea saltem ratione quod Auctores ipsi munera nobis graviora ac pretiosiora facere consueverint, & sæpe non tam quid, quam a quibus accipiant, homines soleant perpendere. Sed quando id vel ratio temporum, vel alia quæcunque causa fieri non sinet, illud certe nulla ratione committi debet, ut Juris scilicet Pontificii Institutiones sub alterius, quam ipsius Pontificis nomine appareant, a quo Pontificia omnia jura emanant: velut enim ab Oceano deducta flumina in ipsum tandem resuunt, ita hoc, quicquid est operis, quod totum de Romanorum Pontificum Constitutionibus derivatum est, ad ipsum Romanum Pontificem, quasi ad fontem proprium, redibit. Ad Te autem eo justius, quod magnis aliis animi dotibus, quibus ad Pontificatum tibi aditum parasti, exactissimam adjunxisti Juris hujus cognitionem. Unde perbelle nunc accidit, ut quæ facultas optimum te meliorem reddit, & ad moderandam difficillimis temporibus Christianam Rempubl. instructiorem, eam nunc Tu contra, cum Canonum conditor evaseris, beneficium reponens meliorem sis redditurus: cujus rei non dubia jam apparent indicia, cum ad restituendos antiquos Christianorum mores, atque hæreses extirpandas, sanctissimas quotidie Constitutiones edere non desistas, quæ dubio procul Christiano gregi non minus futura sunt salubres iis ipsis, quæ Juris Pontificii, quod nunc tenemus, libros implent, ad illas autem Institutiones hæ nostræ gradum forte rudioribus facere poterunt. Accipies igitur eas placido ac benigno animo: nam si ita contingere senserimus, ad alia reddemur promptiores, & alacriores. Deus Opt. Max. Te nobis diu incolumem, felicemque servet.



I N S T I T U T I O N U M  
J U R I S C A N O N I C I

L I B E R P R I M U S

I N C I P I T.

J O . P A U L U S L A N C E L O T T U S ,

J . C . P E R U S I N U S .

J U R I S P O N T I F I C I I C A N D I D A T I S .

S.

P R O O E M I U M .

**L**ibros Juris Pontificii diligenter intuentibus facile apparebit, eos ad quamdam imitationem illorum, qui in Jure Civili extant, fuisse conscriptos, atque digestos. Nam ut illi Romani Imperatoris, sic hi Romani Pontificis auctoritate potissimum nituntur: ac velut illi Romanorum Imperatorum constitutionibus, Senatus, aliorumque Magistratum placitis, & Jurisconsultorum responsis constant, sic in hoc Pontificum itidem Romanorum sanctiones, sacrorum Conciliorum decreta, & sanctissimorum virorum haud dissimili ordine congestæ sententiæ conspiciuntur; quæ omnia tam pari postmodum studio posteritas amplexa est, & tam eodem stylo interpretata, ut inter bonas artes nullæ prorsus sint, quæ tanta similitudine sese invicem contingant. Non parva hinc nos interdum cepit admiratio, quam ratione contigerit, ut veluti Imperatorio nomine Cæsarei Juris in certos libros redacta sunt elementa, non ita

ad

ad usum studiosæ Juventutis ad Jus Canonicum ab ipsis Pontificibus composita Institutiones reperiantur, cum id, si, ut quidem nunc est, contemplerur, ædificii cujusdam referat speciem, januis atque omni propemodum aditu carentis, & una hac tantum dissimilitudine a Jure Civili sejungatur. Accedit, quod cum nemo sit mortalium, qui gloriæ cupidine non tangatur, hoc non sine magna sua laude facturi videbantur. Sed Veteribus quidem facile id ignosci poterit, in jaciendis & struendis hujus Juris fundamentis videlicet occupatis, & quasi materiæ defectu impeditis: at Recentioribus ejus facultatis tractatibus ad justum corpus excrescentibus, Institutiones inde elicere, & quasi de rudi marmore statua cujusdam effigiem ducere non difficile fuisset: & quæ nostrorum est felicitas temporum, non modo in ea re Illustrum Virorum opera uti, verum etiam per se id præstare nonnulli potuissent. Sed & horum quidam vitæ brevitate, quidam multiplicium hæresum, bellorumque tam civilium, quam externorum procellis facile excusari possunt. Quis enim in sacri Apostolatus fastigio universæ Ecclesiæ præsidens, atque orbem ipsum Principum discordiis fluctuantem, bellorumque incendiis æstuantem circumspiciens, ad ocium literarium varie agitatum animum facile possit appellere? Sed hoc nos parum aliquando perpensis videri possumus: nam cum in aula Romana difficillimis temporibus degeremus, de Institutionibus Juris Canonici Pontificio nomine conscribendis, Justiniani Imperatoris exemplo, ipsi Romano Pontifici suggestimus: & quamvis minus forte opportune, de his tamen conscribendis ab eodem mandato accepimus, & quantum in nobis fuit, etiam explevimus: siquidem intermisso superioribus annis prælegendi ac patrocinandæ munere, impense operam dedimus, ut per nos hujusmodi Institutiones componerentur, quæ, ut Pontificio nomine exirent, non indignæ judicaretur: quod quidem ex sententia nobis cessisse, ita locupletissimum summorum Virorum probavit testimonium; ut illæ jam de manu Pontificis in manus vestras venturæ crederentur. Sed usque adeo postmodum, cum Romæ ob eam unam rem diu fuisset, supremæ manus impositio differebatur, ut qui gravissimis, & multiplicibus undique ad sedem Apostolicam confluentibus negotiis admodum summum Pontificem, & natura ipsa (ut ajebant) valde cunctatorem, distentum fuisse ignoraverit, magnam illo tempore in curia rerum harum incuriam fuisse facile suspicari potuerit. Itaque diutius sustinere non valentes in patriam concessimus, Pontifex paulo mox in fata. Sed hæc commentariolo sufficiat nos aliquando fuisse complexos. Ergo si cui forte audentiores visi fuimus, qui tantam rem aggredi tam imbecilli ausi fuerimus, maximis auctoribus, atque adeo mandato ipso Pontificio hæc temeritatis culpam redimere possumus: vel certe id non impune tulimus, qui ob eam rem magnos labores, & impensas, atque invidorum obreclationes, nescio an dicam, frustra subierimus, utinam non amplius subituri. Sed hæc omnia æquissimo feremus animo, si, quod vehementer semper optavimus, nostra hæc ejusmodi sit scriptio, quæ studiis vestris commoda videri possit; quod sane his temporibus futurum non desperamus, quibus ut nonnullos forte sacrosancti Pontificii Juris ignorance in errores aliquos, atque hæreses facilius prolabi potuisse, ita nunc expeditiore quadam ejus tractatione non tam facile juvenum hoc Jure imbutos ani-

mos aberraturos verisimiliter existimare debemus. Unde quamvis non iisdem, quibus inchoatus fuit Auspiciis, liber hic noster in lucem prodeat, in communi saltem periculo non fuisse nos ociosos, sed quoquo modo tulisse opem, juyabit. Accipite igitur privati quidem hominis, Pontificio tamen mandato, ad Jus Canonicum & scriptas & castigatas Institutiones: Cumque eis nihil sit comprehensum, quod (ni fallimur) sacris Canonibus penitus non consentiat, ita existimate, si de Pontificis manu eas accepissetis, fuisse id perinde futurum, ac si vobis vasis aureis, ac longe splendidissimis mensis fuissent fercula subministrata: nunc cum de manu nostra, ac si scilicet illa quidem atque exoticis, in sapore tamen nullam fore differentiam.



# I N S T I T U T I O N U M J U R I S C A N O N I C I L I B E R P R I M U S.

## T I T U L U S P R I M U S.

### D E J U R E C A N O N I C O.

*Dividitur in tres partes. In prima ponit, unde dicatur Jus Canonicum. In secunda, quid sit. In tertia, ex quibus consistat. Partes parent, h. d.*

**J**URI Canonico daturum operam nosse oportet, unde talis denominatio descendat. Et quidem Jus, generale est nomen: Canonicum vero, dicitur a verbo Græco *Κανών*, a quod Latine idem significat quod regula unde Jus Canonicum, Jus regulare non male dixeris: quam denominationem ex eo accepit, quod ex regulis præcorum Patrum ad rectam videndi normam institutis deductum fuerit. Est igitur Jus Canonicum, quod civium actiones ad finem æternæ beatitudinis dirigit. Consistat vero in primis id Jus divinæ legis præceptis, Consuetudine, & Constitutionibus: quæ singula qualia sint, diligentius dispiciamus.

## T I T U L U S I I.

### D E J U R E D I V I N O, C O N S U E T U D I N E E T C O N S T I T U T I O N I B U S.

*Jus divinum est, quod continetur in Lege & Evangelio, & est immutabile, h. d.*

**J**us divinum est, quod in lege continetur, & Evangelio *b*, atque immutabile semper permanet. Sunt enim Legis & Evangelii præcepta, aut moralia, aut mystica. Moralia præcepta nullam omnino mutabilitatem recipere possunt: Mystica vero, etsi quantum ad superficiem mutata videantur, secundum moralem tamen intelligentiam nullam mutationem recipisse comperiantur.

*Quid sit Consuetudo, & unde duxerit originem, & quam vim habeat, h. d.*

**§. 1.** Jus d consuetudinis, post naturalem legem sumpsit exordium, ex quo homines in unum convenientes coeperunt simul habitare: quod ex eo tempore factum creditur, quo Cain civitatem edificasse legitur. Est autem Consuetudo *e*, Jus quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur: in his enim rebus, in quibus nihil certi divina statuit Scriptura *f*; mos populi Dei, & instituta majorum pro lege tenenda sunt: & sicut prævaricatores divinarum legum, ita contemptores Ecclesiasticarum consuetudinum sunt coercendi.

*Prava consuetudine non ligat.*

**§. 2.** Hac tamen de ea consuetudine intelligere nos oportet, quæ neque divino Juri, neque Canonicis tradidit institutis: si quid autem contra fidem, *b* Catholicam usurpare dignoscitur, non tam consuetudo, quam veritas erroris est appellanda. *i*

*Quædam hæc consuetudo non ligat, sed præterea ab antiquo*

*a* Can. 1. dist. 3. *b* dist. 1. in sum. c. can. fin. his itaque dist. 6. d. can. fin. *§* jus vero consuetudinis. dist. 6. c. can. consuetudo. 1. dist. 6. can. in his rebus. 11. dist. 3. c. consuetudinis. *§* cum vero. *§* c. seq. dist. 11. *h* c. consuetudinem. d. dist. 11. *i* c. consuetudo. 8. dist.

*Quid sit Constitutio, & quod duplex: & civiles constitutiones, quæ non sunt contra Evangelium & canones, sunt honoranda, licet ipsis Ecclesia non ligetur.*

**§. 4.** Constitutio a lex scripra. Constitutionum autem *b* alia Civiles, alia Ecclesiasticæ. Civiles sunt, quas Princeps, aut Magistratus, aut Populi sibi metipsis sanciunt quæ quidem, si Evangelicis atque Canonicis decretis non sint contrariæ *c*, sunt omni reverentia dignæ, atque eis Ecclesia sæpe contra *d* hæreticos, contra Tyrannos, & quoscumque pravos utitur, alioquin nullius sunt momenti, quod usque adeo obtinet, ut etiam si quid in eis statutum fuerit, quod Ecclesiarum respiciat commodum, nullius firmitatis existat, nisi ab Ecclesia fuerit comprobatum.

Sed nos ad Ecclesiasticas constitutiones styllum vergamus, earum originem, species, & auctoritatem breviter referentes.

## T I T U L U S I I I.

### D E E C C L E S I A S T I C I S C O N S T I T U T I O N I B U S.

*Canones quibus consistens, & quoduplicia sint Concilia, & quæ Concilia universalia.*

**C**anonum *e* quidem alii sunt statuta Conciliorum, alii decreta Pontificum, aut dicta Sanctorum. Conciliorum vero alia sunt universalia, alia provincialia, alia vero Episcopalia. Universalia sunt, quæ facti Patres ex univerto orbe *f* in unum convenientes, juxta fidem Evangelicam & Apostolicam condiderunt.

*Initium universalium Conciliorum celebrandorum post Apostolos cepit temporibus Constantini: & ipsorum celebrandorum est apud sedem Apostolicam auctoritas.*

**§. 2.** Quorum *g* celebrandorum initium post sanctissimos Apostolos a temporibus Constantini Magni coepit: ipse enim primus, eam servente persecutione docendam plebium commoditas minime daretur, Christianis, ut libere congregarentur, facultatem præstitit. Legitima *h* vero Conciliorum universalium aggregandorum potestas & auctoritas est penes sedem Apostolicam; quæ *i*, si Romanus Pontifex interesse impediatur, unum vel plures speciales ad hoc Legatos constituere solet.

*Quatuor sunt principalia Concilia: Nicaenum, Constantinopolitanum, Ephesinum, Chalcedonense.*

**§. 3.** Inter *k* cætera autem Concilia quatuor sunt, quæ totam principaliter Christianam fidem complectuntur, quasi quatuor Evangelia; Nicaenum scilicet, Constantinopolitanum, Ephesinum, & Chalcedonense in quibus velut in quadrato lapide sanctæ fidei structura consurgit.

*Inter discordantia Concilia præponitur sententia ejus, quæ est majoris auctoritatis.*

### §. 4. Alia

*a* Can. constitutio 2. dist. *b* 3. dist. in sum. c. gl. p. can. cum ad veram 96. dist. *d* can. 1. in fin. *e* can. seq. dist. 10. c. can. 2. *§* porro. dist. 3. *f* can. 1. in prin. vers. sub hoc. dist. 15. *g* can. 1. in prin. dist. 15. *h* dist. 17. in sum. in fin. *i* can. 1. *§* seq. d. dist. 3. quibus; forte, *k* can. 1. *§* inter cætera. *§* can. seq. dist. 15.

§. 4. Alia vero Concilia, quæ ductu Sancti Spiritus congregata & celebrata fuerint, proximum ab istis sibi locum vendicant. Quod si quando inter ea discors sententia invenitur, illius sententia magis est tenenda, cujus antiquior & major est auctoritas.

*Provincialia Concilia quæ sunt, & quam auctoritas habent.*

§. 5. Provincialia a Concilia sunt, quæ propter Ecclesiasticas causas, & alterationum sedationes per singulas provincias, convocante Metropolitano Episcopo omnes provinciales Episcopos, & cathedralium Ecclesiarum Capitula, celebrari placuit. Hæc autem neque diffiniendi sunt, neque generaliter constituendi vim aliquam habent, sed tantum curandi, ut id servetur, quod alias statutum est, & quod generaliter seu specialiter observari præceptum est: licet interdum & quæ ab his recte statuta sunt, etiam Catholica Ecclesia suscipiat.

*Quæ sint Episcopalia Concilia, & qui ipsi ligentur.*

§. 6. Episcopalia Concilia sunt, quæ Episcopus in sua diocesi singulis annis convocat, dum inter suos Abbates, Presbyteros & Clericos cognoscit. In iis, si quid ab Episcopo statutum fuerit, nec subditi extradiocesani constituti, neque ignorantia nisi sit ignorantia supina, ligantur. Quamobrem pastoralis officii cura postulat, ut, quæ in illis constituta fuerint, Episcopus suis plebibus uota facere non omitat.

*Decreta Pontificum Romanorum aequipollens decretis Conciliorum.*

§. 7. Decreta & quoque Pontificum Romanorum Canonibus Conciliorum pari potestate exæquantur. Nam si idem hodie probatus, quod sedes Apostolica probavit, & quod illa repulit, rejicitur: multo magis quæ ipsa pro Catholica fide, pro sacris dogmatibus diverso tempore scripsit, debent ab omnibus reverenter recipi.

*Scripta Sanctorum non inserta Juris communi, secundum, post decreta Pontificum Romanorum, locum obtinent.*

§. 8. Alia & sane est causa eorum, quæ sancti viri, vel sacra pagina interpretes scripta reliquerunt: nam quæ sacris canonibus intertextæ compariantur, parum cum eis obrinet firmitatem, cætera vero post scripta Pontificum auctoritatem tenent: nam licet divinarum scripturarum interpretes scientia Pontificibus interdum præcedant, quia tamen statuendi potestate destituntur, in scripturis quidem exponendis illis quandoque præponuntur: in causis vero diffiniendis, secundum post eos locum habere merentur. Aliud est si enim causis terminum imponere, aliud scripturas diligenter interpretari, cum in negotiis diffiniendis non solum necessaria sit scientia, verum etiam potestas.

*Jus Canonicum versatur circa Personas, Res, & Judicia.*

§. 9. Versatur autem Jus Canonicum circa tria: circa personas, res, & Judicia.

Verum quia posteriora duo ad personas referuntur, videamus prius de personis: parum enim esset illa noscere, si personæ ignorentur, quarum causa illa ipsa constituta sunt, & per quas ea omnia administrantur.

#### TITULUS IV.

##### DE JURE PERSONARUM.

*Christianorum quidam sunt Laici, quidam Clerici: & Clericorum quidam sunt in sacerdotio constituti, quidam in sacris, non in sacerdotio, quidam nec in sacerdotio, nec in sacris.*

**P**ersonarum genera duo sunt, unum Laicorum, alterum vero Clericorum. Laici, qui & populares dici possunt, sunt, quibus licet temporalia posside-

re, uxorem ducere, causas agere, inter virum & virum judicare. Clerici sunt, qui divinis officiis mancipati sunt, & quos ab omni strepitu cessare convenit.

Videamus igitur de iis, qui divinis officiis sunt adscripti: nam si cognoverimus, quæ istæ personæ sunt, simul etiam & qui Laici sint, intelligemus. Horum autem quidam sunt in sacerdotio, quidam in sacris, quidam nec in sacerdotio, nec in sacris. Rursus eorum qui in sacerdotio constituti sunt, quidam sunt in altiore gradu vel ordine positi, quidam vero in inferiore. Videamus igitur primum de his sacerdotibus, qui in altiore gradu positi sunt, proxime de his, qui in inferiore, ac subinde de his, qui tantum in sacris ordinibus constituti sunt, videri & demum de his, qui nec in sacerdotio nec in sacris reperiuntur.

#### TITULUS V. DE EPISCOPIS ET SUMMO PONTIFICE.

*Episcoporum ordo est triparsitus, & Patriarcha primum post Papam locum tenent.*

**I**n altiori gradu constituti sunt Episcopi. Est autem Episcoporum ordo triparsitus. Alii enim sunt Patriarchæ, sive primates: alii Archiepiscopi: alii simplices Episcopi. Patriarchæ sunt, qui primum post Romanum Pontificem tenent locum: quales Constantinopolitanus, Alexandrinus, Hierosolymitanus, Antiochenus. Appellantur autem Patriarchæ, quia summo honore funguntur, quasi Patrum Principes: unde ob dignitatis excellentiam, & crucem & iis deferre, & ab Episcopis & Archiepiscopis appellationes recipere jure permittitur.

*Archiepiscopi sunt Præsules Episcoporum unius provinciarum.*

§. 2. Archiepiscopi & sunt unius provinciarum Episcoporum Principes & Præsules. Provincia siquidem & longo ante adventum Christi tempore, maxima ex parte divisæ erant: quæ divisio postmodum ab Apostolis & eorum successoribus renovata est. Itaque ubi dudum Primates erant seculi, nostros Patriarchas vel Primates leges Ecclesiasticæ post jussurans. In civitatibus autem Metropolitanis, quæ minores Judices habebant, illi hodie præsumunt, quæ Metropolitanarum, aut Archiepiscoporum nomine designantur. Ad hos igitur inter suos Suffraganeos cognoscere pertinet: a quibus tamen si diutius illi habitus & accepti fuerint, ad Primates, aut sedem Apostolicam appellare poterunt.

*Episcopi sunt qui præsumunt majoribus populis, & Latine speculatores appellari possunt, & magna est ipsorum in Ecclesia auctoritas.*

§. 3. Simpliciter autem Episcopi sunt, qui majoribus populis & frequentioribus civitatibus præsumunt. Hi speculatores Latine dici possunt: Episcopus enim quasi speculator in Ecclesia præpositus est: Mores enim & vitam populorum infra se postro speculatur & perspicit. Horum autem non modica in Ecclesia est auctoritas: nam præter ligandi solvendique potestatem, & visitandi diligentiam, soli sacrum chrisma conficiunt & soli Dei altaria & Ecclesias consecrant, & pollutas repurgant, Clericos ordinant, suspendunt & deponunt: ad hos pertinet excommunicatio, purgationis indictio, dispensatio, solennis penitentia impositio.

*Quod inferiori conceditur, multo magis conceditur & superiori.*

§. 4. Quod autem diximus, prædicta solos Episcopos efficere posse, non cum habet intellectum, quasi Archiepiscopi & Primates non eandem habeant potestatem, sed,

2 Dist. 27. per totum. & cum propter. dist. 28. b. d. dist. 28. c. 18. in sum. c. can. pen. in Palea 18. dist. & c. sicut olim. de accus. d. can. 1. per totum dist. 29. c. dist. 201. per totum. f. §. sed aliud in sum. di. dist. 20. g. can. duo sunt genera. 24. quæst. 2.

2 Can. 1. vers. ordo. dist. 21. b. d. can. 1. §. Patriarcha. c. C. antiq. Patriarchalium. extra. de priv. d. can. 1. dist. 21. c. 2. dist. 99. f. can. 1. §. Episcopi. dist. 21. g. can. 1. vers. ad Episcopi. dist. 25. can. quamvis. dist. 68. & 20. q. 6. per totum.

sed, quod Presbyteris & ceteris inferioribus illa non conceduntur. Ridiculum enim esset cogitare, Episcopis illa quidem permitti, Archiepiscopis & Prælatibus, qui Episcopis præfunt, eadem denegari.

*Papa est ordinarius omnium ordinariorum, & Ecclesia Romana omnes Ecclesias subsumit.*

§. 5. Sicut autem Petrus Apostolus primus fuit Apostolorum, ita & Ecclesia suo nomine consecrata, Domino instituente, prima est & caput cæterarum: & qui illi præfuit, ceteros Episcopos antecellit; unde ad eam, tanquam ad matrem a atque apicem, omnes majores Ecclesiarum & Episcopi recurrunt, a qua quasi a quodam capite, dona velut in corpus omnes diffunduntur. Ipsa autem tanquam omnium magistra, celsiore sede residens, a quoquam judicari non poterit. Quinimo velut tempore Noe omnes extra arcam positi, diluvii vastitate consumpti sunt: sic extra Petri naviculam constituti, æternæ damnationis fluctibus obruentur.

## TITULUS VI. DE ELECTIONE.

*Quibus modis creantur Episcopi.*

**P**romoventur autem tam Episcopi quam Prælati cæteri, aut per electionem, aut per postulationem.

*Quid sit Electio, & quod ad unum ius eligendi habentes citari debent, alius non valet electio: & non citatus potest habere ratam electionem.*

§. 2. Cæterum, ut prius de electione dicamus, Electio nihil aliud est, quam hominis alicujus ad dignitatem, vel fraternam societatem Canonice facta vocatio: nam cum viduata providendum est Ecclesiarum, debent cuncti, qui eligendi ius habent, legitime citari, ut electioni interfuerint. Quod si vel in unius persona fuerit id ommissum, irritam reddit electionem talis ommissio. Saepe etenim rescriptum est, magis hac in re unius obesse contemptum, quam multorum contradictionem: plane si is, qui citatus non fuerit, ratam adveniens habere velit electionem, confirmanda erit electio. c.

*Absens potest uni de Capitulo votum suum demandare. h. d.*

§. 3. Sed & si quis casu aliquo ad electionem accedere fuerit impeditus, votum suum uni vel pluribus de Capitulo demandare minime prohibendus erit.

*Procurator ad eligendum non potest munus procuratorio, alium proprio nomine eligere, nisi habeat mandatum de eligenda certa persona.*

§. 4. Et ad si tantum uni votum suum quis demandaverit, & is unum suo, alium mandantis nomine in scrutinio nominandum duxerit, nihil agit, nisi de certa eligenda persona mandatum acceperit: quo casu in illam mandantis, in aliam sup. nomine jure consentire poterit.

*Quibus procuratoribus ad eligendum datus in solidum, non possunt ambigere eligere, sed erit melior conditio occupantis: & si non appareat de prioritate in occupando, præponitur alius a Capitulo, vel primo nominatus in procuratorio. h. d.*

§. 5. Quod si pluribus in solidum vices suas quis commiserit, non quidem omnes reddere votum poterunt (quia vota dirigere possent in diversos, sique res non haberet exitum) sed erit occupantis melior conditio: & si ita concurrant, ut inter eos prior non appareat, is admitteatur duntaxat, quem vel Capitulum, vel pars major elegerit: vel si concordare nequeant, is qui primus in instrumento vel literis procurationis nominatus fuerit.

*Non possunt plures deputari ad eligendum non in solidum. hoc dicit.*

§. 6. Sin autem plures non in solidum constituti fuerint, eadem ratione nullus eorum admittendus erit, si

bique mandans impulerit, qui sic eos imprudenter constituerit.

*Non potest votum in electione reddi per literas.*

§. 7. Sed cum absens reclamante Capitulo extraneum constituere nequeat, videamus, an, si nullus de collegio velit esse procurator, saltem per literas votum suum reddere valeat? & sane, cum non ante electionem, sed in ipsa electione secretè & sigillatim duntaxat singulorum vota sint exprimenda, per literas reddi non poterunt.

*Superius dicta non habens locum in electione Papa, in qua multa sunt specialia. h. d.*

§. 8. Sed hæc quidem in aliorum Episcoporum, non in Romani Pontificis electione obtinent. In hujus enim nec ulla necessaria est citatio nec alii quis absens votum suum demandare permittitur. Alia quoque in eo specialiter constituta sunt, quæ ex Decretalium libris decentius est quam hic, accipere.

*Electio celebratur tribus modis, & quomodo per inspirationem: & quod Laici non per inspirationem, sed per conspirationem dicuntur eligere. h. d.*

§. 9. Celebratur autem electio tribus modis, per inspirationem, per Scrutinium, & per Compromissum: per inspirationem, ut cum electores nullo præcedente tractatu, quasi divini Spiritus impulsu, simul omnes in unum repente consentiunt, & simul unum nominant: quod si forte Laici prece vel precio corrupti aliquem concordiis clamoribus petant, is non tam per inspirationem, quam per nefariam conspirationem nominatus, omni penitus electionis fructu merito carere debet.

*Quomodo dicatur celebrari electio per scrutinium, & qui sint scrutatores. h. d.*

§. 10. Per Scrutinium fieri dicitur electio, cum præsentibus omnibus, qui debent, volunt & possunt commode interesse, tres de collegio fide digni assumuntur, qui secretè & sigillatim vota cunctorum diligenter exquirunt, & demum in scripturam redacta publicant. Quo facto collatione habita, is demum censetur electus, in quem vel omnes, vel major & sanior pars Capituli statim consenserint.

*Pars minor eligentium, ad infringendam majoris partis electionem, potest opponere de propria auctoritate ac zelo, & de meritis electi. h. d.*

§. 11. Quod si eligentium vota ita se diviserint, ut hinc quidem electorum pars numerosior consistat, inde minor, sed quæ non minus ex auctoritate eligentium, quam ex meritis electi sanior appareat, ad infringendam partis numerosioris electionem facultas erit minori, & de auctoritate ipsorum eligentium, & de meritis eorum qui electi fuerint, opponere.

*Contra electionem factam a duabus partibus, non potest opponi, nisi de nullitate voti alicujus earum dictarum partium. hoc dicit.*

§. 12. Hoc tamen tunc obtinebit, cum non magnus in altera parte contigerit excessus: cæterum si quando e duabus electionibus celebratis, pars altera eligentium, alia duplo major numero deprehendatur, contra hujusmodi electores ad extenuationem meriti vel auctoritatis ipsorum, paucioribus, vel electo ab eis opponendi facultas non erit: quanquam, si quid opponere voluerint, quod votum illius, cui opponitur, nullam ipso jure redderet, id eis minime censetur interdictionum. Vocantur autem viri tres de collegio sumpti, Scrutatores, eo quod singulorum vota diligenter sciuntur.

*Quomodo per compromissum celebratur electio, quod arbitri non servantes formam compromissi nulliter eligunt. h. d.*

§. 13. Per compromissum celebratur electio, cum plures idonei viri eliguntur, in quos omnium vice eligendi certo modo facultas & potestas transfunditur, qui arbitri compromissi fines diligenter custodite debent, scilicet, si quid

a C. antiqua. extr. de privi. b C. quod sicut. in fin. princ. d. sis. de elect. c d. c. quod sicut. in fin. princ. d C. si quis iusto. §. porro. de elect. in 6. e C. si quis iusto. in princ. de elect. in 6.

a C. perpesuo ubi presumps. §. Hæc. de elect. in 6. b C. si ergo. §. q. 1 & c. 2. de election. extra C. C. si quando contigeris. de elect. in 6.



si quid non secundum demandatam formam egerint, nullum habiturum esse juris effectum.

*Potestas arbitraria non expirat re non integra, etiam non secuta electione h. d.*

§. 14. Quod a si intra terminos constituerint, quod ab eis gestum fuerit, usque adeo ratum habendum erit, ut etiam non secuta electione, re tamen non integra, demandata sibi potestas revocari non possit.

ostendimus quibus modis electio celebretur: consequens nunc est ut videamus, & qui possint eligere, & in quos cadere possit electio.

**TITULUS VII.  
QUI ELIGERE, ELIGIVE POSSUNT.**

*Quibus jus eligendi competat. h. d.*

**J**us igitur Prælatum eligendi ad Canonicos hodie, & ad viduata Ecclesiæ pertinet collegium. Sed & si qui consuetudine, vel præscriptione, pacto, vel privilegio fuerint muniti, ab electione minime sunt excludendi.

*Impubere, & non constituti in sacris non possunt eligere. h. d.*

§. 2. Sed neque in pupillari ætate constituti, neque si qui sacris ordinibus non sunt decorati, sunt admittendi. Absurdum enim esset, si ad tanti ponderis res explicandas, si quorum nullum est animi iudicium, & ad sacra tractanda, si qui nondum illa attigerunt, assumerentur.

*Excommunicatus minore excommunicatione eligitur secus majores.*

§. 3. Illud quaesitum est, an excommunicati ad eligendum admitti possint? Et sane, si minoris excommunicationis vinculo tantum fuerint innodati, ab electione arceri non sunt: Anathemate autem percussis, ab omni penitus eligendi facultate repelluntur.

*Suspensus a canone eligitur secus ab homine.*

§. 4. In suspensio quoque non ab similibus obtinet distinctio. Si enim quis per solam Canonis dispensationem suspensus sit, electio omni interesse minime prohibetur: si vero per iudicis sententiam, anathematizato similis habebitur.

*Eligere a superiore prohibiti, absentes, heretici, non possunt eligere.*

§. 5. His quoque & illi annumerari debent, quibus a superiore, ne eligant, interdictum est. Item absentes: qui tamen si legitimis causis ad electionem accedere impeditos esse se docuerint, aliis de Capitulo votum suum demandare, secundum ea, quæ proxime b. exposuimus, minime sunt prohibendi. Hereticis autem, vel non Catholicis, indistincte jus eligendi admittitur.

*Ob non servatam formam, & ob negligentiam eligentium, electio devolvitur ad proximum superiorem. h. d.*

§. 6. Interdum tamen accidit, ut is, quibus ab initio jus eligendi competit, eo jure postmodum priventur: ut puta, si qui aliter quam per præscriptas formas, eligere tentaverint: Item, qui per tempus constitutionibus definitum in eligendo negligentes fuerint: quo casu ad proximum superiorem eligendi potestas devolvitur.

*Electio facta de indigno, jus eligendi transfertur ad Romanum Pontificem.*

§. 7. Alia sane causa eorum est, qui scientes indignum eligunt, aut postulant: nam licet & ii eligendi jure priventur, id tamen non ad Prælatum, aut Archiepiscopum, sed immediate ad summum Pontificem devolvitur.

*Laici non possunt eligere. h. d.*

§. 8. Laici d quoque, etiam si Principes sint, nullo neque consuetudinis, neque præscriptionis, neque conventionis jure, ad electionem aspirare permittitur. Patroni tamen circa jam factam electionem, non indecenter postulari assensus.

*Qualem Episcopum esse oporteat. h. d.*

a. C. in causis. extr. eod. tit. b. supra tit. præced. §. sed est quis. c. d. c. quamquam. de elect. in 6. d. d. c. sacrosanct. in fin. & c. cum terra. in fin. eod. tit. cap. nobis. extr. de jure patr.

§. 9. Oportet autem eum, qui in Episcopatum eligendus sit (cum Ars sit astium, regimen animarum) ætate maturum esse, natalibus illæsum, corpore integrum, famam candidum, literis instructum, religiosem, prudentem, temperatum, castum, hospitalem, mansuetum, irreprehensibilem, secundum ea quæ latius infra a. dicturi sumus. Si enim ad seculares honores sine suffragatione meritorum indignum est perveniri, & notari ambitus solent, quos probitatis documenta non adjuvant: quam diligens ac prudens habenda est dispensatio divinorum munerum, & Ecclesiasticarum dignitatum?

*Minor triginta annis, excommunicatus, suspensus, & non constitutus in sacris, & schismaticus non reconciliatus, non possunt eligi.*

§. 10. Igitur is, qui ad Episcopalem dignitatem promovendus est, annos natus esse debet non minus triginta b; nam ea ætate Dominum c & baptizatum esse & concionatum fuisse legimus, alioqui si quis minor fuerit, eligi non poterit. Idem d. juris est in iis, qui aut excommunicationis, aut suspensionis vinculo sunt innodati. Sed nec ii e, qui in sacris ordinibus non sunt constituti, saltem subdiaconatu; neque schismatici eligi debent.

*Eligentes indignum per triennium eligi non possunt. h. d.*

§. 11. Illi f quoque qui scienter indignum eligunt, non solum eligendi potestate privandi sunt: verum etiam per triennium, ut ab aliis eligi possint, seipso inhabiles reddunt.

*Neophyte non possunt eligi.*

§. 12. Neophyte g quoque in Episcopos ordinari prohibentur: indecens est enim, & valde præposterum, eum fieri magistrum, qui nondum didicisse discipulus. Appellantur autem Neophyte h, qui propositum sacre religionis noviter assumpserunt.

**TITULUS VIII.  
DE POSTULATIONE.**

*Quid sit postulatio. h. d.*

**P**ostulatio i est ejus, qui eligi non potest in Prælatum, concors. Capituli facta petitio.

*Qui non animi vel corporis vitio, sed alias non potest eligi, postulat minor XXX. annis vel spurius, potest postulari.*

§. 2. Sciendum est enim, quosdam esse qui quamvis eligi non possint, postulari tamen minime prohibentur. Quæ res ita videtur posse commode diffiniri, ut quicumque non animi vel corporis vitio, sed ob alterius defectum qualitatibus eligi impediuntur, iidem tamen postulari possint. Ex hoc apparet k, eum, qui trigimesimum annum nondum complevit, item in minoribus ordinibus constitutum, aut Laicum, item naturalibus læsum l, licet eligi non possint; postulari tamen posse.

*Episcopus & electus debent postulari, non eligi: secus Abbas, & alii inferiores. h. d.*

§. 3. Episcopus m quoque cum propriæ sit alligatus Ecclesiæ, ad aliam transitum facere non potest: ea propter non eligendus, sed postulandus erit. Non idem juris est n in Abbatibus, & ceteris Prælatibus intra Episcopalem dignitatem constitutis: isti enim, licet propriæ Ecclesiæ videantur alligati, nihilominus eligi possunt: proprium tamen non deserunt monasterium, nisi licentia legitime impetrata.

**TITU-**

a. Infra, de vit. & honestat. b. c. cum in cunctis. extr. de elect. c. can. Presbyter. dist. 78. d. sup. eod. tit. §. illud. & §. seq. c. can. de Syracusana. in fin. dist. 28. e. a. multis. de arce & qualitate. f. c. cum in cunctis. §. fin. & c. cum Vintoniens. & c. per inquisitionem. extr. de elect. g. can. 1. dist. 48. h. can. 2. ead. dist. i. gl. in ver. vera postulatio. c. 1. de postulat. in 6. k. gl. in c. fin. extr. de postulat. & c. cyprienus. §. denique. de elect. in 6. l. c. innovavit. extra. de elect. m. d. c. ubi gl. extra, eod. tit. n. c. nullus religiofus. & c. Si Abbatem. de elect. in 6.

TITULUS IX.  
DE CONFIRMATIONE  
ELECTIONIS.

*Electus debet intra mensem consentire electioni, alioquin alius poterit eligi. h. d.*

**N**unc videndum est de confirmatione. Sciendum est itaque in primis, Gregoriana constitutione a 10 Lugdunensi Concilio cautum fuisse, ut electores, quamprimum commode possint, operam dent, ut electi consensum habeant: quem si infra mensem, sine causa legibus cognita, electus accommodare distulerit, jure, si quod ei fuerit ex tali electione quaesitum, statim carere deberet. Electoresque ad aliam electionem libere posse convolare.

*Electus post consensum electioni praestitum, vel notitiam habitam, debet intra mensem ad sedem Apostolicam iter arripere, & quanto citius poterit, confirmationem obtinere.*

§. 2. Eadem constitutione b cavetur, electum infra tres menses post consensum electioni praestitum, si nullum iustum impedimentum obsistat, confirmationem a superiore Praelato petere debere: alioquin trimestri spatio elapso electionum esse penitus irritandam. Sed cum interdum eveniat, ut aliquorum locorum vicinitas minus exigit, aliquorum distantia prolixius tempus exposcat, consultissime Nicolaus c. III. sanxit: Ut electi, quorum electionum confirmationes ad sedem Apostolicam examinem deducit immediata subjectio, vel appellatio interjecta devolvit, intra mensem post consensum, vel habitam de ipsorum electione notitiam, ad sedem ipsam Apostolicam iter arripiant, & quanto citius commode poterunt, cum omnibus iuribus coram sede Apostolica personaliter comparere nentantur, suarum electionum confirmationes petitori: aliaque insuper adjecit, quibus Ecclesiarum periculosis vacationibus ac malignantium subterfugiis, electorumque incommodis facie occurrit: quae non solum in electionibus, verum etiam in postulationibus obtinere voluit.

*Non confirmatus non potest res Ecclesiae administrare. h. d.*

§. 3. Quamdiu a autem quis confirmatus non est, reum Ecclesiasticae administrationis esse non potest. Quod si negotiis Ecclesiae, ad quam vocatus est, sese temere ingesserit, omni jure quod ei per electionem quaesitum fuerit, statim privandus erit: nullo neque Oeconomatus, nec procuratoris praetextu excusandus.

*Electo non est obediendum, nisi literis confirmationis ostensis. h. d.*

§. 4. Petet igitur is, qui confirmatus est, ab Apostolica sede literas, confirmationis suae tenorem continentes, illisque ostender, ad quos ea res pertinet: alioquin nulli eum absque dictarum literarum ostensione recipere tenebuntur. Quod & in promotione apud dictam sedem facta, & in consecrationis, vel benedictionis munere, locum sibi vendicat.

*Confirmatus non conceditur, nisi cum causa cognitione. h. d.*

§. 5. Is autem e, ad quem confirmatio pertinet, diligenter examinare debet, & electionis processum, & personam electi: est enim hoc generale, ut ad eum pertinet examinatio, ad quem manus impositio spectat. Et cum omnia rite concurrant, tunc munus est confirmationis impendat. Quod si secus factum fuerit, non solum deiciendus erit indigne promotus, verum etiam indigne promovens puniendus. Nihil est enim quod Ecclesiae Dei magis officiat, quam si indigni ad regimen assumantur animarum. Quod cum in cunctis sacris ordinibus sibi locum vendicet, in Episcopo tamen multo fertius: qui ad curam aliorum positus, in se ipso debet ostendere, quomodo ceteros in domo Dei oporteat conversari. Quod si forte eligendum vota in duas se diviserint partes, is confirmato-

ris iudicio alteri praerendus erit, qui majoribus juvenit studiiis & meritis.

*Si unus sit postulatus, alius electus, proponitur electus a quo idoneus, nisi postulans sit duplo major numerus. Qui tamen si ignoranter indignum postulaverint, nec postulatio, nec electio valet: sed si scienter, electio tenet. h. d.*

§. 6. Et a si vacante Ecclesia, scisso in duas partes Capitulo, alius quidem electus fuerit, alius vero postulatus, quaeri potest, electione confirmanda, an vero postulatio sit admitenda? In qua specie si tam postulatus, quam electus sint idonei, responsum est: Si postulantium numerus sit eligentium duplo major, utique postulationem esse admittendam: sin id minus, electionem confirmandam. Sed si postulantes indignum necesse postulaverunt, nec postulatio, nec electio rata habenda erit: si scientes & prudentes, erit electio confirmanda.

*In confirmatione faciendi citandi sunt, quorum interese se potest. Et calumniose oppositores puniuntur. h. d.*

§. 7. Illud b etiam confirmantem observare oportet, ne dum nimia in confirmando celeritate utitur, contra doctrinam Apostoli proprium affectum juri & aequitati praerogat. Itaque si coelectus aliquis, vel contradictor appareat, ante confirmationem nominatim vocandus est: alioqui si nemo appareat in foribus Ecclesiae, in qua electio facta est, generaliter edicendum erit, ut si qui sint, qui confirmationi futurae velint opponere, ad contradicendum in assignato peremptorio termino praesentes esse debeant. Quae omnia locum habent, si concorditer electio fuerit celebrata, si non. Sciant autem ii, qui contra electionem opponendum duxerint, se, si probationibus destituti fuerint, ab omni poenitentiae praesidio exclusos, legitimis poenis esse subiiciendos.

*Potest dispensari cum electo schismatico, si nullum ordinem a schismaticis susceperit. h. d.*

§. 8. De e illo dubitari contigerit, an ejus, qui abjurato schismate ad unitatem Ecclesiae rediit, confirmanda sit electio? & responsum est: Si a schismaticis nullum susceperit ordinem, & ejus electio canonicè celebrata deprehendatur, posse illam dispensative confirmari.

*Confirmatus & nondum consecratus, exerceat solum quae sunt jurisdictionis, non quae sunt ordinis. Et nemo das quod non habet. h. d.*

§. 9. Igitur confirmatione secuta, inter electum & personas eligentium, hoc est, Ecclesiam, spirituale conjugium d. contrahitur. Quapropter confirmatus liberam super illis statuendi nanciscitur facultatem. Hoc autem sic intelligi oportet e, ut eorum quidem quae jurisdictionis sunt, ut puta, corrigendi, excommunicandi, iusjurandum exigendi, conferendi, confirmandi, & iis similia, libera confirmatio permittatur tractatio: Ea vero, quae non jurisdictionis, sed ordinis sunt, veluti Clericorum ordinationes, benedictiones virginum, depositiones, Ecclesiarum & altarium consecrationes, ante propriam consecrationem peragere prohibetur. Neque enim ratio suadere videtur, ut quis in alios id conferre possit, quo eundem indigere dignoscitur. Quod si consecratus sit, non solum quae jurisdictionis, verum etiam quae ordinis sunt, exequi poterit.

TITULUS X.  
DE CONSECRATIONE.

*Consecratio expediti debet intra tres menses post confirmationem. h. d.*

**D**ebet igitur is qui canonicè electus, confirmatus & examinatus est, novissime consecrari. Quod si quidem, ne Ecclesia Pastoris quasi destituta solatio aliquod patiat incommodum, intra tres menses post

a C. quam sit. d. elect. in 6. b d. c. quam sit. de elect. in 6. c c. cupientes. de elect. in 6. d. Cap. avaritia. de elect. in 6. e. C. vil est. in princ. extra, de elect.

a c. scriptum est. extr. de elect. b c. fin. de elect. in 6. c. c. quia diligentia extr. de elect. d. c. 2. h. sicut autem extr. de transl. Episc. c. Gl. fin. c. transmissa. extr. de elect. f. c. quod fecit. §. praeterea. & d. gl. fin. extr. de elect. g. can. 2. dist. 75.

post electionem, nisi legitimum subsit impedimentum, expediri debet: alioqui si Metropolitanus, aut si ad quos ea res pertinet, negligentes fuerint, Ecclesiasticis condemnationibus subiiciendi erunt.

*Consecrationi interesse debent ad minus tres Episcopi, alioqui non valet. h. d.*

§. 2. Ordinationi autem interesse debent, non solum Metropolitanus, verum etiam provinciales Episcopi, qui numerum faciunt trium. Nam & beatus Jacobus, qui Iustus appellatus est, a Petro, Joanne & altero Jacobo, Apostolis ordinatus est: successoribus suis scilicet formam dantibus: ut non minus quoque tribus Episcopi, cæteris quoque assensum præbentibus, Episcopus ordinetur. Quod si ab uno vel duobus Episcopis ordinatio expedita fuerit, taliter ordinatis, ut Episcopi nominentur, a sanctis Patribus interdicuntur: ergo si nomen non habent, officium qualiter habebunt? Evocandi sunt igitur a Metropolitano a Suffraganei: qui si omnes concurrunt, bene est: si aliqui convenire non possunt, sui præsentiam per epistolam facere debent.

*Archiepiscopus impeditur, consecrationem sui Suffraganei alteri committere potest.*

§. 3. Quod si Metropolitanus, vel infirmitate vel alia iusta causa ita præpediatur, ut suorum Suffraganeorum aliquem consecrare non valeat, alieni Coepiscoporum vires suas demandare poterit, a quo consecrandus munus consecrationis recipere tenebitur.

*Deficientibus Episcopis comprovincialibus, advocandi sunt Episcopi vicini provincie.*

§. 4. Illud quæsitum est, si in provincia in qua olim plures Episcopi fuerint, unum tantum remanere contigerit, quid fieri debeat, cum nec solus ordinare possit, & nullos quos convocet, habeat provinciales: De hoc in Sardienfium Concilio b statutum legitur, ut superites Episcopus convocet Episcopos vicinæ provincie, & cum eis comprovinciales sibi met Episcopos ordinet.

*Quomodo sit explicanda consecratio. h. d.*

§. 5. Congregatis & igitur hora Dominicæ lucis tertia Episcopi, & scrutinio eum precibus celebrato, duo supra caput ordinandi, Evangelii codicem tenentes, manus imponant, & uno super eodem benedictionem fundente, cæteri qui adsunt, manibus suis caput ejus tangant, atque illud una cum manibus sacro chrismate designant: quo demum peracto, Ecclesiæ Romanæ, atque ejus Pontificibus fidelitas secundum formam Gregoriani Rescripti juranda erit.

### TITULUS XI. DE RECEPTIONE ET AUCTORITATE PALLII.

*Pallii receptio non est differenda: & volens aliquid palliando objicere, debet jurare de calumnia, & intra duos menses objecta probare: alioqui tenetur ad penam salionis.*

**H**oc d amplius Metropolitanum prospicere oportet, ut pallii petitionem & receptionem non differat: cum sibi sine pallio Episcoporum consecrationem minime permittam scite debeat. Est autem Pallium Metropolitanorum insigne ornamentum, quod de corpore beati Petri sumitur, Pastoralis officii plenitudinem designans: cujus receptio, ut citius explicetur, novissime constitutum est, ne per cujusvis criminis objectionem forte palliando faciendam differri possit: nisi objicentes corporali juramento præstito firment se, nec agere quicquam callide, ac de objectis promptam fidem, hoc est, intra bimestris temporis spatium afferant, ad talionis, vel extraordinariam poenam se præsidis obliantes arbitrio, si objecta minime probaverint. Quod si contradictores ista facere renuerint, eorum objectioni-

bus nequaquam obstantibus, ad ipsius traditionem pallii procedendum erit.

*Metropolitanus solum in sua provincia, & certis diebus pallio utitur, & pallium personarum sequitur, & ideo commodari non potest.*

§. 2. Sed eo nec semper, nec ubique Metropolitanus uti poterit ( id enim soli Romano Pontifici a, dum Missarum celebrat solennia, permittitur ) verum in sua tantum provincia, ac certis duntaxat diebus. Et cum personam pallium non transeat b, nec alteri commodari poterit: & cum eo quisque sepelendus erit.

*Pleraque dicta de creatione Episcoporum, habent locum etiam in aliis Prælatibus.*

§. 3. Hæc de creandis Episcopis dixisse sufficiat: Nunc de illorum vita, ac qualis eorum debeat esse conversatio, pleraque & de cæteris Sacerdotibus intellecturi, paucis expediamus.

### TITULUS XII. DE VITA ET HONESTATE PRÆLATORUM.

**D**ebet e igitur Episcopus esse sine crimine, & cunctum populum cui præest, conversatione & innocentia præcellere. Qualis enim erit edificatio discipuli, si se magistro intelligat esse præstantiorem? Nam Episcopus instruere & admonere omnes debet: nemo autem recte monitoris personam suscipit, nisi qui moribus suis aliorum errata condemnat, Quod non solum de Episcopo, sed etiam de omnibus qui domui Dei deserviunt, intelligi oportet: quia vehementer Ecclesiam Dei destruit, meliores Laicos esse, quam Clericos: quæque in aliis membris Ecclesiæ vacant a culpa, sæpe in Sacerdotibus habentur illicita.

*Episcopus cavere debet ab improborum commercio, & in corrigendo non minus charitatem, quam severitatem exercere debet. hoc dicit.*

§. 2. Ab improborum quoque commerciis abstinebit: Majorum enim consortia bonos corrumpunt. Habebit igitur secum honesti testimonii Clericos, qui possint irreprehensibiles inveniri: & si quando illos, sive etiam Laicos inter se diffidisse contigerit, ad pacem magis, quam ad judicium compellat: inque illis corrigendis plus agat benevolentia d, quam severitas: plus charitas, quam potestas: neque dominari magis, quam consulere subditis cupiat, ne quod provifum est ad concordiam, tendat ad dissidium.

*Prælati in corrigendo debent miscere severitatem lenitate. hoc dicit.*

§. 3. Cum lenitate tamen severitas miscenda est. Nam misericordie multum demitur, si severitate omnino sit destituta: ideoque Reftorius inesse debet iuste consulens misericordia, & pie favens disciplina: ut nec in disciplina rigore benignitatem mansuetudinis, nec rursus in mansuetudine distractionem deserant disciplinæ: quodque severius castigare necesse est, non faventis plectatur animo, sed medentis.

*Prælati non debent tolerare perversos. h. d.*

§. 4. Præterea cavendum est, ne perverse agentes convivendo toleret. Culpam enim facientis habet, qui, quod potest, negligit emendare: & actori, cui non resistit, approbatur.

*Episcopus orationi debet insistere. h. d.*

§. 5. Imprimis autem orationi & prædicationi insistat: Nam præconis officium suscipit, quisquis ad Sacerdotium accedit: hinc est, quod super pastores primos in linguarum specie Spiritus Sanctus inedit. Populum itaque prædicando

a Can. 1. & seq. dist. 64. & can. 2. dist. 65. b can. fin. d. 65. c can. 1. dist. 75. d can. 1. dist. 100.

a C. ad honorem. cod. tit. ex. tr. b c. 2. cod. tit. c. can. unum orarium. vers. oportet Episc. d. 25. d can. licet plerumque. 4. dist. 85.

cando doceat, sed illa doceat, quæ a Deo ipse didicerit, non quæ illi caro, vel humanus sensus susceperit. Eapropter sacris libris iugiter insilire illum oportet: nec enim sufficit Prælati bona conversatio, nisi addatur scientia doctrinæ.

*Episcopus hospitalis esse debet & liberalis. h. d.*

§. 6. Sed & nec utramque sibi sufficere credat: nam largam quoque manum habere debet, & necessitatem patientibus subvenire, alienam inopiam suam credens. Res suas inter histriones, venatores, aut aucupes minime dispenser: pauperes potius in hospitio recipiat, & facilius exemplo suo ad hospitalitatem subditos attrahat.

*Prælati debet sobrius esse, prudens & peritus; non solum peritia literarum, verum etiam negotiorum.*

§. 7. Sobrius sit, non vinolentus: non sit percussor\*, & ad vindictam facilis: imo in omni genere rerum agendam prudentiam secum habeat: si enim mancum aut debilem sancta contingere nequaquam lex divina permittit, quanto magis domi cœlestis dispensatores esse non convenit (id quod est) mente debilitatos?

*Episcopus non debet secularibus negotiis se implicare. h. d.*  
§. 8. Sicut autem Episcopum nullo errore convenit involvi, ita nulla debet cupiditate corripi: & propterea lucri cupidus esse prohibetur, & alicui etiam honesto negotio d, ut sibi victum & necessaria querat, operam dare. Nam & Dominus negotiatores de templo verberatos expulit: & Apostolo teste, nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus.

*Pudicitia studiosus esse debet Episcopus. h. d.*

§. 9. Pudicus, & quoque debet esse, & moribus & verbis pudorem præ se ferre. Eapropter Moguntino Concilio f statutum legitur, ut nullus Sacerdos foeminas, de quibus suspicio potest esse, retineat: sed neque matrem, aut amitam, aut sororem retinebit: quia & in illis, insigant diabolo, scelus perpetratum reperitur, aut in pedissequis earum. Itaque domesticarum q quoque personarum immoderatam familiaritatem vitabit.

*Qualis quis sit interius, debet per exteriora demonstrare. hoc dicit.*

§. 10. Oportet h item Episcopum, exteriosque Ecclesiasticis officiis mancipatos, per decentiam habitus extrinseci, morum intrefecam honestatem indicare: & ideo, si præterquam ex causa urgenti, indumentis, præter ordinis ac officii decorem, præsertim publicæ, luxuriantur, illorum impudentia variis modis, non minus recentioribus, quam antiquis Pontificum decretis coercetur. In summa, cum pro populo Episcopi Suffragatores ad Deum parentur, necesse est ut omni genere virtutum ejus gratiam habere nitantur: quia cum is, qui displicer, ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora provocatur.

### TITULUS XIII. DE OFFICIO ARCHIDIACONI.

*Archidiaconus est a jure constitutus Vicarius, & quasi oculus Episcopi, & inter Clericos cognoscit, visitat, & corrigenda emendat, & ardua ad Episcopum deferit, de cujus licentia poterit etiam excommunicare. h. d.*

Quoniam vero gravis & lata est Pastoralis officii cura, recte constitutum est, ut aliqui in Ecclesia sint, qui una cum Episcopo onus ferant, & sui Prælati valeant sublevare sollicitudinem. Talis est Archidiaconus i; qui major post Episcopum, & ejus Vicarius reperitur. Cujus vigilantia & solertia usque adeo

a Dist. 36. & seq. b dist. 42. c dist. 44. in sum. & per totum. \* dist. 45. d can. 2. 21. g. 3. & per totum. e in sum. dist. 43. f c. 1. extr. de cohabit. Cl. & mal. g dist. 34. in sum. & per totum. h dist. 40. & Cl. 2. eod. tit. de vir. & honest. prælat. i c. 1. & c. ad hac nos. extr. eod. tit. & per totum. can. 1. vers. Archidiaconus. dist. 25. & can. Diaconi 11. dist. 93.

in domo Dei excubare debet, ut oculus Episcopi non immerito meruerit appellari. Eapropter debet is audire jurgia singulorum, & quæ corrigenda & emendanda viderit, corrigere & emendare. Quod si qua fuerint ita ardua, quæ per eum commode non possint terminari, ad Episcopum suum deferet. Displicet quoque ut Primitivus, Sacrista, & Custos injuncti sibi muneris sollicitudinem diligenter exequantur. Sed & tertio quoque anno, si Episcopus non poterit, universam Parochiam circumire debet, & cuncta, quæ ordinatione vel emendatione indigere viderit, secundum Canonicas sanctiones corriget: & si Episcopi auctoritas accesserit, excommunicationis etiam sententiam feret,

### TITULUS XIV. DE OFFICIO ARCHIPRESBYTERI.

*Archipresbyter est vicarius Episcopi, cura divina: & Archipresbyterorum dua sunt species. h. d.*

Non absimiles Archidiaconis Archipresbyteri habentur: nam & ii Prælati sui circa spiritualia curam sublevant a. Horum autem duplex est species: alii enim urbani sunt, alii autem exteri. Urbani sunt, qui Prælati sui absentis circa divina in urbe vicem sustinent, aut præsentis curam minuunt: ut officium inchoando, celebrando, & benedicendo, & cunctis providendo, quæ Sacerdotum ministerio perfici debent.

*Qua sit potestas foraneorum Archipresbyterorum. h. d.*

§. 2. Exteri sunt b, qui circa singulas plebes constituti, non solum vulgi sollicitudinem gerunt, verum etiam Presbyterorum, qui per minores titulos habitant, vitam jurgi circumspectione custodire debent: qui licet suis præsent plebibus, ut Episcopus Matræ præst Ecclesiæ: nihil tamen contra sui Prælati ordinare decretum audent debent.

*Obtinentes aliquam præposituram, debent etiam habere ejus præposituram ordinem. h. d.*

§. 3. Admonendi c sunt autem ii, qui præposituræ alicujus administrationem canonicè volunt obtinere, ut non solum nomen, verum etiam ordinem habere studeant. Unde d nisi qui Archidiaconatum tenent. Diaconi: aut qui Archipresbyteratum, Presbyteri intra annum fiant, amittent honorem, etiam si iusta causa prohibente Presbyteri aut Diaconi esse non poterint.

### TITULUS XV. DE OFFICIO VICARII.

*Vicarius Episcopi non potest inquirere, punire, privare beneficiis, vel eadem conferre, nisi hac specialiter sibi committantur. hoc dicit.*

Per Vicarium quoque, cum Episcopus per se ipsum deservire & residere rationabili causa prohibetur: aut præsens omnibus commode par esse non potest. Episcopalis representatur auctoritas. In quo tamen illud advertendum est, quod licet per generalem officii commissionem Vicario factam e, causarum cognitio transferatur: potestas tamen inquirendi, corrigendi, aut puniendi aliquorum excessus, seu aliquos a suis beneficiis vel administrationibus amovendi, vel beneficia conferendi (nisi specialiter concessa sit) non transferuntur.

*Habens curam animarum in diversis Ecclesiis, vel Laicus, non potest constitui Vicarius.*

§. 2. Debet autem Episcopus circumspectus esse, ne Laicum Vicarium sibi constituat. Indecorum f est enim, Laicum hominem, viros Ecclesiasticos judicare: nec in uno eodemque officio debet dispar esse professio. Quod etiam lege divina prohibetur, dicente Moyse, Non arabis in bove & asino. Inde & Honoriana constitutione cavetur g, ut Episcopus

a Can. 1. vers. Archipr. d. 25. b c. fin. eod. tit. c Cl. 2. de atar. & qual. d can. 1. dist. 60. e c. 2. & cap. seq. eod. tit. in 6. lcan. in nona aitione. 16. q. 7. g c. fin. extr. eod. tit.

Episcopus eum, qui perpetuam Vicariam obtinet, per substitutionem preventivam, vel ipsius Vicariæ ablationem compellat, ut se in Presbyterium promovendi faciat.

*A Vicario appellatur ad Archiepiscopum: Ab Archidiacono ad Episcopum. h. d.*

§. 3. Inter Vicarium autem & Archidiaconum illud interest, quod a Vicario non ad Episcopum, sed ad Archiepiscopum a: ab Archidiacono vero, nisi aliud Ecclesiarum inducat consuetudo, ad ipsam, cui immediate subjacet, Episcopum erit appellandum.

### TITULUS XVII. DE COADJUTORE.

*Ex causa datur Episcopo coadjutor, cujus datio ad sedem Apostolicam spectat. h. d.*

**A**ccidit b etiam interdum, ut pastor senio aut corporis valetudine impeditus, aut sanæ mentis consilio destitutus, super suam gregem excubias ducere non possit: capropter vir providus & honestus, illi in coadjutorem adiungendus est, per quem tam Episcopo, quam populo utiliter consulatur. Cujus datio, cum de causis majoribus esse constet, ad sedem Apostolicam, nulla obstante consuetudine, referenda est. Quod tamen sic intelligi oportet, si non in remotis partibus explicanda sit: ceterum, si procul ab Apostolica sede Episcopus impeditus deget, tunc secundum Bonifacianæ constitutionis tenorem providendum erit.

*Etiã inferioribus ab Episcopis dandus est coadjutor: & utrisque de facultatibus Ecclesiæ eris subveniendum. h. d.*

§. 2. Nec e solum Episcopo dandus erit coadjutor, sed etiam, si res exigit, inferioribus: unde, si vel Ecclesiæ Rectorem, vel Archidiaconum ita morbo aliquo contigerit impediti, ut Ecclesiasticis ministeriis, vel nullo pacto, vel non nisi eum scandalo interesse possint, eis quoque coadjutor adhibendus erit: & ita res temperanda d, ut utrique juxta facultates Ecclesiæ vitæ necessaria ministrantur.

### TITULUS XVII. DE COREPISCIOPORUM USU SUBLATO.

*Corepiscoporum usus sublatus est. h. d.*

**E**rant olim & Corepiscopi, quibus circa plurima cum Episcopi ministeriorum communis erat dispensatio: quorum tamen institutio tam in Romana sede, quam in aliis totius orbis Ecclesiis, tanquam improba & supervacanea, est penitus interdicta. e

*Matrimonium spirituale dissolvitur translatione, renuntiatione & depositione. h. d.*

§. 2. Vidimus hucusque de spiritualis foedere conjugii, quod inter Episcopum & Ecclesiam contrahitur, quod electione vel postulatione initiari, firmatione ratificari, consecratione intelligitur consummari: item de moribus, & Vicariis, & adiutoribus Episcoporum: tractemus nunc, quibus modis Episcopus ab Ecclesia remouetur: & sic quomodo tale conjugium præter mortem dissolvitur. Contingit autem id tribus modis: Translatione, Renuntiatione, & Depositione, seu degradatione: de quibus singulis videamus, ac primum de translatione.

### TITULUS XVIII. DE TRANSLATIONE.

*Translatio inducitur ex utilitate, & ex necessitate: & necessitate cessante, translatio irritatur. h. d.*

a C. Romana. de app. in 6. b C. 1. de Cl. agros. vel de bil. in 6. c Per totum tit. extr. de Cl. agros. d Cap. 1. §. presenti quoque. de Cler. agros. in 6. e C. de Corepiscopo. & seg. dist. 68.

**T**ranslationes, quæ & mutationes a concupari possunt, institutæ sunt utilitatis & necessitatis gratia. Utilitatis, cum Episcopus ab ea civitate, cui præpositus est, in aliam transfertur, in qua magis proficere posse verisimiliter existimatur. Sic olim Princeps Apostolorum de Antiochena civitate se Romam transtulit, ut scilicet ibidem copiosius proficere posset. Necessitate b vero nonnunquam Episcopatum sedium mutationes fieri solent, hostium urgente metu. Sed hoc casu, si civitatem, de qua effugerit Episcopus, ab hostibus liberari e, & ad priorem statum contingerit revocari, ad eam expulsus revertetur.

*Episcopo transferre, ad solum Romanum Pontificem perinet. h. d.*

§. 2. Sciendum est autem Episcoporum translationes, non etiam inferiorum, ad solum Apostolicæ sedis Aristokratem certissima ratione pertinere d: neque super his matrimonii quicquam præter ejus assensum immutari debere, aut posse. Quod obinet non solum, si Episcopus est consecratus, verum etiam si tantum canonicè fuit electus, & confirmatus: Cum ( ut supra diximus ) post electionem & confirmationem, inter personas eligentium & electi, conjugium fit spirituale contractum.

*Qui propria auctoritate se ad aliam Ecclesiam consulere, & habita carebit, & ambita. h. d.*

§. 3. Ea propter e quicumque avaritia ducti, aut ambitione impulsu, Ecclesiæ suæ mediocritate despecta, ad majorem sese plebem propria auctoritate transtulerint, a cathedra repelli debent aliena, & carere propria: ut nec illis præsideant, quos per superbiam spreverunt: nec illis, quos ob avaritiam vel ambitum concupiverunt. Sicut enim vir f non debet adulterare uxorem suam: ita nec Episcopus temere Ecclesiam, ad quam electus fuit, relinquere, ut alteri sese jungat, etiam si a populo fuerit attractus.

*Quod constitutum est in Ecclesiis Episcopalibus, trahitur etiam ad Ecclesias inferiores. h. d.*

§. 4. Non absimilis Juris ratio obinet in Presbyteriis g, & ceteris infra Episcopalem dignitatem constitutis. Nam si vel qualibet causa, propria quis auctoritate h cum altero suum beneficium permutare voluerit, uterque proprii beneficii facturam faciet. Beneficiorum enim & præbendarum permutationes generaliter fieri prohibentur i: præsertim pactione præmissa, quæ circa spiritualia, vel spiritualibus annexa, semper labem simoniæ continet: licet possit Episcopus de uno loco ad alium aliquos transferre, ut qui uni loco minus sunt utiles, alibi se valeant utilius exercere.

*Si permutatio beneficiorum completa est ex una parte, & per alteram stat quo minus impletur, restituitur pars ad suam beneficium. h. d.*

§. 5. Subventum k tamen est ei, qui de permutatione cum alio habito tractatu, præbendam suam cum resignasset, ab alio qui cum permutationis tractatum habuit, & qui postea suam resignare recusat, deceptus est: cum enim deceptis, & non decipientibus Jura subveniant, licet is qui renuntiaverit, a se beneficium abdicasse videatur, tributatum tamen est simplicitati venia, constitutumque ut ad resignatum beneficium reverti possit.

*Collatio de beneficiis causa permutationis vacantibus, facta aliis quam permutationibus, non tenet. h. d.*

§. 6. Et generaliter, ne concessione Juris utentibus, præsertim circa spiritualia, illudatur, si qua beneficia ex causa

a Can. mutationes. 7. q. 1. b can. scias frater. & seg. d. 7. q. 1. c can. pastoralis officii. d. 7. q. 1. d can. 2. & fin. extr. eod. tit. de translat. Episc. e C. quando. extr. eod. tit. f can. sicut vir. 7. q. 1. g can. sicut alterius. in fin. d. 7. q. 1. h Cap. cum olim magister. extr. de rerum permutat. i Cap. quæsitum. extr. de rerum permutat. k Cap. cum universorum. extr. de rerum permutat.

causa permutationis aliquibus resignata, aliis quam ipsis permutare volentibus conferantur, nullius firmitatis erit ipsa collatio.

*Non obstantibus expectationibus, beneficiorum permutatio fieri potest. h. d.*

§. 7. Quinimo a si in dioecesi aliqua quidam forte auctoritate Apostolica beneficia proxime vacatura expectent, illi tamen qui secundum formam Juris sua beneficia in eadem dioecesi ad ordinarii collationem spectantia, libere ac sine fraude in manibus Episcopi resignaverint, non nisi ex causa permutationis resignaturi, ab hujusmodi expectationibus circa faciendam permutationem minime impediuntur.

T I T U L U S XIX.  
DE RENUNTIATIONE.

*Quid sit Renuntiatio, & quibus ex causis possit renuntiari. hoc dicit.*

**P**er renuntiationem quoque quis ab Ecclesia sua remouetur. Est autem Renuntiatio, juris proprii spontanea refutatio. Ea vero propter quae Episcopus potest cedere licentiam postulare, haec ferme habent b, conscientia criminis, debilitas corporis, defectus scientiae, malitia plebis, grave scandalum & irregularitas personae.

*Quale debeat esse crimen, ob quod renuntiari possit. h. d.*

§. 2. Propter e conscientiam criminis, cedendi potest licentia postulari, non cujuslibet, sed duntaxat illius, propter quod ipsius officii executio post peractam poenitentiam impeditur.

*Qua debilitas corporis renuntiandi causam praebeat. h. d.*

§. 3. Non ab similibus d juris ratio in debilitate corporis obinet: nam non quolibet, sed solum illa legitimam renuntiandi praestat causam, per quam quis ad exequendum officium pastorale redditur impotens: cum inter dum non plus horretur femilis debilitas aliquem cedere, quam maturitas, quae in senibus esse solet, quem in suo suadeat officio permanere.

*Magnus defectus scientiae tribuit legitimam causam renuntiandi. h. d.*

§. 4. Propter e defectum quoque scientiae plerumque potest quis petere cessionem: quia cum illa circa spirituale administrationem sit potissimum necessaria, & circa curam temporalium opportuna, Praesul, qui in utriusque commissam sibi debet Ecclesiam regere salubriter, ei renuntiat, si quomodo ipsam regere debeat, ignoret. Quamquam autem desideranda sit eminent scientia in pastore, in eo tamen mediocri tolerari potest: quia imperfectum scientiae potest supplere perfectio charitatis.

*Malitia plebis iustam tribuit renuntiandi causam: item vitatio scandali. h. d.*

§. 5. Propter malitiam f quoque plebis cogitur interdum Praelatus ab ipsius regimine declinare: veluti, quando plebs tam dura cervicis existit, ut apud ipsam amplius proficere non possit. Item pro gravi scandalog vitando, cum aliter sedari non potest, licet Episcopo petere cessionem, ne plus temporalem honorem, quam aeternam videatur affectare salutem.

*Ob irregularitatem potest renuntiari. h. d.*

§. 6. Item h ob irregularitatem: puta, si bigamus. Quod si forte de legitimo matrimonio non sit natus, licet hujusmodi irregularitatem subterfere non poterit, si tamen & culpa laet, & causa, cum eo qui suum laudabiliter implevit officium, injuncta sibi competenti poenitentia, poterit non minus utiliter quam misericorditer dispensari.

a C. unic. de rerum permut. in 6. b C. nisi cum pridem. extr. cod. tit. c. d. c. nisi. §. propter. extr. cod. tit. d. d. c. nisi. §. alia vero. e d. c. nisi. §. pro defectu. f c. nisi §. propter malitiam. g d. c. nisi. §. pro gravi. h d. c. nisi. §. persona.

Jur. Can. Tom. II.

*Gratia laboris fugiendi non potest renuntiari. h. d.*

§. 7. Caeterum a ob alias causas renuntiationem affectantes audiendi non sunt: dum forte aliqui laboris angustias declinantes, ad ocium, aduersus gloriosi Pontificis exemplum, aspirare contendant.

*Episcopus qui semel ad vitam Monachalem transiit, non potest rursus ad Episcopalem dignitatem reuerti. h. d.*

§. 8. Accidit autem interdum, ut Episcopus humilitatis & poenitentiae causa, ab Ecclesia sua remoueat: quod tunc contingit, cum quis Apostolica concessione ab Episcopali sede ad Monachalem descendit subjectionem. Quo casu alius in locum ejus subrogari poterit: ille vero resurgere, Constantinopolitano b Concilio ventante, nequaquam valebit.

*Impeditus administrare Episcopatum, & propterea factus Monachus, cessante impedimento, potest reuerti ad Episcopalem dignitatem.*

§. 9. Caeterum c speciales quidam casus inveniuntur, in quibus, praedicto Concilio non obitante, is qui vitam Monachalem elegit, rursus licite potest ad Episcopatum assumi. Si enim quis, perfectionis rabie saeviente, vel praepeditus aduersa valetudine corporis, cum proficere nequeat in regimine pastoralis, de superioris auctoritate ad Monasticam vitam descendat: perfectionis vel aegritudinis impedimento cessante, ad Episcopalem poterit resurgere dignitatem. Idem Juris est, si quis propter doctrinae defectum, locum regiminis deferens, auctoritate Apostolica ad ocium se contulerit Monachale: nam si per exercitium lectionis, scientiae reperit margaritam, proculdubio de nouo vocatus ad Cathedram pastorem redire poterit.

*Affectus Episcopatum simoniace, sed igneantur, si fiat postea regularis, licet ad primum reuerti non possit, alium tamen Episcopatum consequi potest.*

§. 10. Rursum d si quis infans cupiditate parentum fuerit Episcopatum adeptus, & hoc comperto de licentia superioris illum dimittens, observantiam elegerit regularem, etsi ad Ecclesiam eandem redire nequeat, ad aliam tamen promoveri poterit, Constantinopolitani Concilii constitutione non obitante: quam tunc obtinere oportet, cum poenitentiae causa, quam Episcopatum retinens peragere non valebat, vitam quis elegerit Monachalem.

*Ad eum fieri debet renuntiatio, ad quem spectat confirmatio. h. d.*

§. 1. Abbas quoque, qui Romanae immediate subditus est Ecclesiae, nisi licentia a Romano Pontifice legitime impetrata, sui regiminis oneri renuntiare minime poterit: quod si Episcopo subjectus sit, cum ejusdem permissione locum suum licito jure poterit relinquere. Et hoc generale est in praebendis, & caeteris minoribus beneficiis, ut apud eum fieri debeat renuntiatio, ad quem pertinere dignoscitur confirmatio: ex quo apparere poterit, quod resignatio facta Laico f, nullam Juris obinet firmitatem.

*Papa potest renuntiare Papasui. h. d.*

§. 12. De Romano g Pontifice quaesitum est, an, quia nullum habet superiorem, in quibus manibus renuntiare possit, Pontificatus ex causa cedere valeat? & super hoc Coelestinus V. haesitationis cujuslibet volens occasionem amputare, & statuit & decrevit, Romanum Pontificem posse libere resignare.

*Per procuratorem renuntiare potest, & quatenus valeat renuntiatio facta a procuratore reuocato. h. d.*

§. 13. Potest h autem quis non solum per semetipsum resignare, verum etiam per procuratorem: qui, si ad ce-

den-

a Diff. c. nisi. §. verum. b can. hoc nequaquam. 7. q. 2. c. post translationem. §. caeterum. extr. cod. tit. de renunt. d. d. c. post translationem. §. rursus. cod. tit. e cap. fin. ubi gl. extr. cod. tit. f. c. quid in dubiis. extr. cod. tit. g. c. 1. de renuntias. in 6. h. Clem. unic. cod. tit.

dendum Pontificali aut alii cuilibet dignitati vel beneficio, sponte ac libere constitutus fuerit, si postmodum ignorans revocatus fuerit, tenebit cessio per eum facta, antequam ad ipsius procuratoris, vel illius in cuius manibus cessio fuerat facienda, notitiam revocatio huiusmodi fuerit deducta: nisi forte per ipsos, aut alios dolo malo factum fuerit, quo minus ad eos, vel eorum alterum, ante cessationem revocatio perveniret.

*Qui impetravit cedendi licentiam, compellitur renuntiare. hoc dicit.*

§. 14. Aliud juris est, si qui cedendi licentia cum instantia postulata, atque ea obtenta, levitate forte cedere pratermittant: eos enim ad cedendum compellendos esse generali Concilio a statuitur.

## TITULUS XII. DE DEPOSITIONE, SEU DEGRADATIONE.

*Spirituale conjugium dissolvitur per degradationem. h. d.*  
**P**er degradationem quoque conjugium Ecclesie & Episcopi dissolvitur. Nihil enim est aliud degradare, quam de gradu dejicere: quod institutum est ad similitudinem b exauctorationis ejus qui militia deservit armata: cui tam militaris ordo, quam etiam insignia ob delictum detrahuntur.

*Duplex est degradatio, verbalis & actualis. h. d.*

§. 2. Est autem degradatio duplex, verbalis scilicet & actualis. Verbalis degradatio est, cum ab eo, qui auctoritatem habet, assistente certo Episcoporum numero, depositionis fertur sententia: Actualis vero, sive soleennis est, cum non solum fertur sententia, verum etiam ab eo qui degradandus est, vestes & singula insignia sui ordinis gradatim auferuntur. Cujus ordo ac series latissime Bonifaciana constitutione d demonstratur.

*Proprius solum Episcopus potest deponere constitutos in minoribus ordinibus: secus in majoribus. h. d.*

§. 3. Quod e autem dictum est, Episcoporum numero assistente, sic intelligi oportet, si de Episcopo, aut illo degradando agatur, qui sit in majoribus ordinibus constitutus. Ceterum si de iis agatur, qui minoribus tantum insigniti sint, proprii Episcopi sententia, absque ullo eorum Episcoporum f interventu, satis erit.

*In degradatione Sacerdotum ob causam hæresis potest procedere solus Episcopus delinquentium, cum suis minoribus Prælati. h. d.*

§. 4. Quinimo interdum etiam si Presbyter, vel in facris constitutus degradandus fuerit, plurtum Episcoporum interventus necessarius non erit: nam tales si pro hæresi g seculari curiæ tradendi vel perpetuo immutandi sint, quia Episcoporum numerus facile convenire non potest, solus Episcopus, convocatis Abbatibus & aliis Prælati, virisque suæ diocesis pietate ac bonis artibus instructis degradare poterit.

*Degradatus traditur curiæ seculari, & pro eo debet Ecclesia intercedere, & degradatus se miscens sacris, excommunicatur. hoc dicit.*

§. 5. Clericus igitur ob grave flagitium degradatus, cum ab Ecclesiastico foro fuerit projectus, seculari curiæ traditur puniendus. Unde celebranda h erit talis degradatio seculari præsentem potestate, & cum perfecta fuerit, pronuntiandum, ut secularis Judex degradatum, tanquam clericali privilegio exutum, in forum suum recipiat puniendum: pro quo tamen Ecclesia debet intercedere, ut circa mortis periculum in eam sententiam moderetur: & si impetraverit, & degradatus poenæ superstes fuerit,

ab administratione sui ordinis debet abstinere. Quod si cingulo militiae cœlestis exauctoratus, ausu temerario sibi dudum commissum audebit in posterum atrectare ministerium, etiam ab Ecclesia ex canone Apostolorum erit abscondendus.

## TITULUS XXI.

### DE SACERDOTIBUS IN INFERIORI GRADU CONSTITUTIS.

*Sacerdotes inferioris gradus, sunt Presbyteri: nec sufficit aliquid obiter tractatum esse. h. d.*

**N**unc descendamus ad Sacerdotes in inferiore gradu constitutos: subsequenter postea de iis dicturi, qui licet Sacerdotes non sint, in sacris tamen constituti reperiuntur: ac demum de his, qui circa humilia in domo Dei necessarium ministerium exhibent, qui in minoribus ordinibus dicuntur constituti: de quibus omnibus, si quid superius locuti fuimus, obiter potius quam ex professo locuti fuimus. Inferiores Sacerdotes sunt Presbyteri.

*Sacerdotum in duas classes divisio, sumptis originem tam a Testamento Veteri, quam Novo. h. d.*

§. 2. Et a non inelegerat Sacerdotes in duos ordines distributi esse videntur: Hæc enim discretio, tam in Veteri Testamento a Deo per Moysen sumptis exordium, qui ex præceptis Domini Aaron in summum Pontificem, filios vero ejus inunxit in minores Sacerdotes: quos etiam in Novo ab ipso Christo, qui duodecim Apostolos, tanquam majores Sacerdotes, Septuaginta duos quasi in minores instituit: Petrum vero quasi summum Sacerdotem elegit, dum ei præ omnibus claves regni cœlorum tribuit.

*Presbyteri & Episcopi olim erant iidem: sed in remedium schismatis, de Presbyteris unus electus est, qui Episcopus dicitur. hoc dicit.*

§. 3. Presbyterum b autem & Episcopum sunt, qui eandem olim extitisse affirmant, & aliud ætatis, aliud dignitatis fuisse nomen. Sed cum multi in singulis Ecclesiis Presbyteri constituti essent, in remedium schismatis e factum esse, ut per illos unus eligeretur, qui cæteris esset præponendus: electum autem Episcopi retinuisse nomen, eligentes Presbyterorum: quorum erga Episcopos usque adeo crevit honor, ut illis tanquam filii coeperint obedire, nec jam pro Sacerdotibus habeantur, qui sub nullius Episcopi disciplina & providentia gubernantur.

*Presbyter appellatur potius a prudentia, quam ab annis. hoc dicit.*

§. 4. Presbyteri d vero nomen, quanquam a senectute sit sumptum, magis tamen sapientie indicat maturitatem, quam corporis canitiem.

*Qua sit Presbyteriorum potestas, & auctoritas. h. d.*

§. 5. Episcopi e igitur ac Presbyteri non penitus est assimilata circa sacra ministerium dispensatio: illorum enim, quæ gerere potest Episcopus, quadam Presbyter suo jure, quadam illius permissione exequitur, quadam vero nullo pacto potest attingere. Proprio jure Presbyter, Domini corporis f ac sanguinis consecrationem, etiam Episcopo præsentem celebrat, infantes baptizat g, sanctificato oleo inungit, benedicit, & de oculis peccatis poenitentes, vel in extremis agentes ad gratiam reconciliationis admittendi potestatem habet. Episcopo permittente h, aut ultima

cogen-

a C. quidam cedendi. enrr. cod. vis. b. c. 2. §. actualis. de pœnis in 6. c. d. cap. 2. §. verbalis. de pœnis in 6. d. d. cap. 2. e canon. si quis tumidus. x. qu. 7. f canon. si autem. in fin. d. 15. qu. 7. g canon. 1. de hæres. in 6. h canon. novimus. enrr. de verber. significat.

a Dist. 21. in summ. & per totum. b can. 1. §. unde & apud. 21. dist. c can. olim idem. dist. 95. & can. legimus. dist. 93. d can. quisquis. §. Presbyteros. dist. 84. e can. quamvis dist. 68. f d. canon. quamvis. & canon. 1. §. ad Presbyter. 25. dist. 68. g canon. confus. baptisma. de consecrat. dist. 4. h canon. 1. & seq. 26. qu. 6. & can. Presbyteris. de consecrat. dist. 4.

eogente necessitate, & baptizatos sacros linire chrismate, & virgines Deo dicare, Presbyteris conceditur. Ecclesiis vero exigere, consecrare, reconciliare, sacrum chrisma conficere, Clericos ordinare, excommunicare, poenitentes publice reconciliare, solis Episcopis reservatur. \*

**T I T U L U S XXII.**  
**DE IIS, QUI IN SACRIS SUNT**  
**CONSTITUTI.**

*In sacris constituti sunt Diaconi & Subdiaconi: & Diaconi debent Episcopum custodire, Sacerdotibus celebrantibus assistere, Novum Testamentum predicare: Eucharistiam vero presente Episcopo vel Presbytero, populo erogare non possunt. h. d.*

Sicut autem Episcopis Presbyteri, ita etiam h utriusque debent obedientiam Diaconi: ad quos Episcopum predicantem ab insidiis custodire pertinet, ne aut ipse quoquo modo ledatur, aut divina verba per detractores polluantur. Sacerdotibus quoque celebrantibus c in omnibus assistent. Evangelium ad populum predicant. Sed nec baptizare d presente Episcopo, aut Presbytero, nec Dominici corporis Eucharistiam populo erogare audent debent, nisi praedictis omnibus longius fortasse constitutis, necessitas ad id extrema eos compellat.

Primitiva Ecclesia non habuit Subdiaconos, & apud antiquos Subdiaconatus non reponebatur inter sacros ordines: sed postea h is ordo inter sacros coepus est haberi: & Subdiaconus potest eligi in Episcopum. h. d.

§. 2. Subdiaconos e licet & Ecclesia primitiva legatur habuisse, talis tamen ordo apud antiquos inter sacros non annumerabatur: paulatim tamen post aliquot temporum curricula coepus est & Subdiaconatus inter sacros ordines reponi, eisque ad similitudinem tam Presbyterorum, quam Diaconorum continentia fuit imperata. Cumque a multis, an in Episcopum Subdiaconus eligi valeat, haesitaretur, novissime g post Urbanum Innocentii processit constitutio, quae, ut is quoque in Episcopum libere eligi valeat, declaravit ac statuit.

*Circa qua versetur officium Subdiaconi. h. d.*

§. 3. Diaconum h igitur Subdiaconus subsequitur: ad quem calicem & patinam ad altare deferre pertinet, & Levitis tradere, eisque ministrare. Urceolum quoque, & aquam, mantile, & manutergium tenere, Episcopo, Presbyteris, & Levitis pro lavandis ante altare manibus aquam praebere.

Subdiaconus potest quis ordinari in decimo octavo anno, Diaconus in vigesimo, Presbyter in vigesimo quinto. h. d.

§. 4. Sicut autem Subdiacono minus creditur, quam Diacono: & Diacono minus, quam Presbytero committitur: ita ad Subdiaconatum minor aetas, quam ad Presbyteratum suffragatur. Poterit igitur hodie i quis, nisi aliud Canonicum obsit impedimentum, decimo octavo nato anno ad primum sacrum ordinem, vigesimo ad secundum, ad Presbyteratum vigesimo quinto promoveri.

Proprie Sacerdotes appellantur, qui Eucharistiam conficiunt, improprie etiam Diaconus & Subdiaconus.

§. 5. Diximus autem Diaconus & Subdiaconum non esse Sacerdotes, proprietatem sermonis attendentes. Proprie k enim Sacerdos is est appellandus, cui sacrificium corporis & sanguinis Domini in altari conficere permittitur. Caeterum & ipsi interdum Sacerdotes appellantur,

sed per abusionem. Vidimus haecenus de iis, qui in majoribus sunt ordinibus constituti: nunc videamus de iis, qui in Ecclesia Dei minoribus sunt ordinibus insigniti.

**T I T U L U S XXIII.**  
**DE IIS, QUI SUNT IN MINORIBUS**  
**ORDINIBUS CONSTITUTI.**

*Minores ordines sunt Acolythus, Exorcistatus, Lecturatus, & Ostiariatus. h. d.*

Sunt igitur in Ecclesia alii minores ordines, qui sine sacramentali unctione, sola Episcopi benedictione, cum quadam vasorum vel indumentorum distributione, praestantur: ut sunt, Acolythus, Exorcista, Lector, Ostiarius. Acolythus a est is, ad quem praeparatio luminum, & qui cereum ( a quo nomen quoque dicit ) deferre debet, quique suggesta pro Eucharistia Subdiaconis praeparat. Exorcista b is est, qui exorcismos memoriter retinere debet manusque super energumenos & catechumenos in exorcizando imponere. Lector c autem is appellatur, qui lectiones debet pronuntiare, & ea, quae Propheta vaticinati sunt, populis praedicare. Ad Ostiarium d pertinent claves Ecclesiae, ut claudat & aperiat templum Dei, & omnia quae sunt intrae, custodiat, fideles recipiat, excommunicatos & infideles provido iudicio repellat.

Psalmistatus est minor ordo, & potest conferri a solo Presbytero. h. d.

§. 2. Est & Psalmista, id est, Cantor, qui absque scientia Episcopi e, Presbytero solum iubente, officium suscipit cantandi: qui & ipse, licet apud antiquos dubitatum fuerit, inter minores ordines coepus est annumerari f.

Constituti in majoribus ordinibus nullo pacto matrimonium contrahere possunt, sed constituti in minoribus possunt: sed si contrahant, privantur beneficiis & dignitatibus. Ecclesiasticis. h. d.

§. 3. Horum aetatem & sacrorum valde dispar est conditio: siquidem illis ita est continentia imperata g, ut nunquam ad matrimonium aspirare valeant: his autem, si ad superiores ordines provehi noverint, matrimonium contrahere minime interdicitur: sed eo casu non solum ad sacros ordines, & Ecclesiasticas dignitates, & administrationes admittendi non sunt: sed etiam h beneficiis, quaeque forte habuerint, privandi erunt: nam nec ea sine pravo exemplo possunt & graviscandalo retineri i: & tales bona Ecclesiastica dilapidare solent.

Hucusque singulariter tam de majoribus ordinibus, quam de minoribus breviter tractatum fuit: exponamus nunc aliqua, quae tam majorum ordinum, quam minorum, sunt communia.

**T I T U L U S XXIV.**  
**COMMUNIA TAM MAJORUM, QUAM**  
**MINORUM ORDINUM.**

*Minores debent majoribus exhibere reverentiam, majores vero minoribus amorem & charitatem.*

IN primis admonendi sunt ii, qui minori sub ordine constituti sunt & officio, ut his, qui aut ordine praecellent, aut officio, reverentiam & oedientiam k exhibeant, nec per temeritatem alter alterius partes sibi vendicat. Majores quoque meminerint, se majores esse, non dominos: & ob id inferioribus non tanquam subditis do-

a d. canon. quamvis. dist. 68. & canon. 1. vers. ad Episcopum. 25. dist. b canon. Diaconi septem. §. ut igitur. dist. 93. & canon. seq. canon. 1. vers. ad Diaconum. dist. 25. d canon. constat baptisma. de consecrat. dist. 4. c. a multis extr. de arate & qualitas. f. canon. 1. dist. 28. g d. c. a multis. extra. de arat. & qualis. h canon. 1. vers. ad Subdiac. dist. 25. i Clem. fin. e a. tat. & qualis. k canon. 1. vers. Sacerdos, dist. in 21.

a Canon. 1. §. ad acol. dist. 25. b d. canon. 1. §. ad exorcistam. c d. canon. 1. §. ad lectorem. d canon. 1. §. ad ostiarium. e canon. Psalmista. d. 23. f gl. in vers. Psalmista. canon. 1. 21. dist. & canon. 1. vers. ad Psalmist. 25. dist. g dist. 26. & 32. per totum. h c. 1. c. quod ad & cap. diversis. extr. de Cl. de Cl. conjug. i c. cum decorem. extr. de Cleric. conjug. k canon. a Subdiacono. dist. 97. gl. 2. c. ad aures. extr. de temp. ordin.



dominentur, sed quasi Clericos honorent, & diligant; & tales sint, qui non solum præsent, verum etiam profitentur.

*Ordinatores debent instruere ordinandos in divinis.* h. d.

§. 2. Item sub gravi ultionis comminatione ex ordinatione generalis Concilii debent Episcopi promovendos in Sacerdotes per se ipsos, vel alios idoneos viros super divinis officiis, Ecclesiasticisque sacramentis diligenter instruere, & informare. sanctus a enim (inquit) est paucos bonos, quam multos malos habere ministros: quia, si cæcus cæcum ducat, ambo in foveam dilabentur.

*Ordinationem precedere debet diligens scrutinium.* h. d.

§. 3. Præcedet autem ordinationem diligens scrutinium, nec nisi qui e tam verbo fidei, quam recte conversationis exemplo, Episcoporum vel populari testimonio probantur, ad ordines admittendi erunt. Ordinatus itaque accipiat secum divinæ legis peritos Sacerdotes, & in Ecclesiasticis sanctionibus exercitatos, qui ordinandorum genus, patriam, artem, locum ubi ordinati sunt, si literas callent, si instructi in lege Dei, & ante omnia diligenter investigent, si fidem Catholicam diligenter teneant.

*Examinandus debet precedere collationem beneficiorum.* h. d.

§. 4. Quod e in beneficiorum collationibus observandum erit, qui enim beneficiis Ecclesiasticis præficiendi fuerint, a suo prius Archidiacono examinari debent, & per ipsum postmodum Episcopo præsentari.

*Tam simoniace ordinatus, quam ordinans, sunt puniendi,* hoc dicit

§. 5. Ipsi vero quibus talis cura committitur, cavere debent, ne aut cuiusquam gratia, aut cuiuscunque numeris cupiditate illecti, a vero deviant, ut indignum, & minus idoneum, aut non examinatum ad sacros gradus suscipiendos Episcopos præsentent. Quod si aliter fecerint, & qui indigne accesserint, ab altari removebitur, & qui eorum Sancti Spiritus vendere conati sunt, coram Deo jam condemnati, Ecclesiastica dignitate carebunt.

*Qua tempora in ordinationibus servari debent.* h. d.

§. 6. Igitur e per tres continuos dies diligenter examinentur, & demum sabbatho, qui probati sunt, Episcopo præsententur: Qui tamen secundum diversitatem ordinum, temporis quoque servabit diversitatem: non enim omnes ordines, quibuslibet temporibus conferri possunt: nam Dominicis & aliis festivis diebus unum, aut duos, ad minores licebit promovere, sed ad Subdiaconatum, nulli Episcoporum, præterquam Romano Pontifici, licet aliquos ordinare, nec alicuius loci contraria est admittenda consuetudo. Quod si i torte secus factum fuerit, ordinans quidem potestatem privandus est ordinandi; & ordinatus cum characterem k minime dubitetur recepisse, penitentia tantum prævia in susceptis ordinibus ministrare sustinendus erit.

*Nec uno, nec duobus diebus continuato jejuniis duo sacri ordines conferri possunt.* h. d.

§. 7. Sed nec uno die, nec duobus continuato jejuniis ad duos quis potest sacros ordines promoveri, arbitratie ordinanti suspensionis imminente poena.

*Minores ordines omnes simul conferri possunt.* h. d.

§. 8. Diversum m statuitur de minoribus, qui omnes vel unica die conferri possunt.

*Cum promotus per saltum potest, prætermissa ordine repetito, dispensari.* h. d.

§. 9. Per a saltum vero si promotus fuerit quis solentiter ordine prætermissa, ex misericordia ministrare permissus erit.

*Promotus ad sacros ordines furtive contra prohibitionem Prælati, non potest fieri Sacerdos, nisi prius fuerit monasterium ingressus, secus si non contra prohibitionem, quia tunc potest Episcopus pro arbitrio dispensare, & qui non ordinatus se miscuit divinis, nunquam poterit ordinari.* h. d.

§. 10. Quod si b furtive ad sacros ordines quis irrepperit, dispiciendum erit, an Prælati sub anathemate præcesserit interminatio: tunc enim nulla ratione ad sacerdotalem poterit ordinem promoveri, nisi regulari habitu suscepto laudabilem aliquamdiu duxerit vitam: quo casu secum misericorditer dispensari poterit: alioquin nulla præcedente inhibitione, condigna satisfactione imposita, pro suo arbitrio cum illo poterit Episcopus dispensare. Quod si is, qui nullam adhuc penitus attigit ordinem e, divinum aliquod officium exercuerit, & ab Ecclesia esse abjiciendus, & nunquam ordinandus.

*Qui nondum baptizatus ordinatus est, debet baptizari, & rursus ordinari.* h. d.

§. 11. De eo qui non baptizatus ordines suscepit, valde dubitatum est: de quo post multam tandem discussionem obtentum & consilium fuit, ut baptizetur, atque iterum ordinetur: & merito: cum enim baptismus e omnium sacramentorum janua sit & fundamentum, superedificari non potuit, ubi fundamentum defuit.

*Sacros ordines tantum Episcopus confert, minores interdum & alii: & Episcopus qui loco, non dignitati renuntiavit, sacros ordines conferre potest: secus, si etiam dignitatem, quia tunc solum minores confert.* h. d.

§. 12. Illud postremo omnittendum non est, quod inter minores & sacros ordines illa est differentia, quia majores ab Episcopis, minores vero etiam ab aliis quandoque conferuntur. Unde de eo quaesitum est, qui Episcopatum renuntiasset, an & quales ordines conferre posset? in qua specie obtinuit distinctio, ut si quidem loco tantum quis renuntiasset, eos quos ante renuntiationem poterat, rogatus conferre possit. Quod si non solum loco, verum etiam dignitati renuntiavit, minores tantum quis ab eo recipere, & in illis deservire, & ad majores, si reperitur idoneus, poterit promoveri. Sane si ab eodem sacros ordines scienter quis receperit, quia indignum se fecit, officii non habebit executionem: ubi autem non scienter (nisi crassa & supina fuerit ignorantia) discretus Pontifex dispensare poterit.

#### TITULUS XXV. QUI PROMOVERI NON POSSUNT.

*Ponis quatuor casus sine respectu, ob quos prohibentur homines ordinari.* h. d.

**Q**uoniam vero præcaveri debet, quod vel infirmari, vel vituperari potest: sciendum est, quosdam esse, qui non sunt ad Ecclesiasticos ordines admittendi, quod fieri contingit quatuor ex causis: aut enim quis promoveri impeditur ratione subjectionis, aut ratione delicti jam patrati, aut suspitione futuri lapsus, aut ob contractam læsionem.

*Servus & liber servus non possunt ordinari, & servus ordinatus scienter domino sit ex hoc liber & ingenuus.* h. d.

§. 3. Ratione subjectionis e promoveri impediuntur servi: eos enim, nisi a dominis libertatem consecuti fuerint, nullo debet ordine Episcopus insignire: liber enim esse debet, qui divine aggregandus est militia. Quapropter non solum servi, sed nec qui retento obsequio manu-

a Can. sales. dist. 23. b Extr. de scrutinio in ord. faciend. c can. 1. & can. Episcopi. dist. 24. d can. quando Episcop. d. dist. 24. e can. ad hoc nos ver. & hoc idem. extr. de offic. Archid. f can. quando Episcopus §. ipsi autem dist. 24. g d. can. quando Episcopus §. igitur. h c. 1. 2. & 3. extr. de temp. ordin. i c. dictus filius extr. de temp. ord. k c. pen. eod. tit. l. c. liberas. extr. de temp. ord. m. c. de sud. extra, de temp. ordin.

a C. 1. dist. 52. & c. unic. de Cleric. per salt. prom. b c. 1. & seq. extr. de eo qui sur. ordin. susce. c cap. 1. & seq. extr. de Cler. non ord. ministr. d c. 1. extr. de Presbyter. non baptiz. e Gloss. 2. d. c. 1. f c. 1. extr. de ord. ab Episc. g c. 1. & seq. extr. de servis non ordin.

manumissi sunt, cum adhuc servitutem quandam servire videantur, sunt ad Clericatus ordinem promovendi: quod si contra factum fuerit, tam ordinantis, quam ejus qui sacro præcinctus est cingulo, canonicis pœnis coercenda est audacia. Si tamen servus scientie domino fuerit ordinatus, ex hoc liber erit & ingenuus.

*Manumissus ab Ecclesia, ut eidem serviat in divinis, non potest se transferre ad aliam Ecclesiam: secus si simpliciter fuerit manumissus. h. d.*

§. 1. Quod si a quis Ecclesiæ servili conditione obnoxius, ab eadem manumittatur, ut insignitus ordine clericali in ea perpetuo serviat in divinis, liber factus & ordinatus, ad aliam se transferre non poterit: sed si absolute manumissus fuerit, ad aliam transfundi non erit licentia deneganda.

*Monachi non ordinantur, nisi de licentia Abbatis.*

§. 4. Monachi b quoque, nisi de sui fuerint Abbatis voluntate præpositi, ad Ecclesiastica non sunt officia promovendi.

*Licentia concessa a superiore religioso, ut possit consentire provisioni de se facta, non valet. h. d.*

§. 5. Strictius v adhuc agitur cum religiosis, non solum circa ordines, sed etiam circa electionem, vel provisionem quamlibet: si cui enim a superiore suo licentia concedatur, ut electioni, vel provisioni, si quam de ipso fieri contigerit, suum accommodare possit consensum, quia ambitionis vitio viam parat talis licentia, nullius firmitatis existit.

*Non potest quis ab extraneo Episcopo ordinari, nisi de licentia sui ordinarii: quam concedere poterit etiam Vicarius & Capitulum, si sedes vacat, vel qui administrat. h. d.*

§. 6. Pari d ratione constitutum est, ne quis alienæ diocesis virum præter proprii superioris licentiam ordinare audeat: quam tamen Episcopo in remotis agente, dante poterit ipsius in spiritualibus Vicarius generalis, vel sede vacante Capitulum, seu is ad quem tunc temporis administratio spiritualium noscitur pertinere.

*Itali Episcopi, non debent ordinare Ultramontanum, nisi de Licentia Papa, vel sui ordinarii h. d.*

§. 7. Et e hoc quidem non solum obtinet Italis ordinari flagitantibus, verum etiam exteris. Etenim illos, nullus Italicus Episcopus ordinare debet, nisi vel a summo Pontifice specialem habeat licentiam, vel ab Episcopo, de cuius diocesi traxerit originem ordinandus, vel in cuius diocesi beneficiatus exiit, per ejus patentes literas, causam rationabilem continentem, quare ipsum noluit neque ordinare, & si qui contravenient, censuris canonicis coercentur, prout latius ex Clementis IV. constitutione apparet.

*Homicida voluntarius non potest promoveri, & promotus est deponendus: secus de necessario. h. d.*

§. 8. Parrici delicti ratione quis ordinari prohibetur, ut cum homicidium, aut aliud capitale crimen factum, aut præcepto, aut consilio perpetravit: & per surreptionem promotus, deiciendus erit, dicente Domino, *Si quis per industriam g aut per insidias hominem occiderit, ab altari meo velles eum.* De eo itaque homicida intelligendum est, qui voluntate committit homicidium. Cæterum si qui necessitate maxima actus, effugere nullo pacto valentes, homicidium admiserint, nullam ex hoc irregularitatem incurrunt.

*Fortuitum homicidium commissum, dum datur opera rei illicita, impedit quem promovendi. h. d.*

§. 9. Quod si neque voluntarium fuerit, neque necessarium, sed fortuitum, distinguendum est, num is

cujus occasione perpetratum fuerit, illicitæ rei daret operam, an licitæ. Si illicitæ rei a dans operam, arputa, venito ludo incumbens, casu homicidium perpetraverit, vel bello etiam contra infideles sese immiscens, volens Christiani nominis hostem interfecerit, nec b ad sacros ordines promovendus est, & promotus non solum ad superiores ascendere prohibendus est, verum etiam in suo ministrare: plane e ex dispensatione in inferiore ministrare suffragandus erit.

*Si dans operam rei licitæ, ex negligentia homicidium commisit, irregularitatem incurrit: secus, si non ex negligentia, sed mera casu. h. d.*

§. 10. Sed d & si licitæ rei opera dabatur, nec tamen debitam quis operi suo adhibuit diligentiam, ex quo homicidium sequutum est, ab omni ministerio altaris excludendus erit: quod in eo responsum est, qui puerum e intuitu disciplina ita percussit, ut ex percussione expiravit, vel ex ea in aliam infirmitatem incidit, ex quo compertum fuit expirasse: Præceptoris enim nimia sævitia culpæ assignatur. Diversum statuitur, si nulla culpa subest: ut in eo accidit, quo campanas f pulsante, ut signo dato conveniret populus ad divina, tintinabulum eadens, ita subjectum puerum percussit, ut ex valore decesserit: nam cum is culpæ penitus expertus fuerit, nullam incurrisse noscitur irregularitatem, etiam si de homicidio veniam postulaverit. Bonarum enim mentium est, ibi etiam culpas agnoscere, ubi culpa non est.

*Infantes, furiosi, dormientes ex commisso homicidio non incurrunt irregularitatem. h. d.*

§. 11. Idem g constitutum est de infantibus, fatiosis, & de dormientibus, qui si hominem murissent, vel occiderint, nullam ex hoc irregularitatem contrahunt.

*Clerici facientes querelam de suis malefactoribus, non sunt irregulares, etiam si Judex mortem illis inferat. h. d.*

§. 12. Idem & de Clericis b qui de injuriis sibi illatis apud Judicem conqueuntur, protestantes quod ad vindictam seu sanguinis pœnam non intendunt. Nam si Judex justitia exigente mortem delinquentibus inferat, accusatoribus imputari non debet: alioqui si propter hujusmodi metum, quia scilicet Judex ad pœnam sanguinis posset procedere, sic conqueiri non audent, daretur plerisque materia trucidandi eos, & ipsorum bona passim invadendi.

*Publice pœnitentes non possunt promoveri, possunt tamen in necessitate deputari in aliquo minorum ordinum. h. d.*

§. 13. Pœnitentes i quoque tam ad sacros ordines, quam etiam infimos promoveri non debent: quod utique non de omni pœnitente intelligendum est, sed de eo tantum, quem publice ac solenniter pœnituit: quæ pœnitentia semel tantum in Ecclesia conceditur k. Placuit tamen Tolerano Concilio l, si necessitas aut usus exegerit, inter Ostiarios, vel Lectores hujusmodi pœnitentes posse collocari.

*Qui exonerunt officia secularia, si honesti sunt, post reddita ratiocinia possunt ordinari: secus est de usurariis. h. d.*

§. 14. Iis m illi similes sunt, qui negotiis & officiis secularibus servant: quorum tamen vita si post deposita onera, & reddita ratiocinia deprehensa fuerit inculpata, omnibus possunt muneribus honestari. Quod si quis usuras n, dum negotiaretur, exercuisse compertus fuerit, non solum ordinandus non est, verum etiam ordina-

tus

a c. continetur. extra, de homic. b can. Clericum qui & canon. seq. dist. 50. c. d. c. continetur. in fin. d. c. continetur. extra, de homicid. c. can. Presbyterum. extra, de homicid. f. c. Joannes sacerdos. d. tit. de homicid. g. Clero. i. de homicid. h. c. 2. de homicid. in 6. i. canon. canones apud. d. 50. k. can. si quis post. 9. potest. d. dist. 50. l. can. placuit. d. dist. 50. m. c. un. extra, de obligation. ad ration. ordin. vel non. n. canon. 2. dist. 33.

e. c. eo libentius. extr. de ser. non ordin. b canon. 1. dist. 58. c. ad aures extra. de temp. ordin. c. Clem. fin. de elect. d. v. 2. & seq. de temp. ord. in 6. e. cap. 1. de temp. ord. in 6. f. can. si quis viduam. 50. dist. & per totum. & extr. de homicid. g. e. 1. extr. de homicid.

ent deponendus s. Mens enim avida, nec abstinere novit vetitis, nec gaudere confessis. b

Simoniaci, seditionis, & injuriarum ultores ordinari non possunt. h. d.

§. 15. Idem statuendum est de eo, qui quasi bona Dei empturus, pecuniam adimitationem Simonis obtulerit. Idem de de seditionis d, & his qui propriarum injuriarum pertinaces fuerint ultores.

Fur oculus post se restitutionem & penitentiam ad sacros ordines promovetur. h. d.

§. 16. De e fure, an ad sacros ordines promoveri possit, queri potest: & si quidem sponte factum confessus, damnum passus satisfecerit, & penitentiam peregerit, si alioqui idoneus fuerit, nec super furto manifesta resperus sit infamia, ad sacros ordines proculdubio promoveri poterit.

Baptizatus in agri tudine non debet ordinari regulariter, & rebaptizati nunquam ordinantur. h. d.

§. 17. Sed etsi nullum quis delictum perpetrasse deprehenderit, quod illi a sacris excludere valeat ministeriis, adhuc tamen si vel de fide ejus, vel continentia suspicio sit, promovendus non erit. Ut ecce, si quis in agri tudine constitutus, baptizatus fuerit, quia fides ejus non ex voluntate, sed ex necessitate videtur esse, Presbyter ordinari non debet: nisi forte postea ipsius studium & fides emicuerit, aut hominum raritas hoc exegerit. Scienter autem rebaptizatus g, ut ad Clericatus gradum promoveantur, permittendum non erit.

Illi Presbyterorum non possunt ordinari, nisi fiant regulares vel Monachi, vel nati sunt ex legitimo matrimonio, vel suis valde morati. h. d.

§. 18. Presbyterorum h quoque filii a sacris ministeriis atendi sunt, nisi aut Monachi fiant, vel in congregatione Canonica regulariter viventes, religiose probati fuerint conversari. Sed hoc i de iis intelligere nos oportet, ad quos adulterio natos paterna flagitia hereditaria successione descendunt: unde si vel ex legitimo nati sunt matrimonio k, vel morum honestas eos commendabiles fecerit exemplis & auctoritatibus, non solum Sacerdotes fieri possunt, sed etiam summi Sacerdotes.

Bigamus, & qui uxorem duxit viduam, ejectionem, vel meretricem, ordinari non possunt. h. d.

§. 19. Item l repellendi sunt bigamus, & qui viduam, vel ejectionem, vel meretricem, vel ancillam uxorem duxerit. Vidua est, cujus cognita maritus mortuus est. Unde m is qui ab alio quidem ductam, sed minime cognitam duxit uxorem, propter hoc impediri non debet, quin possit ad sacerdotium promoveri, cum neuter carnem suam dividerit in plures. Ejecta est, quae vivente marito ejectionem. Meretrix, quae multorum libidini patet, & cujus turpitudine publice venalis est. Quod non de iis intelligendum est, qui tales adhuc uxores retinent (nam in iis alia ratio est, quia scilicet conjugati non possunt in sacris esse constituti) sed de iis, quorum uxores defunctae sunt.

Bigamus est, qui duas duxit uxores, & qui secundas nuptias tantum de facto contraxit, reputatur bigamus. Item, si cum vidua de facto contraxit. h. d.

§. 20. Est autem bigamus n, qui duas habuit uxores, sive baptizatus ambas, sive etiam ante baptismum, alteram. Si o quis tamen Laicus primam duxerit, in sacris constitutus alteram, an sit inter bigamos reputandus, hactenus est. Ex facto autem responsum est, hunc qui-

dem nec bigamum esse, nec maritum viduae: quia tamen quantum in ipso fuit, secundas nuptias contraxit, & viduam duxit, tanquam de bigamo fore constitutum.

Fornicatus cum pluribus concubinibus, non incurrit irregu laritatem bigamiae. h. d.

§. 21. Aliud Juris est de concubinibus a, quas si plures quis habuerit, irregularitatem bigamiae non incurrit, sed cum eo tanquam simpliciter fornicatus sit, quoad executionem sacerdotalis officii, dispensari poterit.

Corpore vitatur, nisi modica sit laesio, ordinari non potest. h. d.

§. 22. Cavenda sunt autem iis, qui Ecclesiasticis marcipandi sunt officii, non solum animi, verum etiam corporis vitia. Unde aliqua parte b laesi ad sacerdotium ascendere non valent. Hoc tamen tunc obtinet, cum evidens & notabilis est laesio: ceterum, si modica sit c, ut puta, qui exiguum partem digiti, vel unguem volentes amiserint, ita ut sine scandalo possint celebrare, a Sacerdotio repellendi non erunt.

Alsi si ex necessitate promovendi possunt, secus si ex voluntate. h. d.

§. 23. Idem Juris est d de eo, cui vel vi, vel in cubilibus, vel de Medicorum consilio metu imminentis periculi virilia fuerint amputata: quod si volentes, & carnali vitio repugnare forte cupientes, se ipsos absciderint, quia sui homicidae sunt, ad Clerum pervenire non possunt. Corpore enim vitati, non casu, sed propria voluntate sunt intelligendi f: & sicut in illis veniam casus impetrat, ita vindictam in iis voluntas postulat.

Oculi privatus ind iis non promovendi non potest, licet retineat ordines: secus si postea talis privatio contingat.

§. 24. Haec autem distinctio non in omnibus membris sibi locum vendicat. Cui enim oculum g abulit casus, licet voluntas desit, sacerdotium tamen consequi non potest. Ceterum si sacerdotali in ordine constituto tale quid acciderit, quod olim integer accepit, non amittit.

Olim furiosus, & ab alio vexatus, non potest ordinari. Clerici qui aliquando fuerunt demoniaci, non possunt ad ultiores ordines promoveri.

§. 25. Is h quoque, qui in furorem aliquando versus insinavit, aut quolibet modo vexationis incurtus esset, vel aut quod prope furorem accidit, in scena luserit, vel afflictione diabolica vexatus fuerit, ordinari non poterit. Clerici etiam i, qui in adolescentia a demonibus cognoscuntur obsessi, ad superiores gradum ascendere non possunt.

TITULUS XXVII. DE PRÆBENDIS, ET ALIIS BENEFICIIS.

Connexa & dependentia sunt simul tractanda. h. d.

Est hæc videmus de Præbendis, & illarum concessione: quæ pars Juris extra propositam quidem materiam fortasse videri poterit: loquimur enim in præfenti de jure personatum. Sed cum supra de dignitatibus Ecclesiasticis, quibus præbendæ videntur annexæ, locuti fuerimus, non sine causa, sequenti loco potest hæc Juris materia tractari.

Qui in altari laborat, de altari debet & vivere. h. d.

§. 1. Præbendæ nihil est aliud, quam jus percipiendi proventus Ecclesiasticos, tanquam uni de collegio competens, & ex canonica procedens. Cum enim, ut lex divina præcipit k, qui altari servit, de altari debeat & vivere: dignum est, ut qui divinis adseribantur obsequiis, Ecclesie sustententur stipendiis. Er ideo institutum olim fuerat l, ut ordinationes eorum, qui sine certo titulo ordinata

a c. si quis Clericorum d. 47. b c. virum. in fin. d. d. 47. c. 2. in fin. d. 33. & 1. q. 1. per totum. d. c. seditionarios. d. 46. e c. ex literis. extr. de fur. f. c. 1. & seq. d. 57. g. c. confirmandum est. in fin. d. 50. h. c. 1. d. 56. & c. 1. extr. de fil. Presbyr. i. d. c. 1. sed hoc. d. 56. k. c. ad hac. extr. de filis Presb. l. c. panitentibus. & seq. & c. si quis viduam d. 33. cap. 1. & 3. per totum sit. extr. de bigam. m. c. debitum. extr. de bigam. in fin. n. gl. pen. c. pen. dist. 26. o. c. naper. & c. fin. extr. de bigam.

a c. pen. extr. de bigam. b dist. 55. in sum. & per totum. c. c. 2. & fin. extr. de corpore vir. d. can. si quis a Medicis cum duobus seq. dist. 55. c. 3. & c. de corp. vitiar. e. can. si quis absciderit. d. dist. 55. f. can. panitentis. §. corp. d. dist. 55. g. can. fin. dist. 55. h. can. 2. & 3. dist. 33. i. can. Clerici. d. dist. 33. k. can. cum secundum. extr. cod. tit. 1. can. 1. dist. 70.

ordinati essent, in injuriam ordinantium inanes essent. Paulatim tamen benignius agi coeptum. Constitutum est enim a, ut, si Episcopus aliquem sine certo titulo, unde vita necessaria percipiat, ordinaverit, tandem ipse aut ejus successor, ordinato necessaria subministrat, donec ei in aliqua Ecclesia convenientia clericalis militiæ stipendia assignentur.

*Mandatum suscipiens de ordinibus conferendis certis personis, non tenetur eisdem providere de beneficiis, sed mandans: secus, si sit mandatum generale, vel ordinandi licentiam concedens.*

§. 3. Quod si Episcopus b mandato alterius in aliena diocesi ordines celebret, distinguendum est, an de certis personis mandatum susceperit, an generale & expresso nomine. Primo enim casu mandans, secundo mandatum suscipiens, inopi ordinato vitam tenentur necessaria ministrare. Eis autem, quibus a diocesano datur licentia, ut a quo voluerint Episcopo, ad sacros ordines promoveri possint, ad præmissa non qui ordinant, sed qui licentiam tradunt, obligantur: nisi tamen ordinatus de paterna hereditate vitam possit habere subsidium.

*Præbendæ conceduntur per collationem, & per institutionem, & singulis rebus suis: ut supra imponenda nomina. h. d.*

§. 4. Conceduntur autem præbendæ vel beneficia duobus modis: per collationem, & per institutionem. Collatio d est libera quædam præbendæ concessio. Institutio est præbendalis juris ad præsentationem patroni facta translatio: quæ licet & ipsa collatio possit appellari, commodius tamen est in præsentis singulas causas singulis appellationibus distingui.

### TITULUS XXVII. DE COLLATIONIBUS.

*Ex tribus capitibus conferuntur præbendæ, & ordinarius collatore facit lex vel consuetudo. h. d.*

**C**onferuntur autem beneficia aut ab ordinario, aut ex mandato Legati sedis Apostolicæ aut Pontificis referentio, Ordinarius collatoris est, quem aut consuetudo approbavit, aut Juris designavit auctoritas: ut, Episcopus, Capitulum.

*Si Episcopus & Capitulum habeans potestatem conferendi conjunctim, non potest unus sine altero, nisi in uno subsit impedimentum, conferre; & si Episcopus possit conferre, tamen de consilio Capituli, etiam quod sit impeditus, Capitulum non potest se in collatione intrusivum, nisi Episcopus sit negligens in removendo impedimentum; & mortuo vel absente eo, cujus consilio intervensum est conferendum, non est ob id differenda collatio. h. d.*

§. 2. Quam conferendi potestatem Episcopus & Capitulum interdum habent communiter, interdum disjunctim: si communiter e alter sine altero illa exercere non poterit, nisi vel mortis vel suspensionis, vel majoris communicationis impedimentum in altero adesse contigerit. Cum f vero ad solum Episcopum cum consilio sui Capituli, vel assensu, præbendam spectat collatio, eo defuncto, vel suspento nisi Episcopus in petenda relaxatione suspensionis sit in mora, Capitulum se non potest intrusivum. Ubi vero g collatio ad aliquem cum consilio Episcopi pertinet, si quid illi humanitus contigerit, non erit ob hoc vacantis beneficii collatio differenda. Idem juris est Episcopo adeo in remotis agente, ut brevi non possit illius haberi præsentia: quia in petendi vel expectandi mora vacantis beneficii posset imminere periculum.

*Si Ecclesia fuerit vacans per sex menses, ad Capitulum beneficium devolvitur. h. d.*

§. 3. Eadem ratione, ubi ad solum Episcopum spectat collatio, si per sex menses b conferre distulerit, ad Capitulum devolvitur. Ex contrario, si ad solum Capitu-

lum pertinuerit, & infra præscriptum terminum hoc non fecerit, Episcopus cum religiosorum virorum consilio sequetur: quod si omnes forte neglexerint, Metropolitanus absque contradictione disponet.

*Regularibus Prælati non conferendis intra sex menses, fit devolutio ad ordinarium. h. d.*

§. 4. Idem statuitur in regularibus Prælati; si enim quævis beneficia ad illorum dispositionem spectantia intra constitutum tempus conferre neglexerint, locorum dicecesani in non exemptis propria, in exemptis vero Apostolica auctoritate eorum negligentiam juxta præscriptum in Viennensi Concilio modum supplebunt.

*Tempus devolutionis curris solum non impeditis, & a die notitiæ. h. d.*

§. 5. Tempus autem sex mensium, nec currit legitime impeditis, & a die notitiæ, non a tempore vacationis erit computandum.

*Devolutio non habet locum in Ecclesia non numerata, vel quando dignitas est suppressa. h. d.*

§. 6. Hæc a autem demum obtingent, si in Ecclesia erat distinctio Præbendarum, & certus Canonorum numerus. Ceterum, si neque distinctæ Præbendæ, nec certus sit Canonorum numerus, Lateranensi Concilio de beneficiis ultra sex menses vacantibus locus non erit. Idem etiam obinet, si per Capitulum vacans dignitas legitime fuerit sublatæ.

*Sede vacante Capitulum non fungitur vice Episcopi in conferendo: & cessante causa, cessat & effectus. h. d.*

§. 7. Licet autem ob negligentiam Episcopi, conferendi potestas ad Capitulum devolvatur, sede tamen vacante b in collationibus præbendarum Episcopi vice non fungitur: cum eo casu nullius superioris possit argui negligentia.

*Circa collationem factam post devolutionem, dispensari potest. h. d.*

§. 8. Id e quoque, qui nimium cessando conferendi jus amiserit, si post jus collationis devolutum, nihilominus visis idoneis de beneficio providere voluerit, quanquam ob temporis lapsum collatio mero jure non teneat, ex dispensatione tamen & benignitate tolerari poterit.

*Legati missi, vel nati vigore sua legationis, non conferunt, nisi sibi specialiter concedatur: secus est in Legatis de latere qui conferunt, & sine mandato Speciali, etiam invito patrono Ecclesiastico. h. d.*

§. 9. Ex d legationis quoque munere conferendi competit facultas, quod tamen non indistincte obinet: nam live missi fuerint, sive suarum prætextu Ecclesiarum aliquo legationis sibi vendicant auctoritatem, ex ipsa legatione nullam habent conferendi potestatem, nisi hoc alicui specialiter indultum fuerit. His autem quos Rom. Pontif. cis latus & comitatus illustrat, legationis fangentibus, sine speciali concessione, etiam Ecclesiastico patrono invito, conferendi facultas competit. Sicut enim honoris prærogativa latantur, sic eos auctoritate fungi congruit ampliori.

*Legatus de latere non confert cathedrales Ecclesias, nec regulares, nec dignitates post Pontificalem majores, nec potest eodem tempore in eadem Ecclesia plures reservationes facere. h. d.*

§. 10. Sed tamen nec cathedrales e nec regulares, aut collegiatas Ecclesias, nec Ecclesiarum, cathedralium dignitates, ad quas per electionem promoti primum post Episcopum obtinent locum, veluti Archidiaconatum, suæ dispensationi aut provisioni reservare possunt. Nec plures beneficiorum reservationes eodem tempore, in eadem cathedrali vel collegiata Ecclesia, vel ad eisdem collationem pertinentem faciet.

*Reservationes legatarum expirant finita legatione. h. d.*

§. 11. Illæ f quoque, quas jure fecerint, dummodo ad beneficiorum jam vacantium collationem non sit processum, eo

a C. ex parte. extr. eod. sis. b c. si Episcopus. eod. sis. in 6. c. c. Episc. in fin. extr. eod. sis. d c. i. de reg. jur. in 6. e. c. i. in princ. ne sede vacant. in 6. f. d. c. i. §. cum vero g. d. i. §. ubi vero, h. c. 2. in fin. extr. de concess. præb.

a C. ex parte. extr. de concess. præb. b c. x. extra, ne sede vacante. c. c. literas. extr. de supplend. negli. Prælati. d c. i. de off. Legat. in 6. e. c. deliberatione. de off. leg. in 6. f. c. præsumptio. de off. leg. in 6. Ecc 4

eo ipso, quod illorum finitur, legatio, penitus evanescit, nec executores dari amplius ea conferre poterunt.

*Taciturnitas habiti beneficii invalidas provisionem legati non ordinarii.* h. d.

§. 12. Sed & nec aliter beneficium obtinentur ab Apostolica sedis Legato facta collatio valebit, quam si de eo, quos tunc provisus obtinet, mentio facta sit specialis, licet id in aliorum ordinariorum collationibus minime requiratur.

*Licet ante acceptationem beneficii quis nullum habeat in eo jus, tamen collator de eo alteri, primo non consentiente, providere non potest: potest tamen primo provisio praefigi terminus ad acceptandum, quo lapsa poterit beneficium alteri conferri, nisi primus etiam lapsa termino acceptaverit.*

§. 13. Illud autem tam in ordinario, quam etiam in legato statutum est, quod si cui beneficium contulerint. licet in b, donec collationem ratam non habuerit, nullum jus in eo acquisiverit, in persona tamen alterius, primo non consentiente, de beneficio non libero ab ipsis facta provisio non subsistet: plane notificata collatione, & ad consentiendum termino competenti praestito, si primus non consenserit, eo lapsa beneficium libere, cui viderint expedire conferre poterunt. Antequam tamen ipsum alii contulerint, non obstante lapsu termini, suum primus collationi poterit accommodare consensum.

*Per rescriptum Apostolicum praebenda confertur pure, in diem, & sub conditione: & pura collatio est, cum alicui simpliciter de beneficio provideatur.* h. d.

§. 14. Per rescriptum Apostolicum mandatur fieri collatio, aut pure, aut adjecto die, aut sub conditione: Pare, ut cum mandatur simpliciter, ut alicui de beneficio, aut praebenda provideatur.

*Collatio Apostolica in diem facta, accedente decreto irritante, ligat manus ordinarii.* h. d.

§. 15. Dies adicitur collationi, ut cum praebenda confertur, quam quis intra mensem c, aut alio tempore a vacationis notitia duxerit acceptandam: quo casu, cum temporis appositio favorem aherat impetranti, si decretum irritans fuerit appositum, collatio per ordinarium alteri facta, intra praefixum tempus nullius obtinebit roboris firmitatem. Decreti enim appositio, reservatio, executoris inhibito, & his mota, beneficium effectum reddunt.

*Publicum notum, praesumitur notum etiam privatis.* h. d.

§. 16. Interpretatur autem quem praedicta vacationis habere notitiam, ex quo ipsa vacatio in loco vel Ecclesia hujusmodi beneficii publice nota erit. Imputet enim sibi, si hoc casu, quod de ipsis commodo agitur, id quod per se vel per alium scire potuerit, ignoraverit.

*Collatio condicionalis, & concurrente decreto non implerit conditionibus, non ligat manus ordinarii.* h. d.

§. 17. Sub conditione mandatur fieri collatio, ut cum d alicui, si per executoris inquisitionem repertus fuerit vitae laudabilis, vel si consensus accesserit capitulo, vel alia adjecta conditione, de beneficio provideri committitur: & eo casu etiam appositio irritante decreto, non impletis adhuc conditionibus, vacans beneficium per ordinarium, aut per executores ad providendum de reali beneficio datum, libere conferri poterit.

*Obstas taciturnitas obtinenti beneficii, etiam modici, nisi provisio sit facta motu proprio.* h. d.

§. 18. Sed multum interest, motu proprio, an ad alterius petitionem de beneficio provideri mandetur? Si enim proprio & motu, longe pinguius erit mandatum: nam etiam de beneficiis, quae impetrans obtinet, nulla habita mentione, erit hujusmodi provisio valida, qualiacunque fuerint beneficia, & in numero quocunque quae habebat impetrans, cum sibi provisio facta fuerit. Quod si ad petitionem gratia hujusmodi facta sit, quantumcunque modicum

beneficium scienter taccatur, veluti surreptitum non valebit.

*Collatio facta motu proprio, pluribus beneficiis in eadem Ecclesia simul vacantibus intelligitur facta de pinguiori: si beneficia sint aequalia, ad eum spectat electio, cui gratia est concessa. Collatio vero facta ad petitionem alterius, ad minus beneficium restringitur: si sint aequalia, eligit, qui alias conferebatur, & motu proprio tunc confertur, gratia fieri, cum id exprimitur.* h. d.

§. 19. Item si pluribus a in aliqua Ecclesia vacantibus dignitatibus vel praebendis, Rom. Pontifex de hac vacatione incertus, dignitatem vel praebendam, si qua nulli debita in ipsa vacat Ecclesia, cuiquam motu proprio confertur, fiet interpretatio plenissima, & ad illam dignitatem seu praebendam erit habenda ratio, quae inter illas majoris censetur esse valoris: quod si forsan aequalia sint, ad eam, quam is, cui confertur, infra decem dies post habitam de dicta vacatione notitiam, duxerit eligendam: si vero ad petitionem alterius gratia hujusmodi facta fuerit, ad illam erit habenda ratio, quae minoris valoris exitit: & si sit aequalitas, ad eam, quam is, ad quem ipsarum spectat collatio, infra dictum tempus elegerit, postquam sibi hujusmodi gratia erit nota. Motu b autem proprio tunc solum gratia fieri censetur, cum hoc expresse cautum fuerit.

*Solus Papa tribuit jus in beneficiis vacantibus.* h. d.

§. 20. Sed si \* motu proprio, si ve ad a terius petitionem per rescriptum Apostolicum fiat provisio, caeteris longe praestat. Nam cum ex Lateranensi Concilio ministeria & beneficia Ecclesiae tribui aut promitti non debeant, antequam vacent, Romanus Pontifex etiam in ipsis jus potest tribuere vacantibus.

*Pontifex gradus quosdam circa potestatem conferendi inter ordinarium Legatum & summum Pontificem.*

§. 21. Est ergo inter ordinatum Legatum, ac summum Pontificem circa collationis potestatem, quasi per gradus ascensus quidam. Nam ad Episcopum & omnium quidem basilicarum, quae in ejus territorio posita sunt, collatio regulariter pertinet: vacaturam praebendam suae dispositioni reservare non potest, & longe minus in eadem alicui jus tribuere. Legatus autem non modo vacantes intra suae legationis terminos Ecclesias confert, verum etiam vacaturas (juxta ea quae supra diximus) reservare poterit, licet eidem in vacaturis alicui jus tribuendi nulla sit facultas. At Apostolicus & ubique vacantes donare, & vacaturas suae provisioni reservare d, & in vacaturis jus tribuere potest, cum in ipso plenitudo residere potestatis.

*Si Clericus, cum mandatur provideri de beneficio vacaturo, negligas petere praebendam, non poterit postea aliam petere, nisi fuerit in Canonium receptus.* h. d.

§. 22. Quo tamen casu summus Pontifex de vacatura praebenda alicui provideri mandat, si is, in cujus gratiam mandatum obtentum est, praebendam, quando vacat, negligentem omittit, non poterit postmodum praetextu dicti mandati, nisi antea in Canonium fuit receptus, aliam in ipsa Ecclesia vacaturam petere.

*Habens expectativam, potest acceptare beneficium vacaturum primum, vel secundum, vel ulterius, certum tamen acceptare non potest.* h. d.

§. 23. Poterit f tamen is, cui certis super hoc executoribus deputatis ab Apostolica sede hujusmodi gratia concessa fuerit, non solum primum in genere vacaturum beneficium vel praebendam: verum etiam si rationabilis causa subsit, secundum & ulterius acceptare: certum tamen & expressum priusquam vacet, acceptare non poterit, ne captanda alienae mortis occasio ex benignitate gratiarum sedis Apostolicae tribuatur: quod si de certo acceptatio secuta fuerit, nullam obtinebit roboris firmitatem, ut Bonifac. constitutionis tenore latius coninetur.

*Rescri-*

a Canon. fin. de off. legat. in 6. b c. si tibi. de praebendis. 6. c. Clem. unic. §. secus. de concess. praeb. d. d. Clem. unic. in princip. de concess. praeb. c. si motu proprio. de praeb. in 6.

a c. si plurib. de praeb. in 6. b c. si motu. in fin. eod. tit. in 6. \* c. 2. ubi gloss. de praeb. in 6. c. c. omnes. basilica. 16. g. 7. d. c. 2. in gl. de praeb. in 6. c. c. si Clericus. de praeb. in 6. h. c. no. captanda. de concess. praeb. in 6.

*Rescripto Apostolico dispensatur super pluralitate beneficiorum, maxime circa literatas personas. h. d.*

§. 24. Inde et etiam licet beneficiata persone de alio beneficio, nisi primo illud, quod obtinet, omnino dimittat, provideri non possit, nisi aut Cardiales sint, aut Regum filii: per tale tamen rescriptum, maxime circa literatas personas, super hac pluralitate dispensari poterit.

*Ubi de prioritate beneficii pluribus collati non constat, primo possessor, deinde major prerogativa præsertur. h. d.*

§. 25. Item si a sede b Apostolica, aut legato, & ab ordinario eodem die idem beneficium conferatur, & que fuerit primo facta collatio, non appareat, nemine possidente, is erit cæteris præferendus, cujus confectis ampliore gaudet prerogativa. Hac e ratione & ii, qui in aliqua Ecclesia in Canonicos sunt recepti, debent in præbendam asecutione cæteris, sive legatorum, sive aliorum quorumcumque auctoritate antea fuerint admissi, antefieri.

*Qui dicitur receptus auctoritate Apostolica. h. d.*

§. 26. Auctoritate autem Apostolica receptus & is intelligitur, qui legati, vel alterius mandato, cui specialiter in ea re auctoritas Apostolica concessa fuerit, recipitur. Sed & si mandatum legati ratum habeat e Roman. Pontifex, atque id auctoritate sua munit, ex eo receptus: non Legati sed Apostoli ea intelligitur auctoritate receptus: atque ideo est in asecutione præbendam omnibus post eum receptis in Ecclesia dicta præferendus.

*Expressio ejus quod tacite inest, nihil operatur, nisi per alium modum, quam quo tacite inest, fueris facta expressio. h. d.*

§. 27. Aliud juris est, si iis, ad quos alia pertinet Canonico receptio, facultas concedatur ab Apostolico, ut aliquem recipient in Canonicum ejusdem Ecclesiæ, ordinationibus forte certum numerum Canonico præficientibus non obstantibus; hoc enim casu non Apostolica, sed recipientium censetur auctoritate acceptus, nisi quod cum auctoritate Apostolica recipiunt, in literis caveatur expresse. Quod si ad eos alias talis receptio non pertinet, Apostolica dicitur auctoritate receptus. Alias vero, si literæ impetratæ certi numeri Canonico nullam fecerint mentionem, quod illarum occasione factum fuerit, nullam obtinebit firmitatem.

*Papa non onerat aliquem pluribus provisionibus, nisi id exprimat. h. d.*

§. 28. Illud etiam omittendum non est, non solere Apostolicum eundem collatore pluribus onerare provisionibus, nisi id velle se suis literis expresse fuerit complexus.

*Mandata Apostolice fines sunt diligenter custodiendi, nec extenduntur, nisi ad casus expressos, etiam de consensu, & in præiudicium provisi. h. d.*

§. 29. Sunt f autem Apostolice mandata fines diligenter custodiendi, ideoque non debent ad casuales, quam expressos, extendi. Unde cum injungitur, ut alicui de præbenti valoris provideatur, in præbenti minoris valoris etiam impetrante volente, mandatum impleri non poterit.

*Mandatum faciens mentionem de collatione, non potest trahi ad præsentationem, vel institutionem. h. d.*

§. 30. Idem g observari oportet, si cui de beneficio, quod ad alicujus collationem spectat, provideri mandatur: hoc enim casu de eo quod ad ejusdem præsentationem, vel institutionem pertinet, provideri minime poterit, nec etiam e converso.

*Casus resignationis non includitur, nec verificatur in casu mortis. h. d.*

§. 31. Eodem spectat b, si quis ab Apostolica sede mandatum suscipiat, ut ab aliquo beneficii resignatione recep-

pta, idem beneficium alteri conferat. Si enim is qui resignaturus erat, rebus eximatur humanis, mandato locus non erit, cum non per resignationem vacaverit, sed per mortem.

*Casus futura vacationis non verificatur in casu nova creationis. hoc dicit.*

§. 32. Idem obtinet, si literæ Apostolicæ super conferendo beneficio proxime vacaturo fuerint impetratæ. Nam ad illud, quod post illarum impetrationem fuerit creatum non extenditur.

*Appellatione beneficii non venit pensio. h. d.*

§. 33. Et a si quis literas super obtinendis beneficiis ulque ad certam summam impetraverit, eidem non in pensione, sed in beneficiis Ecclesiasticis erit providendum, nisi de pensione in literis mentio habeatur.

*Dispositio regulariter restringitur ad tempus præsens, & mentio potentia intelligitur de præsens. h. d.*

§. 34. Eodem etiam spectat, quod si de conferendo b alicui beneficio ad Episcopi collationem spectante referatur, illud ei conferri non poterit, cujus collatio ex negligentia ipsius Episcopi ad ejusdem Capitulum devoluta fuit: quanquam ex contrario de eo cujus ad Episc. ex Capituli, vel alterius cujuscunque, sive ad sedem Apost. ex ipsius Episc. vel aliorum in hoc eodem succedentium negligentia collatio fuerit devoluta, hoc casu provideri poterit.

*Mandata Apostolice restrictionem recipit ex persona provisi. h. d.*

§. 35. Interdum tamen, licet mandatum generale sit, ex persona impetrantis recipi restrictionem: ut si cui de præbenda proxime vacatura simpliciter provideri mandatur: nam si talis nondum in ea ætate existat, ut ad sacerdotium promoveri possit, sacerdotalis sibi præbenda conferri non poterit.

*Ex loco sumitur rescripti interpretatio. h. d.*

§. 36. Ex loci quoque expressioe rescripti sumitur declaratio, & ideo d, quanquam sub nomine Ecclesiæ civitatis, etiam Eccle. Cathed. comprehendatur, cum tamen alicui de beneficio mandatur in aliqua Ecclesiæ civitatis vel dioc. provideri, ad Cathedral. Ecclesiæ mandatum hujusmodi non extenditur: secus est, si in aliqua Ecclesiæ provincie provideri mandatur: tunc enim & Metropolitana & cætera Cathedral. Ecclesiæ talimandatum includuntur.

*Ordo scripturæ declarat mandatum. h. d.*

§. 37. Ex ordine & quoque scripturæ rescripti interpretatio sumitur, veluti cum Joanni de beneficio ad collationem suam vel Pauli pertinet, ut alicui provideat, mandatur. Nam si plurimum beneficia vacare contigerit ad utriusque collationem separatim spectantia, tunc ordo scripturæ servandus est, & de illo beneficio providendum erit, quod ad Joannem noscitur pertinere.

*Cum mandatur provideri de beneficio spectante ad provisionem plurimum, intelligitur conjunctim. h. d.*

§. 38. Si vero f de beneficio ad aliquorum collationem, vel præsentationem spectante, non adjecto communiter vel divisim, provisio injungitur faciendâ, in beneficio quod ad collationem vel præsentationem alterius tantum pertinet, adimpleri non poterit.

*Ex insertionem causa elicitur interpretatio rescripti. h. d.*

§. 39. Item insertio causa declarat rescriptum, sicut accidit g, cum Clerico nullum beneficium obtinenti, ob paupertatem per Episcopum de beneficio provideri mandatur. Nam si antequam ei provisum sit, beneficium fuerit asecutus, cessante causa mandati, provideri sibi Episcopus in posterum non tenetur.

*Ex simplici mandato de providendo, non potest provideri obtinenti aliud beneficium, nisi fuerit id expressum, quo casu solum unicum & non curatum beneficium obtinenti provideri poterit: & pluralis locutio restringitur ad duo. h. d.*

a C. de multis. extr. de præb. extrav. Joan. eod. tit. & extr. com. execrabilis. b. c. si a sede. de præb. in 6. c. c. h. qui d. sit. in 6. d. c. h. qui d. de præb. in 6. c. c. si cum super. d. sit. in 6. l. c. cui de non sacerdotali. §. idem. de præb. in 6. g. c. cum in illis. §. cum autem. de præb. in 6. h. c. susceptum. de rescr. in 6.

a C. quamvis. de præb. in 6. b. c. si de beneficio. de præb. in 6. c. c. ei cui. de præb. in 6. d. c. quamvis. §. quanquam. d. sit. in 6. de præb. e. c. mandato de præb. in 6. f. c. cum in illis. §. fin. de præb. in 6. g. c. si paupere. de præb. in 6.

§. 40. Nam & is, cui conceditur ut idoneo possit in sua vel aliena Ecclesia providere beneficium, aliud obtinere providere non potest, nisi vel primo ille beneficium quod obtinet, omnino dimittat, vel in concessionem hujusmodi sit expressum, quod etiam beneficia valeat providere personæ: quo casu unicum duntaxat beneficium, atque illud non curatum obtinere, providere poterit. Sed si concessum fuerit, ut providere illi valeat, qui & alia beneficia noscitur obtinere, hujusmodi pluralitas debet solum ad duo beneficia non curata restringi.

*Mandatum simplex de providendo, non extenditur ad beneficium curatum, vel electivum. h. d.*

§. 41. Ex natura quoque & beneficii qualitate Apostolicum receptum restrictionem recipit: nam si de quibuscunque beneficiis provideri mandatum fuerit, de animarum cura mentione non habita, de iis providendum non erit, quibus hujusmodi cura noscitur imminere. Illis quoque, pro quibus scribitur, ut de personatibus & dignitatibus ad collationem, provisionem, præsentationem vel dispositionem pertinentibus quorumcunque provideatur, de iis provideri non poterit, ad quos per electionem proficiendi assumuntur.

*Gratia alicui concessa, ut providere possit personis idoneis in certa Ecclesia, personis non expressis, non expirat re integra per obitum concedentis: secus si persona essens expressa. h. d.*

§. 42. Illud quoque omittendum non est. Quod si cui nulla facta personarum expressio sit gratiose concessa facultas, ut auctoritate Apostolica aliquibus personis idoneis in certa Ecclesia providere possit, vel beneficia, quorum collatio est ad sedem Apostolicam legitime devoluta, conferre: hujusmodi concessio etiam re integra, per obitum concedentis non expirat: secus si super provisione certæ personæ facta eidem sit data potestas, non ob suam, sed ejus, cui providetur, gratiam vel favorem. Illa enim expirat omnino, si concedens re integra moriatur.

*Mandatarius, cuius non est electa industria, potest alteri mandare. h. d.*

§. 43. Illud etiam interest. Utrum, cui ab Apostolica sede provisio de beneficio in certa Ecclesia, diocesi, vel provincia certæ personæ facta committatur, an de certa Ecclesia incerta tamen personæ? Primo enim casu licet quibus vices suas alteri committere poterit: secundo vero, cum in eligenda persona mandatarii electa videatur industria, provisionem sibi commissam alteri demandare non poterit, nisi forma commissionis id habeat, ut per se, vel per alium hoc expedire valeat.

*Beneficia Ecclesiastica debent sine diminutione conferri. h. d.*

§. 44. Postremo illum sciendum est, tam Turonensi & Concilio cautum esse, ne præbendæ aliquam sectionem patientes: quam ex Lageranensi, ne quis conferens beneficium Ecclesiasticum, partem proventuum suis usibus retinere audeat, cum sine ulla debeant diminutione conferri.

## TITULUS X. DE INSTITUTIONIBUS, ET JURE PATRONATUS.

*Quando dicatur provideri per Institutionem, quid sit Jus Patronatus, & quibus modi constituatur. h. d.*

**A**ccidit autem interdum, ut Prælati liberam de vacantibus beneficiis dispositionem facultatem non habeant: quod tunc evenit cum ea vacare contigerit, in quibus aliquis jus obtinet Patronatus: tunc enim stricte sumpto vocabulo, non conferre, sed instituere dicuntur eos, quibus præsentante patrono providendum erit. Est igitur Jus Patronatus, potestas præsentandi instituendum ad beneficium vacans. Constituitur autem tale jus variis modis: veluti, Ecclesiæ ædificatione, dotatione & similibus;

*Ædificans rite, vel dotans, acquirit jus patronatus: & eum sequi debens commoda, quæ sequuntur incommoda. h. d.*

§. 2. Ædificatione \* acquiritur jus patronatus, cum quis Ecclesiam de consensu diocesanæ, juris ordine servato, construxit. Dotatione acquiritur, ut cum is, qui non fundavit, Ecclesiæ pro dote certa bona assignavit. Sicut enim in carnali matrimonio ad opera sustinenda dos assignari debet, ita etiam concedenda sunt Ecclesiæ, quæ ad luminaria, & custodiam, & ad stipendia custodum, & res cæteras sacre domui necessariis sufficientes. Institutum est igitur, ut quasi cuiusdam loco remunerationis ad præsentationem patronorum in fundatis vel dotatis Ecclesiis Sacerdotes instituantur, nullo professionis vel sexus habito discrimine.

*Ecclesiasticus patronus habet ad præsentandum mensis sex. Laicus quatuor. Ecclesiasticus non potest variari: Laicus potest. h. d.*

§. 3. Sunt tamen inter Ecclesiasticos & Laicos patronos, pleræque differentia. Nam a Ecclesiastico ad præsentandum sex mensium conceditur spatium, Laico quadrimestre tempus datur, Et videtur optima ratione indutum, ut longius præfiguratur tempus Ecclesiasticis, quippe b quibus semel facta præsentatione, amplius variare minime licet: quod in Laicis diversum statuitur.

*Episcopus qui instituit secundo loco præsentatum, in partem tenetur providere etiam primo præsentato. h. d.*

§. 4. Sed si Laicus, cui plures præsentandi tributa est facultas, primo Joannem instituendum offerat, secundo loco Paulum, utrumque idoneum, Ordinarius autem secundo loco præsentatum instituat: videamus, an primus appellare valeat, & statutum est, de secundo factam institutionem infringi non posse: Episcopum tamen, qui primo loco præsentatum dolo recusavit admittere, recusatō ut in competenti beneficio provideat, compellendum; ut in eo puniatur, in quo eum deliquisse constat.

*Legatus de latere potest derogare juri patronatus Ecclesiasticorum, non Laicorum. Ecclesiastico patrono reddenda ratio proventuum patronata Ecclesia: secus Laico. h. d.*

§. 5. Legatus & etiam beneficium in prædicium Ecclesiastici patroni, ut supra retigimus, conferre potest: cum in Laicis diversum accidat. Item Ecclesiastico patrono de temporalibus rebus ratio debet exhiberi, quod in Laico minime obtinet.

*Patronus Laicus potest derogare ad superioris Clericis, qui dilapidant bona Ecclesiæ, cuius est patronus. h. d.*

§. 6. Licebit & tamen patrono Laico, si Sacerdotem ex collatis in Ecclesiam rebus fraudare cognoverit, aut honesta illum conventionem compeccete, aut Episcopo vel competenti Judici corrigenda denunciare: quod si talia agere tentet & Episcopus, Metropolitanus ejus hæc insinuabit, si autem & Metropolitanus talia gerat, Principis hæc auribus (si aliter Ecclesiæ consuli non possit) intimare non disset.

*Jus patronatus transmittitur ad quoscunque hæredes: & plures succedentes uni, habens vocem unius, nec hæres patroni institutum mutare potest. h. d.*

§. 7. Successione quoque jus patronatus acquiritur: quod quidem procedit sive sui, sive extranei, sive ex testamento, sive ab intestato sint hæredes. Plures tamen ab uno ex patronis Ecclesiæ relicti hæredes, vocem duntaxat unius habebunt in præsentatione Rectoris, nec jam institutos mutare poterunt.

*Si patroni in præsentatione non sint concordēs, attenditur major & melior pars. h. d.*

§. 8. Et

*a C. iscu, de præb. b. c. si qui nulla. de præb. in 6. c. C. majorib. extr. de præb. in 6. d. gl. 1. can. pia mensis. 16. q. 7.*

*\* Dist. gl. 1. c. pia mensis, & c. filii, ead. caus. & c. nobis suis, extr. de jur. patron. a can. un. §. fin. de jur. patron. in 6. b. c. pastoralis. d. sis & d. c. an. in gl. c. cum dilectus. extr. de jur. patron. d. c. filii vel 10. q. 7.*

§. 8. Et si a forte in plures partes patronorum se vota in præsentando diverferint, ille præsentendus est Ecclesiæ, qui majoribus juvatur meritis, & plurium approbatur consensu.

*Si Ecclesia ob patronorum discordiam detrimentum patitur, potest Episcopus interdicere, h. d.*

§. 9. Quod si b ita simultates inter eos orta fuerint, ut sacerdos suo ibi officio canonicè fungì non possit, si aliter provideri non poterit, præcipere debet Episcopus, ut ibi Missarum solennis non celebrentur, donec patroni ad concordiam redeant; quod intra quatuor menses factum non fuerit, tunc ordinet Antistes Ecclesiam, sicut melius eam secundum Deum judicaverit ordinandam.

*Episcopus potest ex causa Ecclesiæ patronatam secundum certam formam commendare, h. d.*

§. 10. Quod si necessarium aut expediens esse duxerit, poterit etiam interim Ecclesiam alicui commendare: ita tamen, ut si patricularis sit Ecclesia, nemini commendetur, qui non sit in sacerdotio constitutus: nec hujusmodi commenda ultra semelstris temporis spatium vires suas porriget: nec in arius persona, nisi unica fieri poterit.

*Episcopus in Ecclesia juris patronatus Laicorum ex causa potest ponere æconomos, qui colligant fructus erogandos in utilitatem Laicorum, h. d.*

§. 11. Erit c etiam Episcopo facultas in Ecclesiis, in quibus Ecclesiastica persona præsentationem non habet, si vel minus idonei præsententur, vel alia de causa aliquos in eis instituire non valeat, æconomos ponere, qui fructus percipere debeant in Ecclesiarum utilitatem erogandos, aut his qui quandoque instituentur, fideliter reservandos.

*Patroni possunt convenire de præsentando æternis vicibus, & plures simul possunt præsentari, sed de ipsi Episcopus eligas instituendum, h. d.*

§. 12. Sed d ut facilius provideatur Ecclesiis, non inconveniens visum fuit, patronos ipsos inter se posse libere convenire de Rectore ab eis æternis vicibus præsentando: quibus etiam ex eadem causa permittitur, ut plures ad vacantem Ecclesiam præsentare valeant, ita ut unus ex eis eligi possit per Episcopum & admitti.

*Jus patronatus donari potest, sed ob donationem non præjudicatur juribus Episcopalibus: vendi autem non potest, nisi cum universitate, h. d.*

§. 13. Donatione e quoque jus patronatus acquiritur. Ut cum jus, quod quis in Ecclesiis habet, in aliquem liberaliter conferat: quæ si fiat Ecclesiæ, aut loco religioso, quamvis absque assensu Episcopi facta fuerit, efficaci est censenda, sed per eam Episcopalis Juribus in aliquo non derogatur. Sed si quis dato precio f, hujusmodi sibi jus comparare ausus fuerit, talis contractus irritus erit & inanis, nisi tale jus cum universitate reum temporalium transferretur.

*Episcopus non potest spernere patroni præsentationem. Patronus non potest quem propria auctoritate instituere, sub pana excommunicationis, h. d.*

§. 14. Quemadmodum autem ad præsentationem patroni, debet Episcopus Clericos instituere, & quod ipretis fundatoribus de vacanti Ecclesiâ disposuerit, erit irritum; ita etiam patronus auctoritatem Episcopi negligere non debet. Quod si laici g ausu temerario propria auctoritate ad institutionem processerint, tam ipsi anathemate feriendi, quam etiam peperam instituti Clerici communionem sunt privandi; qui si etiam adhuc persistierint, a ministerio Ecclesiastico & ordine deponendi erunt.

*Patroni paratim præsentatio tenet.*

§. 15. Interdum h accidit, ut ejus qui patronatus non est, præsentatio tamen rata sit habenda. Ut cum ordinarius

ad ejus præsentationem Clericum instituit, qui & juris patronatus erat possessor, & patronus credebatur; nam si postea jus patronatus alius in judicio evicerit, institutus non debet hoc ab Ecclesiâ removeri.

*Nemo potest seipsum præsentare, h. d.*

§. 16. Licet a autem patronus alios præsentet, seipsum tamen, quanquam Clericus sit, præsentare non potest, quoniamvis idoneus sit, & quibuscunque studiis juretur & meritis; cum nullas Ecclesiasticis sese officiis ulterio immiscere debeat.

*Nemo sibi beneficium confert, vel nisi nemo se præsentat: nec vacantibus beneficiis tenes collatio, aut præsentationis præmissio, h. d.*

§. 17. Sunt autem institutiones collationibus in quibusdam similes, in quibusdam vero dissimiles. Similes sunt, quæ quemadmodum is, qui seipsum præsentat, institutus non est; ita etiam is, ad quem pertinet collatio b, seipsum non potest instituire, cum inter dantem & accipientem distinctio debeat esse personalis. Item quemadmodum vacaturæ præbendæ non tenet regulariter collatio; ita etiam promissiones de non vacantibus beneficiis Ecclesiæ, in quibus quis jus obtinet patronatus, nullo jure subsistunt.

*Capitulum sede vacante potest instituere præsentatos: idem potest Vicarius sine speciali mandato Episcopi, h. d.*

§. 18. Dissimiles sunt, quia etsi Capitulum sede vacante c beneficia, quæ ad collationem Episcopi pertinent, conferre non possit: præsentatos tamen a patronis potest, si idonei sint, admittere & instituere. Idem obtinet in Vicario: quia licet sine speciali confessione conferre d non possit, præsentatos tamen instituere minime prohibetur.

*In rectorem parochialis Ecclesiæ potest præsentari etiam non in sacris consecutus, licet secus in libera collatione: in qua tamen potest dispensari cum eo, qui est consecutus in minoribus, h. d.*

§. 19. Sunt etiam in eo dissimiles, quod in Rectorem parochialis Ecclesiæ, etiam non in sacris constitutus præsentari potest, dummodo alias sit idoneus, & infra tempus a jure constitutum ad ordines, quos ipse Ecclesiæ cura requirit, promovere valeat. Collatio autem fieri non potest, nisi in persona ejus, qui saltem sit Subdiaconatu constitutus; cum hujus tamen, qui in minoribus sunt ordinibus constituti, si tales sint, qui infra breve tempus possint in Presbyteros ordinari, dispensari poterit.

*Patronis deseritur circa honorem, & visa necessaria subministranda, h. d.*

§. 20. Deseritur autem patronis non solum circa præsentationem, verum etiam circa honorem processionis, & circa necessarium vitæ subsidium. Nam si aut ipsi aut illorum filii ad inopiam redacti fuerint, illis erit moderate ab Ecclesiâ succurrendum. f

*Jus patronatus tollitur cessatione, Collegii constitutione, Ecclesiæ destructione, delicti perpetracione, h. d.*

§. 21. Tollitur jus patronatus cessatione: utputa, cum quis id Ecclesiæ, in qua jus habet hujusmodi, conferendam duxerit. Item, si quis Ecclesiam sine sui reservatione juris collegiatam fieri patitur. Eo amplius constat, si ædes sacræ incendio consumptæ fuerint, vel etiam terræmotu, vel vitio suo corruerint, extingui jus patronatus necesse est. Sed etsi patronus ausu nefando Rectorem vel Clericum ipsius Ecclesiæ per se, vel per alios occidere, vel mutilare ausus fuerit, tam alias poenas, quam juris patronatus amissionem sustinere debet. Idem juris est, si patronus efficiar hæreticus: cum enim bona hæreticorum universa sint confiscanda g, merito cum ista universitate etiam jus patronatus interibit.

TITU-

a C. quoniam in extr. de jur. patr. b c. l. extr. cod. sic. c. cum vos extra, de offic. ord. d. Clem. 2. versic. & in de jur. patr. e. c. l. de jur. patr. in 6. f. c. quia Clerici, & seq. extr. de jur. patr. g. c. præsertim. extr. d. lit. h. c. consultationis extr. d. tit.

a C. per nostras extr. d. vis. b c. fin. extr. de inst. c. 2. extr. ne sed. vac. d. c. fin. de off. vicar. in 6. c. c. ex frequentibus extr. de inst. f. c. quicumque fidelium. 16. qu. 7. g. c. vergensis. extr. de heres.



## TITULUS XXIX.

## DE CLERICIS NON RESIDENTIBUS.

*Si conferatur beneficium non idoneo ad residendum, & provisus privandus est beneficio, & collator conferendi potest esse, h. d.*

**D**ebent autem hi, quibus Ecclesiastica ministeria sunt committenda, tales deligi, qui & residere in Ecclesia, & curam demandati sibi officii per seipsum valeant exercere: quod si aliter actum fuerit, & qui acceptus fuerit, quod contra sacros canones acceperit, amittere: & qui dederit, largiendi potestatem privabitur.

*Qui sine causa non residet, post monitionem privandus erit: & qua sint iusta causa non residendi, h. d.*

§. 2. Si tamen ab initio idonei ad residendum reputati postea Ecclesias, vel prabendis sibi concessas, sine iusta & necessaria causa dederint, si moniti & congruo tempore expectati non redierint, eis privati poterunt. Iusta non residendi causa sunt: veluti, si quis ut Romano Pontifici, aut proprio Episcopo obsequium exhibeat. Item si iura, & negotia Ecclesie suae fideliter prosequatur, aut si, ut studiorum causa abesse possit, est alicui spectatim indultum, & si quae sunt aliae similes.

*Ad memoriam juvandam conductis repetitio, h. d.*

§. 3. Haec de prabendis & dignitatibus, atque illarum provisionibus dixisse nos sufficiat. Verum, quia in hoc tractatu diffuse immorati sumus, ut sequentia praecedentibus melius contexamus, quaedam in memoriam reducemus. Personarum ergo quidam Laici sunt, quidam Clerici. Rursus Clericorum quidam sunt in Sacerdotio constituti, quidam in sacris, licet non in Sacerdotio, quidam nec in sacris nec in Sacerdotio. Eorum rursus, qui in Sacerdotio constituti sunt, quidam sunt in celsiore gradu, ut Episcopi: quidam in inferiore, ut Presbyteri. In sacris vero dicuntur constituti Diaconi & Subdiaconi. Qui vero nec in sacerdotio nec in sacris reperiuntur, ii sunt, qui sunt in minoribus ordinibus constituti. Ceterum, quoniam adhuc quidam in Ecclesia sunt, qui non minus in Laicatu, quam in Clericatu constituti Domino deserviunt, ut sunt Regulares ac Monachi, restat, ut de his pauca subjiciamus.

## TITULUS XXX.

## DE REGULARIBUS, AC MONACHIS.

*Regulariter tales argumentum a Regulari ad Monachum, & contra, h. d.*

**Q**uoniam vero sive de Regularibus agendum sit, sive de Monachis, eadem iure jura servantur, verborum fiat evagatio, ditigamus sermonem in personam Monachorum, idem etiam intellecturi de Regularibus ceteris. Nam si quid in iis proprie servetur, separatim ostendemus.

*Ex triplici capite quis sit Monachus, & impubes a patre traditus monasterio, post annum pabersatis potest redire ad seculum, si velit, h. d.*

§. 2. Monachi e fiunt, aut ex paterna devotione, aut ex propria professione, aut ex voti emissionem. Ex paterna devotione d Monachus qui efficitur, cum pater filios, impubes monasterio offert. Quo casu, si impubes sacram consuetam vel velamina susceperint, quinto decimo aetatis anno moneri debent & inquiri, utrum in ipso habitu permanere cupiant: si permanentes se professi fuerint, vel professionem a se prius factam ratam habuerint, ulterius poenitendi locum non habebunt: si vero ad secularem habitum reverti maluerint, redeundi licentia concedenda erit, quia satis inutile est, ut coacta servitia Domino praestentur. Qua etiam ratione constitutum est, ne quis invitatus ordinari debeat.

*a C. quia nonnulli. §. cum igitur, extra, eod. b. relatum. eod. tit. c. c. Monachum, 20. q. 5. d. c. illud autem, 20. q. 1.*

*Si impubes praeter parentum voluntatem monasterium fuerit ingressus, possunt parentes intra annum reclamare: sed eius si sit pubes, h. d.*

§. 3. Quod si a impubes praeter parentum voluntatem consuetam accepit Monachalem, parentes id factum irritare valent: sed si intra annum ad proprium Episcopum, vel alium competentem iudicem non reclamaverint, revocare amplius non poterunt. Si vero in grandiori aetate adolecentes servitio Deo elegerint, non est potestas parentibus prohibendi.

*Professio est duplex, tacita & expressa, & potest fieri etiam ante annum, hoc dicit.*

§. 4. Propria professione Monachus efficitur quis, aut expresse, aut tacite. Expresse, ut si quis post annum probationis habitum suscipiens Monachalem, regulis monasterii obstringi se velle profiteretur. Si tamen ante tempus probationis regulariter praesentium b, is qui converti desiderat, habitum recipit, & professionem emittit, Abbate per se vel per alium professionem recipientem, regulari obsequentia obligatur, & vere Monachus est censendus.

*Ex causa post annum potest professio differri, ut si ingressus monasterium sit incognitus. Et servus triennis in monasterio commoratus, per monachationem fit liber, h. d.*

§. 5. Quemadmodum autem discretus Abbas ex causa ante probationis tempus professionem recipere potest, ita ex causa interdum proferre. Unde c si quis incognitus monasterium ingredi voluerit, ante triennium Monachalis habitus concedendus non erit: ne, si forte post annum statim praestetur, postea servus, aut alias inhabilis ad monasterium deprehendatur. Quod si servus per triennium in monasterio commoratus postea Monachus effectus fuerit, ex hoc liber etiam efficitur.

*Ordinatus ignorante domino, si fiat Monachus, sit liber: alia dominus potest intra annum recipere servum, h. d.*

§. 6. Quinimo d si prius ignorante domino ad sacra ministeria ordinatus, Monachus fieri elegerit, jugum servitutis evadet: aliis intra unius anni spatium domino & servilem fortunam probare, & servum suum recipere licebit.

*Pradicatores, Minores, & Mendicantes, non possunt proficere ante lapsum anni, & recipientes professionem puniuntur, h. d.*

§. 7. Quod e tamen de facultate recipiendi ante annum professionis dicitur, non est perpetuum. Pradicatores enim & Minores, alique Mendicantium ordines, ante annum probationis elapsam, quenquam ad sui ordinis professionem, vel seculi renuntiationem faciendam, recipere non possunt. Quod si forte contra fecerint, & is qui sic receptus fuerit, eorundem ordini minime alligabitur, & receptus fuerit, eorundem ordini minime alligabitur libere suspensi, tam excommunicationis, quam alius poenis, quae huiusmodi regularibus pro culpis infligi solent, gravioribus subjiciendi erunt.

*Delatio habitus tacitam ostendit professionem, & unusquisque debet se conformare cum habitu quem gerit, h. d.*

§. 8. Tacite proficitur quis, cum idoneis conjecturis apparet f, quod perpetuo vult Domino in Religione servire, & vitam ducere Monachalem: utputa, habitum post annum retinendo, ubi is novit & professis communis & indistinctus est, vel professorum habitum suscipiendo, ubi is distinctus habetur. Unde Toletano Concilio inductum est, ut Clerici, qui se fingunt habitu & nomine Monachos, & non sunt, corrigantur, & veri Monachi fiant.

*Ponis differentiam inter expressam & tacitam professionem, hoc dicit.*

§. 9.

*a C. 2. extra, de regul. b. c. ad Apostolicam. extra. eod. tit. c. si servus. d. 54. de. si servus. ubi gl. dist. 54. c. c. constitutionem. eod. tit. in 6. f. c. statimus extra. eod. tit.*

§. 9. Utrum autem qui expresse professus fuerit, a tacite interdum multum interest. Expresse enim professio, etiam seculari habitu non mutato, illi religioni præcise obligat, quam quis professus fuerit. Tacite vero facta infra probationis annum, per habitus, qui profitentibus tantum datur, susceptionem, non illi specialiter, cujus est susceptus habitus, sed generaliter religioni recipientem obligat, dum tamen legitima sit ætatis, ac sciens & prudens triduo in ejus habitus delatione perseveret.

*Beneficium non vacat per religionis ingressum ante professionem, nisi de consensu ingressi. h. d.*

§. 10. Et si contigerit cum, qui religionem ingreditur, beneficium retinere *b*, intra probationis annum non erit alicui conferendum: sed interim per alium assignata sibi congrua de proventibus portione, beneficio interveniendum erit. Si tamen ingressi ad id accedat assensus, aut quod vitam mutare voluerit, liquido appareat, aut legitimam professionem emiseric, beneficium alteri libere conferri poterit.

*Qui vitam regularem vovit, monasterium ingredi debet, non obstante quod fuerit prælaturam consecutus. h. d.*

§. 11. Is quoque, qui votum de ingressu religionis campis mentis emisit, ut Monachus fiat, cogendus erit. Usque adeo enim Deo voti ligat emissio, ut etiam si quis post votum prælaturam fuerit consecutus, Domino tamen promissa reddere sit compellendus.

*Per votum solenne derogatur simplici. h. d.*

§. 12. Illud queri potest: Si quis post votum *e* de certa religione intranda emissum, aliam religionem etiam laxiorem ingrediatur, & in eadem proficiatur, ibidemne possit, voto non obstante priore, licite remanere? in qua specie, cum per secundum solenne votum priori simplici derogari poterit, responsum est, posse Monachum in ea religione, in qua professus est, remanere: eidem tamen pro voto non completo, poenitentiam imponendam. Est autem in proposito votum simplex, quod non est aliqua professione munitum. Solenne vero est, quod quis per professionem tacitam vel expressam comprobavit.

*Semel factus Monachus, cogitur remanere in monasterio. h. d.*

§. 13. Is igitur, qui legitima in ætate constitutus, habitum semel induit sponte, religiosum propositum ultro susceptum deferere non poterit, sed proprio Abbati obediens, in castitate in proprio deget monasterio.

*Monachus non potest aliquid proprium habere, nec contra hoc potest Papa dispensare. h. d.*

§. 14. Sed *d* nec aliquid proprium possidere debet: & si quid habet, turum in continentem resignabit. Nam abdicatio proprietatis adeo est annexa regulæ monachali, ut contra eam nec summus Pontifex possit licentiam indulgere. Et si proprietates apud quemquam inventa fuerint in morte, is est Christiana sepultura privandus, & sepultus exhumanus: prout etiam beatus Gregorius se fecisse narrat.

*Potest Monachus transire solum in arctiorem religionem: & si dubitetur, an sit arctior, in quam Monachus vult migrare, datur judicio Abbatis. h. d.*

§. 15. Sed nec temere Monachus de monasterio *e* in monasterium migrare permittendus est, nisi monasterium, ad quod transitum facere cupit, distinctius existat. Quos casu, nullo obstante privilegio, Prælatus Monacho sine difficultate debet transendi licentiam indulgere, ne videatur propositum impedire divinitus inspiratum. Quod si forte probabiliter dubitetur, utrum quis velit ad ordi-

nem arctiorem transire an ad laxiorem, ex charitate an ex temeritate, superioris est judicium requirendum, ne forte angelus Sathanae in lucis Angelum se transformet.

*Mendicantes solum in ordinem Carthusiensem migrare possunt. h. d.*

§. 16. Mendicantibus *a* vero approbatis, qui prætextu arctioris ducendæ vitæ ad monasterium confugiunt, etiam si auctoritate Apostolica fuerint muniti, Clemens V. sacro approbante Concilio, interdixit ne vocem aut locum in Capitulo talis monasterii haberent, neve ad Prioratus administrationes, aut quæcumque officia assumi possent. Sed novissime *b* Martinus IV. omnino vetuit, Mendicantes ad aliquem monasticum ordinem, excepto ordine Carthusiensem, sine speciali sedis Apostolicæ concessionem transire, tam recipientibus quam receptis, ipso facto excommunicationis poenam incurseris.

*Abbatibus debent perquirere fugitivos, & Monachos non possunt præesse Ecclesiis parochialibus: licet secus sit in regularibus. h. d.*

§. 17. Fugitivos *c* vero debent Abbates solite perquirere, & ut ad monasterium & frugem melioris vitæ revertantur, opportunis remediis providere, nec ordinarios qui eorum suppleant negligentiam, expectare. Singuli quoque Monachi per villas *d* & oppida non debent discurrere, nec per quascunque parochias Ecclesiæ disponi, quod in regularibus, cum regulæ inferiant laxiori, specialiter cautum non invenitur. Ideoque *e* illis cum minori difficultate parochialibus Ecclesiis præesse permittitur.

*Quomodo & qualis sit eligendus in Abbatem. h. d.*

§. 18. Ut autem inviolabiliter monastica disciplina custodiat, de congregatione Monachorum Abbas eligendus est *f*, quem ordo vitæ & meritum magis poposcit ordinari, uti uni tantum præsit monasterio, qui cautus sit in regimine, humilis, & discretus, & cui Monachi cum omni obedientia & devotione subiaceant.

*Non professus non potest eligi in Abbatem, sed huic in Episcopum. h. d.*

§. 19. Et præterea cum in magistrum *g* assumi non debeat, qui formam discipuli non assumpsit, nec sit præficiendus, qui subesse non novit: Religiosus, qui regularem ordinem ante non fuerit expresse professus *h*, in Abbatem, vel ad alium regularium prælaturam eligi non poterit: quanquam ad Episcopalem dignitatem, talis in secularibus vel regularibus Ecclesiis eligi minime prohibeatur.

*Visitatores creandi, & quid agere debeant. h. d.*

§. 20. Visitatores quoque in Capitulo creandi sunt secundum formam generalis Concilii, qui visitationis officium exequantur, & omnia, quæ Viennensi Concilio constituta sunt, fideliter observari faciant, & de statu monasteriorum, & observantiis regularibus diligenter inquirent: & tam in spiritualibus, quam in temporalibus corrigant & reforment, quæ viderint corrigenda, & omnia secundum Honorianæ constitutionis tenorem prosequantur.

*Non debet quis invenire, vel fundare novam religionem. h. d.*

§. 21. Novissime *k* sciendum est, generali Concilio semel atque iterum cautum esse, ne quis in posterum novam religionem inveniat: sed quod, quicumque ad religionem converti voluerit, unam de probatis assumat. Similiter etiam de iis qui religiosam domum de novo fundare voluerint, cautum est, ut regulam & institutionem de probatis assumant.

*a* Cl. 1. cod. tit. de reg. b. extr. 1. communi. de reg. c. c. fin. extr. cod. tit. 1. c. 1. extr. de stat. Monachor. c. c. quod Dei. de statu Monach. extr. f. c. Abbatem. cum duobus seq. 18. q. 2. g. c. cum in magistrum. extr. de elect. h. c. a. nullus religiosus de election. in 6. 1. Clem. 1. cod. tit. de stat. Monach. k. c. fin. extr. de relig. dom.

*a* D. c. non solum. §. facult. *b* c. beneficium. cod. tit. in 6. c. c. penult. cod. tit. in 6. d. o. cum ad monasterium. extr. de statu Monachor. c. c. Joannes. extr. cod. tit. f. c. licet quibusdam. extr. cod. tit.

# I N S T I T U T I O N U M

# J U R I S C A N O N I C I

## L I B E R S E C U N D U S .

### T I T U L U S P R I M U S .

#### DE RERUM DIVISIONE, ATQUE ILLARUM ADMINISTRATIONE.

*Res Ecclesiasticae sunt aut spirituales, aut temporales. hoc dicit.*

**S**uperiore libro de jure PERSONARUM exposuimus, modo videamus de REBUS Ecclesiasticis, illarumque tractatione, & administratione. Summa rerum Ecclesiasticarum divisio in duos articulos deducitur: nam aut spirituales sunt, aut temporales. Spirituales sunt, quae Spiritui deserviunt, atque animae causa sunt instituta: ut Sacramenta Ecclesiae, altaria, & his similia. Temporales sunt, quae non tam spiritus, quam corporis gratia pro Ecclesiasticis ministeriis, factorumque ministeriorum uso sunt comparatae: ut sunt, praedia, domus, & fructus decimales.

*Res spirituales sunt aut incorporales, aut corporales: & corporales dividuntur in Sacramenta, in res sacras, sanctas & religiosas. h. d.*

§. 2. Rursus spiritualium quaedam sunt incorporales, quaedam vero corporales. Incorporales sunt, quae neque tangi, neque sensu corporeo percipi possunt: quales sunt, virtutes, & dona Dei, aut quae in jure consistunt. Corporales sunt, quae tangi & humanis sensibus percipi possunt. Hatum autem quaedam sunt Sacramenta, quaedam sacrae sunt, & sanctae, quaedam religiosae.

Videamus igitur nunc de spiritualibus: & quidem incorporales, cum de his tam supra opportunis locis loquuti fuerimus, quam etiam infra suo tempore dicturi sumus, specialem tractatum minime exigunt: itaque tractemus jam de corporalibus, ac primum de Sacramentis, de sacris, sanctis, & religiosis consequenter etiam loquuturi: ac demum de rebus temporalibus, atque illarum administratione.

### T I T U L U S I I .

#### DE SACRAMENTIS.

*Quid sit Sacramentum. h. d.*

**S**acramentum est, est invisibilis gratiae visibilis forma, ita quod ejus similitudinem gerens & causa existat.

*Sacramentorum quaedam necessaria sunt, quaedam voluntaria. h. d.*

§. 2. Sacramentorum summa divisio haec est, quod aut sunt necessaria, aut voluntaria. Necessaria sunt,

quae sine interitu salutis aeternae praetermitti & contemni non possunt: ut sunt Baptismus, Confirmatio, Poenitentia, Eucharistia, extrema Unctio: quae omnia ad particularem cujusque profectum sunt principaliter instituta. Voluntaria sunt, quae sine salutis dispendio, pro cujusque arbitrio recipi possunt, & refutari: qualia sunt Ordo sacer, & Matrimonium: & haec ad totius Ecclesiae profectum & subsidium principaliter pertinent.

*Necessariorum Sacramentorum quaedam deserviunt ad ingressum Ecclesiae, quaedam ad progressum in Ecclesia, quaedam ad egressum ab Ecclesia. h. d.*

§. 3. Et rursus necessariorum quaedam ad ingressum Ecclesiae sunt comparata, ut Baptismus: quaedam ad progressum in Ecclesia, ut Confirmatio, Poenitentia, Eucharistia: quaedam ad egressum ab Ecclesia, ut poenitentia Unctio.

*Secunda distinctio Sacramentorum, quod quaedam characterem imprimunt, quae iterari non possunt: quaedam non imprimunt, quae iterationem admittunt. h. d.*

§. 4. Rursus Sacramentorum quaedam characterem imprimunt, quaedam vero non. Quae characterem imprimunt, iterari non possunt: ut Baptismus, Confirmatio, Ordo sacer. Caetera vero, quae characterem nullum imprimunt, iterari minime prohibentur: ut Eucharistia, Unctio, Poenitentia, Matrimonium.

*Sacramenta constant elemento & verbo. h. d.*

§. 5. Constant autem Sacramenta elemento & verbo. Elementum hic accipimus, quicquid subvisibili natura, invisibilem gratiam designat & continet. Verba sunt, quae formae visibilis efficaciam exprimunt: ergo accedente verbo ad elementum sacramentum fiet.

*Non Ecclesia, sed Christus instituit Sacramenta, quae tamen dicuntur Ecclesiae, quia illa per ea sanctificatur, & illa ministrat.*

§. 6. Illud quoque scire nos oportet, quod non Ecclesia, sed ipso Domino instituentem Sacramentis utimur: sed tamen ideo Ecclesiae Sacramenta nuncupamus, tum quod per ea sanctificata, & caelesti sponso matrimonii foedere conjuncta sit: tum quod illorum dispensatio ejus credita sit ministerio.

*Etiam malus minister, & haereticus potest ministrare Sacramenta. h. d.*

§. 7. Ergo a qui baptizat, qui absolvit, & in singulis Sacramentis divinitus operatur, Dominus est: ministri vero Ecclesiae in consecrandis sacris mysteriis, vel dispensandis, praeter nudum ministerium nihil sibi vendicare valent, cum non propriam, sed ejus qui sacramenta instituit, personam referant, nec illa ex ipsis sanctificandi virtus manet. Unde, quanquam eos inculpato esse deceat, si tamen mali sint, vel a catholica communione sejuncti, nihilominus & consecranda Sacramenta, & dispen-

a Can. sacrificium, 30 de cons. dist. 2 b can. immissionem. §. sed notandum. 1 q. 1 c. 1 c. veniens. & extr. de trans. action.

a Can. aliud est. & can. seq. de Consecrat. dist. 4.

dispensare poterunt; veluti enim per lapideos canales ad areolas aqua transfunditur, & solis radii per loca foetidissima transeunt, nulla contracta maculatione contaminantur: sic multo magis Sacramenta nulla ministri foeditate commaculantur.

*Spiritualis potestas exerceri sine fide potest, sed non sine intentione Ecclesie. h. d.*

§. 2. Hoc tamen sic intelligi oportet, si tales ministri intentionem Ecclesie concordem habeant. Ceterum si aliud agere intendunt, puta facris illudere mysteriis, vel aliud, quod Ecclesie non consentiat, nihil agitur: sine fide cum spiritualis potestas exerceri quidem potest, Ecclesie intentione non potest. His circa Sacramenta generaliter cognitis, exordiamur nunc de singulis etiam specialiter dicere: & quia baptismus fundamentum a est & janua ceterorum, merito ab eo principium sumamus.

### TITULUS III. DE BAPTISMO ET EJUS EFFECTU.

*Baptismus operatur anime ablutioem, & in locum circumcissionis est institutus. h. d.*

**B**aptismus b est ablutio corporis exterior, qua adhibita certa verborum forma, interiorum anime ablutioem designat, & operatur. Veluti enim circumcisio in populo c Dei, in fidei justitiaeque signaculum instituta, ad significationem purgationis originalis veteris peccati parvulis valebat: sic & baptismus ad hominis innovationem valere cepit.

*Licet in baptismo plena contingat peccatorum remissio non tamen contingit plena novitas. h. d.*

§. 2. Non tamen ex quo quisque baptizatur, statim etiam in eo omnis verus infirmitas abluuntur, sed renovatio ad remissionem peccatorum incipit, & ad intelligentiam & operationem spiritualium: cetera vero sunt in spe, donec re compleantur, quod erit in resurrectionis tempore. Quamvis vero in baptismo plena fiat peccatorum remissio, non propterea plena novitas & mutatio contingit.

*Cura baptizandi ad solos Sacerdotes spectat, sed ex causa necessitatis quilibet potest baptizare. h. d.*

§. 3. Baptizandi d autem cura ad solos Sacerdotes pertinet, ejusque ministerium nec ipsis Diaconis explere permittitur, absque Episcopo vel Presbytero: nisi his procul absentibus, ultima languoris cogat necessitas: quo casu & Laicis fidelibus atque ipsis mulieribus e baptizare permittitur. Presbyter vero, cujus negligentia commissum est, ut quis sine baptismo ex humanis existeret, deponendus erit. f

*Baptizari ab haereticis schismaticis, paganis, vel aliis facinorosis, non sunt denuo rebaptizandi, h. d.*

§. 4. Sed & si qui ab haereticis g, sive schismaticis, vel etiam paganis, aut aliis facinorosis baptizati fuerint, quasi baptizati non fuerint, iterum baptizari non debent. Antiqua h tamen patrum induxit institutio, ut qui ab his in Trinitatis nomine baptizati fuerint, cum ad sanctam Ecclesiam redierint, aut unctione chrismatis, aut impositione manus, aut sola professione fidei ad sinum matris Ecclesie revocentur.

*Nemo seipsum baptizare potest, h. h.*

§. 5. Sed i quamquam baptismus ab haereticis, schismaticis vel paganis susceptus valeat, ipsum tamen se baptizare nemo poterit: sicut enim in carnali generatione, qua proles ex viro & foemina nascitur, alius est

qui carnaliter gignit, alius qui gignitur: sic in sacramentali generatione, qua soboles ex aqua & Spiritu Sancto renascitur, alius debet esse qui spiritualiter generet, alius qui generetur. Unde de Judzo, qui in mortis articulo constitutus, in aquam se ipsum immergendo dixerat, *Ego me baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*, responsum est, denuo ab alio illum baptizandum esse, ut ostendatur, quod alius est qui baptizatur, alius qui baptizat: quamvis si talis continuo decessisset, protinus ad patriam evolasset non propter fidei sacramentum, sed propter sacramenti fidem.

*Baptismus alius fluminis, alius fluminis, alius sanguinis. h. d.*

§. 6. Quod quidem & de illo recte creditur, qui visibiliter non baptizatus martyrii subit sacramentum. Baptismus enim invisibiliter ministratur, quem non contemptus religionis, sed terminus necessitatis excludit. Unde scite a scriptura a quibusdam reperitur, Baptismus alium esse fluminis, alium fluminis, alium vero sanguinis: cum baptismi virtus & efficacia, non tam ablutio b corporis, quam fide cordis continetur: & aliud sit per ministerium baptizare c, quod Sacerdos exequitur: aliud per potestatem, quam Dominus non usque adeo sacramentis adjunxit, ut sine illis eorundem gratiam tribuere non possit.

*Parvuli baptizantur in fide parentum, & Ecclesia: & non debet minor esse virtus baptismi, quam circumcissionis, h. d.*

§. 7. Non tamen, quia fide cordis baptismatis virtus continetur, ideo minus parvulos d, qui credere ob aetatem non possunt, unda salutaris abluit, cum & ii, non per usum, sed per habitum fidei, quem suscipiunt in baptismo, credere non male credentur, & fide parentum e & Ecclesie, alio proficiente: baptizari, ob fidei sacramentum recte fideles dici possunt: & cum circumcisio f tam adultis, quam parvulis in praeepto Domini conferetur, ne baptismus, qui succedit in locum ipsius, & generalior tamen existit, cum tam viri, quam foeminae baptizentur, minoris videatur effectus, tam adultis, quam parvulis est conferendus.

*Tam mater, quam filius, in ipso articulo parturiendi, possunt separatim baptizari, nec ob id creditur baptismus iteratus. h. d.*

§. 8. Is g quoque cujus mater vel praegnans, vel in ipsa hora, qua parturit, mortis urgente periculo baptismatis gratiam perceperit, baptizari poterit, nec propterea bis baptizatus reputabitur: cum utique ad maternum corpus, cum esset in utero, pertineret: nec ibi regeneratio repetiri possit, ubi generatio non praecesserit, nec in hoc tantum, qui nascitur, aliquid mater participat, cum uniuscujusque propria voluntas in confessione sit attendenda.

*Muti, surdi, & egrotantes baptizari possunt, h. d.*

§. 9. Muti quoque h & surdi, item egrotantes, qui pro se respondere non possunt, aliis pro se profitentibus, recte baptizari poterunt.

*Dormiens & amens, si ante somnum & amentiam habuerunt propositum baptizandi, baptizari possunt, h. d.*

§. 10. De dormientibus, & amentibus quastum est, & plane si prius quam dormirent, aut amentiam incurerent, non baptizandi propositum haberent, quia in eis eadem perdurare voluntas intelligitur, si sic immeriti fuerint, characterem sacramenti non suscipiunt; secus autem, si prius catechumeni existissent, & baptizandi propositum habuissent: tales enim in necessitatis articulo bapti-

a C. veniens. extr. de Presbyt. non baptizat. b gl. i in sum. de cons. dist. 4 c can. ex duo. 6 dist. 4 de cons. d can. constat. 19 de dist. 4 c can. mulier. d. dist. 4 de consecr. f can. quicumque d. 4 g can. sive ab haereticis & can. seq. de consecr. d. 4 h can. ab antiqua d. dist. i c. debisum extr. de baptismo.

a Gl. i in sum. de cons. dist. 4 b can. verus baptismus d. dist. 4 c can. aliud est dist. 4 d cap. majores. in fine princ. extr. eod. c can. illud. & can. seq. vers. parvuli. de consecr. dist. 4 f can. majores. §. cum ergo. extr. eod. g can. si ad matris & can. seq. de cons. dist. 4 h can. parvuli alio & can. seq. d. 4 de consecr. i cap. majores. in fine, extr. eod.

baptizare consuevit Ecclesia. Tunc ergo characterem sacramentalis imprimi operatio, cum obicem voluntatis contraria non inuenit obstitentem.

*Inuisus baptizatus characterem suscipit, & cogendus est ad obseruantiam fidei: secus si penitus coactus sit, h. d.*

§. 11. Sed & si quis non sponte, dum tamen non omnino coactus baptismatis susceperit sacramenta, Christianitatis characterem suscipit: ut puta, cum quis terroribus, atque suppliciis ad undam salutarem trahitur, & ob id tanquam conditionaliter volens, licet absolute non velit, est ad fidei Christianae cogendus obseruantiam. Ille vero, qui nunquam consentit, sed penitus contradicit, nec rem, nec characterem sacramenti suscipit. Plus est enim expresse contradicere, quam minime consentire.

*Is de quo non est praesumptio quod sit baptizatus, debet sine metu iterationis baptizari, h. d.*

§. 12. Illud a in dubium venire non debet, quoties nulla extant indicia inter propinquos & familiares, quibus aliquos baptizatos esse doceri possit, eosdem baptizari minime prohibendos esse. Quod enim factum esse nescitur, nulla ratio finit, ut iteratum videatur: nec temeritas interuenit praesumptionis, ubi est diligentiam pietatis. De eo tamen, qui Christianis parentibus natus, inter Christianos est fideliter conversatus, tam violenter praesumitur quod baptizatus fuerit, ut haec praesumptio pro veritate sit habenda, donec evidentissimis argumentis contrarium probatum fuerit.

*Iterum scienter baptizatus debet severissimo puniri, ignoranter vero baptizatus non potest ordinari, nisi ex necessitate, h. d.*

§. 13. Quod si b quis sciens & prudens iterum baptizari sustinerit, arctissima poenitentiae subiiciendus erit: quod si ignoranter, nulla quidem imponenda erit poenitentia, sed nisi magna cogat necessitas, ordinari non poterit.

*Iterantes Baptismum sunt deponendi ab officio, & beneficiis, hoc dicit.*

§. 14. Illi quoque, qui ausu temerario in homine jam baptizato coeleste lavacrum iterare ausi fuerint, excommunicationis mucrone percussi, ab omni officio & beneficio Ecclesiastico deponentur.

*Multa sunt in baptismo, quae non sunt de eius substantia, h. d.*

§. 15. Postremo sciendum est, quod licet verbo tantum & elemento, baptismatis substantia contineatur & forma, multa tamen a sanctis Patribus ad eum decorem fuerunt solemniter constituta, ut immersionis numerus Exorcismi, Clericorum exufflationes, salis benedicti exhibitio, salivae contactus, inunctio: quae si ex neglectu praetermissa fuerint, omisso culpa reos arguet.

*Baptismus non debet conferri in privatis domibus, nisi ex necessitate, vel ob magnam nobilitatem, h. d.*

§. 16. Illud etiam novissimo d Viennensi Concilio constitutum est, ne quis in privatis domibus, sed duntaxat in Ecclesiis, in quibus sunt ad hoc fontes specialiter deputati, aliquos audeat baptizare: nisi Regnum vel Principum liberi baptizandi fuerint, vel talis necessitas emergerit, propter quam ad Ecclesiam absque periculo accessus haberi nequeat.

#### TITULUS IV.

##### DE SACRAMENTO CHRISMATIS.

*Fideles post receptum baptismum debent chrismari, h. d.*

**Q**uamvis autem continuo transitur regenerationis sufficit beneficium, victuris tamen etiam confirmationis auxilium est necessarium. Ita enim conjuncta sunt haec duo sacramenta, ut unum ab altero, nisi morte praeviente, separari non debeat.

*Chrysmatis sacramentum operatur augmentum gratiae & soli Episcopi chrismant, h. d.*

*a Can. sinulla extans. de consec. dist. 4. b Can. quibusq. de consec. dist. 5. c Canon ut extr. eod. d Cl. x. eod. tit.*

§. 2. Igitur omnes fideles post baptismum, paraclerum per manus impositionem accipere debent, ut perfecte Christiani inventantur. Spiritus b Sanctus enim, qui super aquas baptismi salutariter descendit lapsu, in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam, in confirmatione robur & augmentum praestat ad gratiam. Unde & cum ceteras unctiones simplex Sacerdos vel Presbyter valeat exhibere: hanc non nisi summus Sacerdos, hoc est, Episcopus conferre debet: alioqui nulla excusante consuetudine chrismatio irrita habebitur & vacua, nec inter Ecclesiastica sacramenta reputabitur, cum manus imposuisse praeter Apostolos, quorum hodie vicem sustinent Episcopi, nulli alii legantur.

*Jejunis a jejunio debet dari Chrisma, nisi necessitas aliud cogat, h. d.*

§. 3. Accedent igitur, qui legitimae sunt aetatis, ad confirmationem jejunii d, ut a jejunis Episcopis sacro chrismate in fronte delinunt per manus impositionem paraclerum recipiant. Plane infirmis, & morte periclitantibus, vel qualibet causa impeditis, nulla de jejunio habitatione manus imponi poterit.

*In Baptismo, Confirmatione, & Catechismo debent patrini intervenire, h. d.*

§. 4. Illud e commune est tam his qui baptizandi sunt, quam etiam illis, qui confirmationis munus recipere debent, ut aliquem in patrinum habeant, qui eosdem in religione Christiana, & fide Dominica instituat, & qui pro eis apud Deum quasi fidejussor existat: quod & in Catechismo observandum erit.

*Patrini non debent esse plures, vel non baptizati, vel confirmandi, h. d.*

§. 5. Admonendi tamen sumus, quod nec plures ququam in baptismo, aut in confirmatione suscipere debent, sed unus f tantum sive vir, sive mulier; nec ququam quispiam tenere, vel levare poterit, qui ipse baptizatus non sit, vel confirmatus.

*Parentes non possunt esse patrini priorum filiorum, nec Abbates vel Monachi aliorum, h. d.*

§. 6. Parentes quoque proprios filios, vel Abbates g, vel Monachi alienos de sacro fonte suscipere, aut in confirmatione tenere non debent.

*Nec Baptismus, nec Chrisma possunt iterari, & utrumque conferri potest tempore interdicti, h. d.*

§. 7. Commune etiam illud est utriusque, quod & neutrum (ut paulo ante diximus) iterari potest, quippe quod ambo characterem imprimunt, & quod interdicti tempore ob imminens ex dilatione periculum utrumque conferri, & pro utroque chrisma confici poterit, ut infra sua loco latius exponemus.

#### TITULUS V.

##### DE POENITENTIA, ET REMISSIONIBUS.

*Quid sit Poenitentia, & effectus poenitentiae, h. d.*

**P**oenitentia est Sacramentum, quod contritione, confessione, & satisfactione concurrentibus, peccatorum operatur remissionem. Multiplex enim Dei misericordia ita lapsibus humanis subvenit, ut non solum per baptismi & confirmationis gratiam, sed etiam per poenitentiae medicinam spes aeternae vitae reparati velit. Unde qui dona regenerationis violaverint, proprio se iudicio condemnantes, per Sacramentum poenitentiae ad criminum remissionem, quasi ex naufragio arripita tabula ad portum perveniunt.

Tres

*a Can. novissime de consec. d. 5. b can. 1 de consec. dist. 5. c can. un. §. per frontis extr. de sac. unct. & can. manu quoque de consec. dist. 5. d can. ut jejunii. & can. de consec. dist. 5. e c. vos ante omnia. de conf. 4. f c. non plures. de conf. dist. 4. & can. seq. g can. non licet. de consec. dist. 4.*

Tres sunt species pœnitentiæ, & pœnitentiæ solennis iterari non potest, & pœnitentes ad sacros ordines reddit inhabiles. h. d.

§. 2. Sunt autem pœnitentiæ tres species: quædam enim est solennis, quædam publica, quædam privata. Solennis est, quam propter majora scelera Episcopus, in capite jejuni, servata certa rerum serie, delinquentibus solet imponere: quæ quidem ne Ecclesiæ vilescat auctoritas, iterari non debet: & tales pœnitentes ad sacros ordines (ut supra exposuimus) inhabiles reddit, quippe quæ nec aliter potest Sacerdotibus imponi, quam si prius cœlestis militiæ cingulo exuti fuerint.

Publica delicta & publica pœnitentiæ sui debent. h. d.

§. 3. Publica pœnitentiæ est, quæ publice, nulla servata juris solennitate, peragenda injungitur: qualis est, peregrinatio, certi habitus delatio, & his similia. Cumenim manifesta peccata non sint occulta correctione purganda, recte constitutum est, ut qui publice peccando proximo suo scandalum præbuerint, publicam etiam pœnitentiæ a propriis sibi Sacerdotibus impostam peragere debeant. Apparet itaque ex his, quod licet omnis solennis pœnitentiæ publica sit, non tamen omnis publica est solennis.

Unusquisque semel in anno debet confiteri, & Eucharistiam sumere, nisi de consilio Sacerdotis abstineat. h. d.

§. 4. Privata aut secreta pœnitentiæ est, quæ in occulto Deo fit & Sacerdoti. Statutum est enim generali Concilio b, ut omnis fidelis, quamprimum sapere coeperit, omnia sua peccata proprio Sacerdoti confiteatur, & injunctam sibi pœnitentiæ propriis viribus adimplere studeat, suscipiens reverenter ad minus singulis annis in Paschate Eucharistia sacramentum, nisi forte de Sacerdotis consilio ex causa duxerit abstinentium; alioqui & vivens ab ingressu Ecclesiæ arcebitur, & moriens Christiana carebit sepultura.

Pœnitentiæ constat contritione, confessione & satisfactione. hoc dicit.

§. 5. Constat igitur pœnitentiæ sacramentum tribus partibus: contritione cordis, confessione oris, & operis satisfactione. Contritio nihil aliud est, quam dolor pro peccatis voluntarie assumptus, cum proposito confitendi, & satisfaciendi. Confessio, (ut Augustino placet) est, per quam morbus larens spe veniæ aperitur: vel confessio est Canonica peccatorum coram proprio Sacerdote facta declaratio.

Tribus casibus potest quis confiteri non proprio Sacerdoti, si obtineat licentiam ab eodem, vel ab Episcopo, vel si confiteatur fratribus habentibus generalem potestatem audiendi confessiones. d. h.

§. 6. Quod autem dicitur, coram proprio Sacerdote, ita demum obtinet, si nulla legitima causa subit ejus declinandi iudicium. Cæterum si quis vel proprii Sacerdotis imperitiam e vereatur, vel alias vitam & mores suspectos habeat, & propterea alieno Sacerdoti d. confiteri voluerit, licentiam prius postulet & obtineat a proprio: cum aliter illum alienus, quæcumque suffragane consuetudine, non possit absolvere, vel ligare. Si quis tamen regularibus generale audiendi confessiones potestatem habentibus, & locorum ordinariis presentatis, & ab iisdem approbatis, confessus fuerit, Parisiensis Doctoris rejecta sententia, non magis eadem peccata tenebitur iterum confiteri, quam si ea proprio Sacerdoti juxta generalis Concilii dispositionem confessus fuisset.

Episcopus potest suo subdito concedere licentiam eligendi confessorem. h. d.

§. 7. Episcopus quoque subdito suo, ut quemvis idoneum sibi deligat confessorem, facultatem concedere poterit: cum non minoris esse debeat efficaciam ab Episcopo obtemperata licentia, quam a Parochiali Sacerdote.

Necessitas facit affectum reputari pro effectu. h. d.

§. 8. Sed & si pœnitendi urgeat necessitas, nec desideranti locus aut tempus proprium Sacerdotem offerat, & si is, cui quis confitetur, solvendi nullam potestatem habeat, tanta tamen est vis confessionis, ut dignus fiat venia ex desiderio Sacerdotis, qui proximo suo criminis turpitudinem confiteri non refugit. Votum enim pro opere reputatur, cum operis perficiendi facultas deest.

In perpetuum est in monasterium detrudendus, qui revelat confessionem. h. d.

§. 9. Sed & si proprius Sacerdos, sive alius pœnitentiam audiat, cavebit omnino, ne aut verbo, aut alio quovis modo consistentem prodatur: quoniam qui peccatum in pœnitentiæ iudicio sibi detectum revelare ausus fuerit, non solum a sacerdotali officio deponendus erit, verum etiam ad agendam perpetuo pœnitentiæ in arctum monasterium detrudendus.

Sacerdos non debet quem absolvere de casibus reservatis Papa, vel Episcopo. h. d.

§. 10. Illud etiam animadvertere Sacerdotem oportet, ne quem scilicet ab his criminibus absolvendo liberaret, quorum absolutio aut Apostolice c, aut proprio ordinario est reservata: ut puta, si pœnitens Clericum enormiter laeserit, Ecclesiam combusserit, vel flegerit, falsum commiserit, Cardinalem, vel Episcopum infectus fuerit, cum Moniali rem habuerit, & in aliis casibus.

In generali concessione non veniant ea, quæ quis non esse verisimiliter in specie concessurus. h. d.

§. 11. De eo tamen quæsitum est, si Episcopus subdito suo concesserit, ut sibi possit idoneum eligere confessorem, an tunc ille, quem is elegerit, in casibus, qui eidem Episcopo specialiter reservantur, absolvendi habeat facultatem: & cum in generali, concessione illa minime veniant, quæ non esset quis verisimiliter in specie concessurus, responsum est, electum hunc hujusmodi non trahere potestatem.

Contritio & confessio sine satisfactione parum proficiunt. hoc dicit.

§. 12. Sed nec contritio multum proficiet, nec confessio, nisi ambabus adjuncta fuerit satisfactio: quæ nihil aliud est, quam quædam iniuriæ, illata compensatio: nullus enim delictorum accipit veniam (nisi si nulla necessitate fuerit impeditus) qualemcumque, etsi longe minorem, quam debeat, pœnam solverit. Nec sufficere mores in melius commutate, & a præteritis malis recedere, nisi etiam de his, quæ facta sunt, Deo satisfiat per contriti cordis sacrificium cooperantibus elemosynis, orationibus & jejuniis.

Medici, qui agrotos ad pœnitentiam non inducunt, sunt ab Ecclesia ingressu arceudi. h. d.

§. 13. Medicos etiam admonere oportet, ut cum eos ad infirmos vocari contigerit, ipsos ante omnia moneant, & inducant, ut medicos vocent animarum: ut, postquam fuerit agrotanti de spiritali salute provisum, ad corporalis medicinæ remedium salubrius procedatur. Si quis autem Medicorum secus fecerit, ab Ecclesiæ ingressu arcebitur, donec pro transgressione hujusmodi satisfecerit.

Qui habuit propositum confitendi, potest absolvi, si sævisia morbi non possit confiteri. h. d.

§. 14. Si quis autem in infirmitate constitutus, pœnitentiam petierit, & dum ad eam invitatus Sacerdos properat, morbo oppressus obmutuerit, vel in phrenesim conversus fuerit, & pœnitentiæ moriturus, & per manus impositionem reconciliationem accipere poterit.

De-

a Tit. qui prom. non poss. §. pœnitentes. b c. omnis utriusque. extr. eod. c. c. fin. de pœnit. dist. 6. d. c. omnis utriusque. §. si quis autem. extr. eod.

Jur. Canon. Tom. II.

a C. omnis utriusque. §. caveat. extr. eod. b Clem. 1. §. quibus. versic. nec etiam. de privileg. c. 2. de pœnit. in 6. d. c. cum infirmitas. extr. eod.

*Deputatis ultimo supplicio sacramentum penitentia & Eucharistia non negatur. h. d.*

§. 15. Nec infirmis solum, sed etiam ultore gladio morituris in hac parte iura subveniunt, cum ultimo damna-  
tis supplicio a penitentia sacramentum, si petant, non solum negari non debeat, verum etiam sint censura Ecclesiastica, ab ordinariis locorum coercendi, quicumque advenirentur, quo minus id consequantur. Quod ipsum & de Eucharistia quoque intelligendum erit, cum quibuscumque penitentia non negetur, viaticum quoque, quod vere penitentibus exhibetur, intelligatur esse concessum.

## TITULUS VI.

### DE EUCHARISTIA.

*Maximum est Eucharistia sacramentum, & saltem semel in anno debet assumi. h. d.*

**E**st autem inter cetera, Eucharistia sacramentum maximum *b*, & oblationes omnes longe antecellit. Unde, sicut praestantius est ceteris, ita etiam diligentius excoli debet. Et quidem circa prima fidei cunabula frequentissima erat apud fideles sanctissimi viatici susceptio: sed cum postea paulatim tepescente charitate rariis homines communicarent, constitutum fuit *c*, ut nisi quis majoribus fortasse criminibus impediretur, tribus saltem vicibus in anno communicare deberet: donec refrigerante penitus religionis ardore, eo tandem ventum est, ut semel saltem singulis annis *d*, unusquisque coelestis mensae debeat esse particeps.

*Quotidie Sacerdotes hodie pro populo sacrificare debent, sed semel tantum, non pluries, nisi ex magna causa, vel in nativitate Domini. h. d.*

§. 2. Invalute tamen, ut Deo quotidie Sacerdotes pro populo hanc oblationem facerent. Quoniam enim quotidie labimur, ideo etiam Christus quotidie mystice pro nobis immolatur: in quo tamen illud cavendum est, ne Sacerdos, quacumque praesulgeat dignitate *e*, amplius quam semel in die celebret: nisi aut aliter faciendum Domini nativitas *f* suadeat, aut argens cogat necessitas. Satis enim felix est, qui semel digne celebrat.

*Presbyter tantum debet exhibere Eucharistiam, non inferior: nisi sub sit necessitas. h. d.*

§. 3. Sed nec ab omnibus, nec passim omnibus, tantum sacramentum exhiberi debet: nam veluti solus Sacerdos illud conficit, ita etiam nemo praeter eum exhibere poterit. Quod si Presbyter aliter quam per semetipsum infirmum, vel alium communicet, ex Rhemensis & Concilii dispositione, sui gradus periculo subiacebit. Permissum tamen Laodicense Concilium *b*, si necessitas urgeret, ut Diaconus praesente Presbytero Eucharistiam iustus erogare possit.

*Sacerdos constitutus in peccato mortali, quoad seipsum est suspensus, non quoad alios. h. d.*

§. 4. Imo & Sacerdotes, si qua criminali i macula fese infectos esse sentiant, ab huiusmodi exhibitione abstinere debent. Quamquam si peccato mortali *k* vel minori excommunicatione illigatus celebret, & sacramenta conferat, licet graviter peccet, nullam tamen irregularitatis notam incurrit, & sacramenta ab eo collata, virtutis effectu non carent: cum non a collatione, sed a participatione, quae in sola perceptione consistit, videatur esse remotus.

*Scenicis & histrionibus non est danda Eucharistia: pro ceteris autem maxime infirmis, semper debet esse parata. h. d.*

*a Clem. 2. de panis. b can. nihil in sacrificiis de consecr. dist. 2. c can. exsi non de consecr. dist. 2. d can. omnis de pan. e c. te referente. extr. de celebr. miss. f c. consulisti. extr. de celebr. missar. g can. pervenit de consecr. dist. 2. h can. praesente. dist. 93. i can. Sacerdotes qui. 1. qu. 1. in fin. k can. fin. extr. de Cler. excom.*

§. 5. Item quamvis regulariter nullus, etiam si quem Sacerdoti peccatorem & impenitentem esse liceat, ab altari sit arcendus: Scenicis a tamen, atque histrionibus, ceterisque personis huiusmodi, quamdiu tam detestandas artes exercent, sacra communio deneganda erit. Nec enim Evangelica disciplina congruit, ut pudor & honor Ecclesiae tam turpi & infami contagione foedetur. In ceteris prospiciet Presbyter, ut si quis infirmatus fuerit, ita Eucharistiam paratam habeat *b*, ut nemo sine communione moriatur.

*Sacramentum Eucharistia constat visibili forma, veritate corporis, & spiritali virtute. Et in calice poni debet vinum aqua mixtum. h. d.*

§. 6. Constat *c* autem Eucharistiae sacramentum visibili forma, veritate corporis, & virtute spiritali. Forma visibilis est panis, & vini *d*: vinum vero hoc loco intelligimus aqua permixtum: nec enim in calice Domini, aut vinum solum, aut aqua sola offerri debet, cum utrumque ex latere illius profuxisse legatur. Illud etiam rationabilis consuetudo generalis habet Ecclesiae, ut plus in eo vini, quam aquae sit ponendum. *e*

*In sacramento altaris & panis & vinum sunt vera caro & sanguis Domini. h. d.*

§. 7. Veritas *f* est carnis & sanguinis, sicut enim ante consecrationem panis est & vinum, quod natura formavit: ita etiam post consecrationem vera Christi est caro & sanguis, quem benedictio consecravit. *g*

*Virtus Sacramenti est charitas & unitas. h. d.*

§. 8. Virtus est charitatis *b* & unitatis: nam veluti ex multis grans unus fit panis, & multis racemis unum vinum, ita & nos per hoc charitatis sacramentum Christo incorporati, unum evadimus.

*Panis, quomodo & quando tria, quibus constat sacramentum altaris, sint sacramenta. h. d.*

§. 9. His igitur repetitis apparet *i*, primum quidem sacramentum esse non rem, secundum & rem esse simul & sacramentum, tertium vero rem esse, sed non sacramentum. Sed primum quidem sacramentum est geminum rei, secundum est sacramentum unius & alterius rei, tertium vero res est gemini sacramenti.

## TITULUS VII.

### DE EXTREMA UNCTIONE.

*Extrema unctio solet exhiberi, de quorum morte dubitatur: & duplex unctio, exterior & interior: & interiorum exterior designat. h. d.*

**H**actenus loquuti fuimus de his sacramentis, quae ad ingressum, & ad progressum in Ecclesia comparata sunt; consequens nunc est, ut de iis videamus, quae propter egressum ab Ecclesia sunt constituta. Sciendum est igitur, graviter aegrotantibus, & de quorum morte probabiliter timeri potest, certas corporis partes sanctificato oleo a Presbyteris ex institutione divina inungi debere: quae quidem unctio, non minus interioris anima, quam exterioris corporis sanitate operatur. Sunt & enim unctiois duae species: Exterior, quae materialis & visibilis, & Interior, quae spiritalis est & invisibilis. Exteriori visibiliter inungitur corpus: Interiori invisibiliter cor inungitur. Haec, quod in extremi-  
tate vitae constitutis exhiberi consuevit, merito extremae unctiois nomen est sortita.

*Magi.*

*a Can. pen. de conf. dist. 2. b can. Presbyter Eucharistiam. de consec. dist. 2. c Gl. in sum. de consec. d. 2. d sum. d. dist. 2. e c. perniciosus. extr. de celebr. missar. f can. cum Martha. §. distinguendum. extr. de celebr. miss. extr. d. gl. g can. nos autem. de consecr. dist. 2. h Vide in praeced. §. i c. cum Martha. §. distinguendum. extr. de celebr. missar. k c. 1. §. scire pp. 1817. de sacra unctio.*

*Magis dignum trahit ad se minus dignum. h. d.*

§. 2. Sanctificatum autem locum hoc loco accipimus, non modo quod ipsum totum consecratum est, sed etiam quod ex consecrato admixtum. a

Postquam hucusque de iis sacramentis, quæ quoquo modo necessitatis sunt, tractatum habuimus: reliquum est, ut de iis loquamur, quæ dignitatis sunt & voluntatis.

### TITULUS VIII. DE SACRAMENTO ORDINIS.

*Quid sit ordo. h. d.*

**V**oluntatis Sacramenta sunt ( ut paulo ante exposuimus) Ordo sacer, & Matrimonium. Est autem Ordo, nihil aliud, quam signaculum quoddam Ecclesiæ, per quod spiritualis potestas traditur ordinato: de cuius speciebus, differentiis, & gradibus satis videretur superiore libro dictum esse.

Unde solum nunc restat, ut ad matrimonii materiam orationem vertamus.

### TITULUS IX. DE SACRAMENTO MATRIMONII.

*Quid sit matrimonium. h. d.*

**M**atrimonium b est viri & mulieris conjunctio, individuam vitæ consuetudinem continens, cum divini & humani juris communicatione.

*Matrimonium præcedit alia Sacramenta, ratione loci in quo infirmitas est, temporis, amplitudinis & mysterii. h. d.*

§. 2. Et merito inter alia sacramenta matrimonium quoque annumerari meruit, cum cæteris loci, temporis, amplitudinis, & mysterii ratione etiam præcellat, siquidem ab orbis primordio in paradiso a Deo ipso institutum est, ut esset omnibus etiam infidelibus commune, quod in aliis minime contigit. His illud quoque accedit c, quod animorum consensus & corporum commixtio, quæ in matrimonio intercedunt, primum quidem charitatem significat, quæ consistit in spiritu inter Deum & justam animam, vel Ecclesiæ: alterum vero sacrosanctum conjugium designat, quod inter Christum & Ecclesiæ per incarnationis mysterium est contractum.

*Bona matrimonii sunt sacramentum, fides, proles, & fornicationis remedium. h. d.*

§. 3. Consequuntur & inde præter sacramentum, & alia bona, utputa d, fides, & proles, & quod humana infirmitas in ruinam turpitudinis prona, honestate excepta conjugii, minime læditur. Initiatur autem matrimonium sponsione, consensu ratificatur, & copula consummatur: de quibus singulis distinctius dispiciamus.

### TITULUS X.

#### DE SPONSALIBUS.

*Quid sint sponsalia, & unde dicantur. h. d.*

**S**ponsalia e sunt futurarum nuptiarum mentio, & repromissio: & dicta sunt a spondendo, quod per ea sibi invicem se futuros conjuges viri & mulieres spondent.

*Sponsalia contrahuntur re, verbis, literis, & consensu. h. d.*

§. 2. Contrahuntur autem sponsalia variis modis: utputa, re, verbis, literis, & consensu. Re contrahuntur per nudam subarrationem, vel annulli immissionem. Verbis, ut si inter virum & mulierem promissio super futuro matrimonio intercesserit, veluti altero alteri vice mutua dicente: Ego f te accipiam in meum maritum, & ego te in meam uxorem: sive in hunc sensum verba

similia protuleriat. Litemis, ut cum absentes inter se de futuris nuptiis per epistolam pacificentur: quod ipsum & per nuntium, vel procuratorem fieri poterit.

*Procurator ad contrahendum matrimonium non potest substituere, nisi hoc habeat in mandatis. h. d.*

§. 3. Procurator a tamen ad hoc specialiter constitutus, ob magnum, quod ex factu tam arduo possit periculum imminere, alium substituere non poterit, nisi hoc ei specialiter commissum fuerit.

*Si duo impuberes, quorum prudentia non supplet ætatem, & qui pubertati non sint proximi, vel etiam alter tantum sit impubes, per verba de præseni matrimonium contraxerint, salvis contractibus resolvitur in sponsalia defuere: et ex eo inducitur iustitia publica honestatis. h. d.*

§. 4. Consensu b contrahuntur sponsalia: ut cum pubes & impubes, vel duo impuberes, non proximi pubertati, & in quibus statim prudentiam non supplet, matrimonium per verba contraxerint de præseni. Licet enim verba in præseni matrimonium fonerit, juris tamen interpretatione in sponsalia, licet contrahentes matrimonium celebrare intenderent, conjugium, quod ab initio ætate impediende, ut matrimonium non tenat, per adventum pubertatis minime convalescit, nisi per carnis copulam subsequatur, vel alium modum contrahentes cum eisdem perseverantia voluntatis, ad pubertatis tempora pervenisse evidenter constiterit: per dictum tamen contractum, qui valuit ut potuit, non ficti agebatur, publica honestatis iustitia censetur inducta.

*In re dominanda potius effectum attendimus, quam modum. h. d.*

§. 5. Et ideo hoc casu consensu contracta sponsalia dicimus: quia, si verba spectes, non sponsalia, sed ipsum matrimonium contractum videri poterit. Censuerunt autem jura eos, qui, cum non possent, conjugium de facto contraxerunt, voluisse etiam in casu quo possent, contrahere: ideoque saltem, ut sponsalia, valere conventionem.

*Sponsalia contrahuntur tripliciter, pure, in diem, et sub conditione, et qui contraxerunt sponsalia pure, compellendi sunt etiam matrimonium contrahere, et consanguinei contrahentium non debent cum ipsis contrahentibus contrahere. h. d.*

§. 6. Rursus contrahuntur sponsalia, aut pure, aut adjecta die, aut sub conditione. Pure a, ut cum vir & mulier se invicem futuros conjuges pollicentur. Et hoc casu nullus consanguineorum aliquo pacto alterum ex contrahentibus matrimonio sibi copulare poterit, imo qui contraxerunt, ut se invicem recipiant, & mutua conjugali affectione pertractent, moneri, & nisi rationabilis causa obfister, Ecclesiastica censura compelli poterunt.

*Si per contrahentem sponsalia in diem, non stetit quo minus matrimonium contraheret intra terminum, cum alia postmodum matrimonium contrahere poterit. h. d.*

§. 7. Dies adjicitur sponsalibus, cum quis intra certum temporis spatium aliquam se ducturum in uxorem convenit: in qua specie, si per eum non iteriter, quo minus intra præfixum terminum cum eadem matrimonium contraheret, libere ad nuptias alterius transire poterit.

*Sponsalia contracta sub conditione, evanescent conditione deficiente, nisi ab ea recessum fuerit. h. d.*

§. 8. Sub conditione celebrantur sponsalia, cum quis, si quid fiet vel contigerit, nuptias se contracturum pollicetur: veluti si dictum fuerit, Ego d te in uxorem accipiam, si centum mihi dederis: aut, si pater meus consenserit: quibus conditionibus deficientibus, ad matrimonium quis compelli non poterit, nisi consensus de præseni, aut carnalis sit inter eos commixtio subsequata, cum his casibus a conditionibus recessum videatur.

*Turpes*

a Gl. hñ e quod in dubiis. extr. de cons. Eccles. b In sum. 27. qu. 2. §. June. c. illud. extr. de presumpt. c. debitum. extr. de bigam. d. c. omne. 27. q. 2. e. c. nostrates. 30. q. 5. gloss. 1. a. licet. extr. de transf. Episc. f. cap. penult. extr. eod.

a C. fin. de procurat. in 6. b. c. 1. §. idem. de despons. impub. in 6. c. 2. & c. ex literis. ver. secund. extr. eod. sis. d. c. de illis. et cap. per vsas. extr. de condit. app.



*Turpes condiciones adjecta sponſalibus vel matrimonio non videntur, ſed viſitantur: niſi ſint contra ſubſtantiam et naturam conjugii. h. d.*

§. 9. Hoc tamen de his conditionibus intelligere nos oportet, quæ honeſtæ ſunt, & Canonicis inſtitutis non contrariæ: nam ſi turpes ſint, aut impoſſibiles, ob favorem matrimonii debent pro non adjectis cenſeri: ſi tamen non ſolum turpes ſint, ſed etiam contra ſubſtantiam, vel naturam conjugii: puta, ſi alter dicat alteri a: *Tecum contraho ſi generationem proliſ evitaveris, vel donec aliam honore vel facultatibus digniorem inveniam, aut ſi pro quaſi adulterandam te tradideris:* matrimonialis contractus, quantumcumque ſit favorabilis, omni carebit effectu.

*Minores ſeptennio non poſſunt ſponſalia contrahere, et contracta lapſu temporis non convaleſcunt, niſi nova voluntas acceſſerit, aut nixus copula intervenierit. h. d.*

§. 10. Non tamen omnibus, cujuſcunque ſint ætatis, licet ſponſalia contrahere: nam inter minores ſeptennio b celebrata, nullius roboris efficaciam ſortiuntur: ideoque ſi infantes, vel unus major ſeptennio e, alter minor, ſponſalia contraxerint ipſi, vel parentes pro eis, niſi per cohabitationem eorum mutuum, ſive alias verbo, vel factis eodem in eadem voluntate factos majores perdurare liquido appareat, ſponſalia hujusmodi, quæ ab initio nulla erant, per lapſum dicti temporis minime convaleſcant: & ideo cum ſint nulla, ratione defectus conſenſus, publicæ honeſtatis juſtitiam non inducunt. Si tamen cum ea, quam nondum ſeptennem domum qui traduxerit, copulæ nixus interceſſerit, aliud ſtatuendum erit.

*Qui contraxerunt ſponſalia, debent compelli ad matrimonium, niſi aliquid i. ſe timeatur. h. d.*

§. 11. Initiatum igitur ſponſalibus matrimonium fide conſenſus ratificari debet. Quod ſi, qui de contrahendo matrimonio fidem ſibi dederunt d, ſe invicem admittere omnino noluerint: inſtar eorum, qui ſocietatem interpoſitione fidei contrahunt, & poſtea eandem ſibi remittunt, diſſolutio tolerari poterit: cum coactione difficiles ſoleant exitus frequenter habere.

*Non ſunt audiendi impuberes volentes diſſolvere ſponſalia, ſed expectandum tempus pubertatis. h. d.*

§. 12. De e illis, qui infra annos aptos matrimonio ſponſalia contrahunt, quæri poterit: & ſane, ſive uterque, ſive alter reclamet, & antequam ad annos matrimonii aptos pervenerint, ſeparari poſſunt, non ſunt audiendi: ſi vero alteruter iſtorum ad pubertatis annos pervenerit, infra eodem annos altero exiſtente, cum ſponſalia contraherentur, ſi is, qui minoris eſt ætatis, ad pubertatis annos perveniens reclamaverit, nec in alterum conſentire voluerit, iudicio Eccleſiæ ſeparari poterunt.

*Mulier viſi potens contrahens cum impubere non poteſt veſſire, ſed impubes, ſaluſ pubes poteſt. h. d.*

§. 13. Mulier ſ quoque, nubileſ annos attingens ei qui nondum matrimonio erat aptus, nupſit, cum in eum ſemel conſenſerit, amplius diſſentire non poterit, niſi ipſe, cui nupſit, poſtquam ad legitimam ætatem pervenerit, in eam ſuum negaverit prætare conſentium.

*Contrahens ſponſalia cum impubere coacte non tenetur expectare impuberem. h. d.*

§. 14. Hæc tamen de his dicta intelliguntur, quæ ſponte cum minoribus ſponſalia contraxerint. Si qua enim non tam ſponte ſua, quam a parentibus coacta, cum impubere contraxerit, & domum traducta fuerit, licet aliquando ibi invita permanſerit, ſi puerum uſque ad annum decimum quartum minime expectandum duxe-

rit, ei aliam ſibi virum accipiendi libera concedenda facultas erit.

*Sponſalia contracta a parentibus, non tenent, niſi filii aſſentiant & ratificent. h. d.*

§. 15. Non abſimile eſt a, quod de ſponſalibus, quæ parentes pro filiis puberibus frequenter contrahunt, ſtatuitur: nam ſi quidem ipſi filii expreſſe conſenſerint, vel tacite, ut ſi præſentes fuerint, nec contradixerint, obligantur: & ex eis oritur publicæ honeſtatis juſtitia. Idem etiam obtinet, ſi filii tempore ſponſaliorum abſentes, & etiam ignorantes eadem ſponſalia, poſt ſcientes & prudentes ratificaverint, tacite vel expreſſe: alias ex ſponſalibus contractis a parentibus pro filiis, nec ipſi obligantur, nec publicæ honeſtatis juſtitia inde exortur.

*Sponſalia diſſolvuntur ipſo jure, quando non habetur ratio voluntatis contrahentium. h. d.*

§. 16. Diſſolvuntur ſponſalia, aut ipſo jure aut factis hominis. Ipſo jure tunc dicuntur ſponſalia diſſolvi, ut cum nulla habita ratione voluptatis & conſenſus partium, ex certa ſuperveniente cauſa diſtrahuntur: ut ex contractu matrimonii, ſacrorum ordinum ſuſceptione, religionis ingreſſu, cognationis interventu.

*Matrimonium per verba de præſenti contractum, tollit ſponſalia præcedentia, etiam juramento firmata: ſed matrimonium contractum per verba de præſenti, non irritatur etiam ſecuta copula. h. d.*

§. 17. Si quis igitur eam, quæ tibi deſponſata fuerat, per verba ſibi junxerit de præſenti, etiam ſi inter te & ipſam ſponſalia juramento firmata exiſtiſſent, dum tamen copula non intervenierit, nihilominus per ſecundum matrimonium, etiam te invito, tolluntur: licet fidem frangentibus, ſalutaris ſit injungenda poenitentia: quantum, ſi prius per verba contraxiſſes de præſenti, ita firmum maneret matrimonium, ut per ſecundum, etiam ſecuta copula, tolli non poſſit. Nec enim ut poenitentiam fidem interdum ſtrangi jura ſuſtinent, ita etiam fidem conſenſus aboleri permittunt.

*Per ſuſceptionem ſacrorum ordinum, & ingreſſum monaſterii diſſolvuntur ſponſalia. h. d.*

§. 18. Item ex contrario, ſi quis ſacris ordinibus fue- rit ingreſſus, aut religionem fuerit ingreſſus, pari ratione ſolvuntur ſponſalia. Conſultius b tamen egerit, qui certam mulierem ſe ducturum in uxorem forte jurjurando firmaverit: ſi antea contrahendo juſjurandum ſervaverit: poſtea que nulla ſubſequenti carnali copula religionem ingreditur.

*Affinitas ſuperveniens dirimit ſponſalia de futuro. h. d.*

§. 19. Item ſi inter ſponſum & ſponſam affinitas ſuperveniat: utputa, ſi ſponſum e propinquam ſponſæ cognoviſſe, aut manifeſtum ſit, aut de hoc ſit publice diſtamat, aut ſpiritualis inter eos cognatio interceſſerit: diſſolvuntur inter eos ſponſalia, nec ad matrimonium perveniri poterit.

*Parit quomodo factis hominis ſponſalia diſſolvuntur. h. d.*

§. 20. Factis hominis diſſolvuntur ſponſalia, vel contrario utriſque contrahentis conſenſu, vel cum legitima emergente cauſa, diſſolutio alterius tantum voluntati permittitur: veluti, ex fornicatione d, abſentia, membrorum amiſſione, incurabilis morbi interventu.

*Sponſalia diſſolvuntur contrario conſenſu, nec poena appoſitio ſponſalibus appoſita, aliquid operatur. h. d.*

§. 21. Si contrahentes igitur, vel ſeſe invicem liberent, vel impubes contrahens adveniente pubertate, ratum nolit habere matrimonium, diſſolvuntur ſponſalia: nec aliquid proderit, quod ſub certa poena contracta fuerint: cum

a C. ſin. extr. de condit. oppoſ. b c. accēſſit. extr. de deſponſ. impub. c. c. in prima de deſponſ. impub. in 6. d. c. 21. extr. eod. e c. 1. de illis. extr. de deſponſ. impub. f. c. de illis. §. mulier. extr. de deſponſ. impub.

a C. 1. §. ſin. de deſponſat. impub. in 6. b c. 2. extr. de conſenſ. conjug. c. c. 2. extr. de conſanguinit. & affin. d. c. 2. 31. q. 1. can. Apoſtolus. & can. omnes. 32. q. 7. c. diſcregrionem. extr. de co, qui cogn. conſang.

cum enim libera matrimonia a esse debeat, poenarum inanis omnis est adjectio.

Ob fornicationem post sponsalia etiam juramento firmata commissam, potest quis licite resiliere: & id quod conjunctio distinguat, multo magis impedit coniungendos. h. d.

§. 22. Unius quoque tantum dissensu etiam iurati solvuntur interdum sponsalia: veluti b si quis aliquam se in uxorem ducturum iuraverit, & ea postmodum fornicata fuerit: nam licet eidem fornicationem non possit opponere precedentem, ob subsequentem tamen poterit eandem in conjugem non ducere: quia illi juramento talis inest conditio, si illa contra regulam desponsationis non venerit: alioqui si post huiusmodi juramentum publica meretrix fuerit, teneretur eam in uxorem ducere: quod est profusum absurdum. Nam si post contractum conjugium vir propter fornicationem licite potest a sua cohabitatione recedere, longe fortius ante conjugium celebratum sponsus sponsam poterit non admittere.

Carnalis & spiritualis fornicatio agnoscuntur. h. d.

§. 23. Idem erit, si sponsus vel sponsa idololatrando, vel hæresim sequendo in spiritualem fornicationem incidere.

Si sponsi conferant se ad remotas regiones, sponsa possunt se ad aliorum nuptias consensere, recepta, si pejeraverint, poenitentia. h. d.

§. 24. Sed c & si qui præstito juramento promittant aliquas se mulieres ducturos, posteaque illis non cognitis, procul recedentes, ad alias partes se transferant, liberum erit mulieribus ad alia migrare vota recepta tamen de perjurio, si forte juramentum præstiterint, poenitentia, si per eas steterint, quo minus fuerit matrimonium consummatum.

Lepra, vel similis morbus sponsalia dirimit, licet non dirimat matrimonium. h. d.

§. 25. Item si sponsus, aut sponsa, leprosus fiat d, vel leprosa: paralyticus, vel paralytica: aut nasum vel oculos amittat: aut quid sibi turpius eveniat: ad consummandam maritalem copulam compelli non debent: licet jam contractum matrimonium superveniens lepra, vel alius morbus non dirimat.

## TITULUS XI. DE NUPTIIS.

Ponit subordinationem presentis Tituli ad precedentia & sequentia. h. d.

**E**Xposuimus hætenus, quid esset matrimonium, quæve ratione inter sacramenta reponatur, admonentes illud initiari sponsalibus, consensu ratificatum, & copula consummari. Sed cum proxime de sponsalibus, tanquam de principio tractatum habuerimus: reliquum nunc est, ut de consensu & copula, quibus substantia & perfectio matrimonii continetur, disseramus: quid impediatur nuptias contrahi, vel contractas dirimat, cum cæteris quæ tractatu adjacent, recensentes.

Nuptia consensu partium contrahuntur, nec sufficit consensus parentum. h. d.

§. 2. Nuptias igitur, sive matrimonium inter se contrahunt, viri puberes & mulieres viripotentes, simulatque in se invicem consenserunt. Ubi enim non est utriusque consensus, non potest esse matrimonium: ideoque si ex altera parte pater puellam tantum consenserit, ex altera qui se cupit maritum fieri, nihil agitur: quanquam honeste faciant sibi, si paterna voluntari minime reluctentur.

Pubertas æstimatur non tam annis quam corporis habitu: & minores quatuordecim annis non possunt contrahere matrimonium, nisi pro bono pacis, & ex necessitate. h. d.

§. 3. Sed qui sunt puberes, videamus: & quidam ex annis tantum pubertatem iudicandam asserunt, cum esse puberem rati, qui quatuordecim annos impleverit: & viripotentem, quæ duodecim, quamvis tardissime verificentur. Prævaluit tamen opinio existimantium ex habitu corporis pubertatem debere censeri, atque eos, qui generare possint, etiam si minores annis sint, proposito puberes reputari. Itaque, si naturalis ætatem suppleat, etiam minores ea ætate conjugii possunt. Adem, si forte urgentissima necessitas a interveniat: utpote quod pro bono pacis talium conjunctio sit toleranda.

Quantum ad Ecclesiam, verba sunt necessaria ad contrahendum matrimonium, ac muti & surdi signis nuptias possunt contrahere. h. d.

§. 4. Licet b autem per solum legitimum viri & mulieris consensum matrimonium contrahatur, attamen quantum ad Ecclesiam, verba presentem consensum exprimentia sunt necessaria, si contrahentes loqui poterunt. Muti vero & surdi, qui loqui non possunt & exaudire, si contrahere velint, & quod verbis ostendere nequeverint, signis declaraverint, proculdubio legitimas nuptias contrahent.

Ponit quasdam verborum conceptiones aptas ad matrimonium contrahendum. hoc dicit.

§. 5. Verba autem ad hoc apta sunt: verbi gratia e, Ego te in meam uxorem accipio, & ego te accipio in meum maritum: vel, Promitto quod se ab hoc tempore pro conjugio tenebo, & tibi sicuti uxorem fidem servabo: & contra, Promitto me te pro marito habituram, & tibi tanquam viro proprio fidem servaturam: vel similia consensum de presenti exprimentia.

Verba prolata in contrahendo matrimonio sunt accipienda secundum communem intelligentiam. h. d.

§. 6. Inde quaritur, si alter conjugum ita loquutus fuerit d, ut quod propositum est, altera pars non intellexisse se asserat, quid agendum sit, si tali, prætextu causa dissidii querantur: in qua specie, si matrimonium contracturi iudicio & ætate sint idonei, si alter, quod aliter proposuit, non intellexerit, statutum est, ad communem verbi intelligentiam esse recurrendum, cogendique erunt ambo verba prolata in eum sensum accipere, quem solent recte intelligentibus generare.

Servi possunt etiam invito domino contrahere matrimonium, dum tamen dominus non fraudens debitis obsequiis. hoc dicit.

§. 7. Illud quoque explorati juris est, quod matrimonia inter se contrahunt, non solum liberi homines, verum etiam servi e. Sicut enim neque liber, neque servus ab aliis Sacramentis Ecclesiæ removendus, ita nec inter servos matrimonia prohiberi debent: ideoque quantum contradicentibus dominis, & invito contracta fuerint, nulla ratione propterea sunt dissolvenda. Servi tamen, qui contraxerint, proprios dominos debitis & consuetis obsequiis minime fraudare debent.

Si unus conjugum compertus post contractum matrimonium servilis conditionis, potest dissolvi matrimonium, nisi post talem cognitionem fuerit renovatus consensus, vel sequuta copula. Et liberi sunt ex libero ventre nati, nisi aliud inducat lex, & mos regionis. h. d.

§. 8. Si quis tamen f, vel si qua insciens eum vel eam sumperit in conjugem, quem vel quam postea servilis compertum sit esse conditionis, nec post diem veræ cognitionis habitæ se invicem cognoverint, aut aliter factu invicem in se consenserint, ita separari poterunt, ut utriusque libera cum aliis contrahendi facultas non denegetur. Liberi autem sunt, qui sunt ex libero ventre nati,

a C. gemma. §. cum itaque. extr. eod. tit. b c. quem admodum. extr. de iurejurando. c. de illis. extr. eod. d. c. 1. & fin. extr. de conjugio leproso.

Jur. Cæd. Tom. II.

a C. 2. in fin. extr. de despons. impub. b c. sua fraternitatis. extr. de spons. c. c. ex parte. extr. de spons. d. c. ex literis. Cl. 1. extr. de spons. e. c. 1. extr. de conjug. servor. f. c. 2. & fin. extr. de conjug. serv.

nati, nisi quis patris conditionem secundum leges & consuetudinem Provincia sequatur.

*Error in persona impedit matrimonium. h. d.*

§. 9. Multo magis matrimonium invalidatur, cum quis in persona erraverit: ut puta, si existimans se cum Gemma contrahere, cum Berta contrahat.

*Si alter contrahentium utitur verbis dubiis aniro decipiendi mulierem, & eam postmodum carnaliter cognoscit, iudicatur pro matrimonio in foro judiciali: secus in penitentiali. h. d.*

§. 10. De eo quaesitum est, qui cum non aliter mulierem, ut sibi carnaliter commiseretur, perducere possit, quam si eandem desponsasset, proprium mentitus nomen, illam per hæc verba desponsavit: *Te Joannes desponsas*: an quia vir illo nomine non vocaretur, nec ullum nomen dandi haberet propositum, seu copulam tantum carnalem exequendi, inter prædictos matrimonium sit celebratum, cum tamen mulier in virum confenserit? Et responsum est, non debere ex isto facto conjugium iudicari, cum in eo nec substantia conjugalitatis contractus, nec forma contrahendi conjugium inventi valeat: quoniam ex altera parte solummodo dolus adfuit, consensus omnino defuit, sine quo cætera fœdus conjugale perficere nequeunt. Sed donec expresse non appareat, quod is, qui mulierem desponsavit in propria persona, sub nomine tamen alieno, quo vocari tunc se sinxit, dissensit, integrum erit pro matrimonio præsumendum.

## TITULUS XII.

### QUÆ MATRIMONIUM IMPEDIRE POSSUNT.

*Error persona & conditionis impedit matrimonium, non autem qualitatis & fortune. h. d.*

**E**rgo non omnis error matrimonium impedit: nam si quis corruptam in uxorem accipit, quam virginem arbitratur; vel qui accipit meretricem, quam putat esse castam: uterque quidem errat, neutro tamen casu ob errorem matrimonium infringitur.

*Ei qui scienter ducit in uxorem publicam meretricem, peccata remittuntur. h. d.*

§. 2. Quin potius qui scientes & prudentes, mulieres publicas de lupanari extraxerint, & in uxores duxerint, quod agent, in remissionem proficiet peccatorum: cum inter opera charitatis non minimum sit, errantem ab erroris semita revocare.

*Qualis sit error persona, conditionis, fortune, & qualitatis. hoc dicit.*

§. 3. Solum igitur personæ & conditionis error obstat matrimonio: qualitatis vero & fortune non obstat. Est autem error personæ, cum hic, qui est Joannes, Paulus putatur. Conditionis, cum is, qui servus est, liber creditur. Fortune, ut cum is, qui pauper est, dives existimatur, vel contra. Qualitatis, cum is reputatur bonus, qui tamen est malus. Sunt & alii plures modi, quibus matrimonia impediuntur: ut puta, conditio apposita, & non impleta, secundum ea, quæ supra diximus de sponsalibus.

*Sacer ordo, & votum solenne impediunt matrimonium contrahendum, & contractum dirimunt: votum autem simplex solum impedit contrahendum, & pro voto simplici fracto imponenda est penitentia. hoc dicit.*

§. 4. Item voti solennis emissio, & sacri ordinis susceptio, tam matrimonium impedit contrahendum, quam postea contractum dirimit. Secus vero statuitur in voto

simplici: quanquam enim contrahendum impedit, non tamen contractum dissolvit. Sic & religionis habitus sine professione susceptus, ne contrahatur, impedit, sed jam contractas nuptias nequaquam tollit. Huic tamen, qui nubendo votum simplex fecit irritum, quanto illud manifestius emiserit, tanto propter plarium scandalum exitus duxior imponenda penitentia.

*Christiani non debent nubere infidelibus: & si nubant, sunt excommunicandi. h. d.*

§. 5. Cultus quoque disparitas matrimonium & contrahendum impedit, & contractum interdum dirimit: si quis a enim Judæa conjugali societate jungi voluerit, sive Christiana Judæo, vel alias infideli, sive Judæa, vel alias infidelis Christiano carnali consortio miscetur, quicumque eorum id commississe deprehenditur, a Christiano cætu & Ecclesiæ communionem protinus segregandus erit.

*Si unus infidelium conjugum convertatur ad fidem, & alter nolit sibi cohabitare, vel non sine peccato mortali solvitur conjugium, & conversus cum alia contrahere poterit, & proles communis converso assignabitur. h. d.*

§. 6. Item si alter infidelium conjugum ad fidem Catholicam convertatur, & alter, qui in infidelitate remansit, vel nullo pacto, vel non sine blasphemia divini nominis, vel ut Catholicum ad mortale peccatum protrahat, ei cohabitare voluerit, conversus, quasi priore matrimonio dissoluto, licite ad secunda vota convolare poterit, & communis proles ipsi converso assignabitur.

*Si alter infidelium conjugum convertitur, & antequam alii legitime conjunctus fuerit, alius quoque convertatur, debent se invicem recipere.*

§. 7. Quod si conversus e ad fidem & uxor conversa sequatur, antequam propter causas prædictas legitimam maritus ducat uxorem, eam recipere compellitur: nec quicumque converso proderit, quod jam secundum ritum suum eandem repudiaverit, cum repudium ipsum veritas Evangelica repudiaverit: sed nec fornicationem dimissor dimissa poterit objicere, propterea quod alii post repudium nupterit, nisi alias fornicata fuerit.

*Si paganus prius plures uxores habeat, post fidem susceptam adharebit prima. h. d.*

§. 8. Quia vero e pagani in plures simul sceminas affectum conjugalem dividunt, utrum post conversionem omnes, vel quam ex omnibus conversus retinere valeat, non immerito dubitari poterit. Et cum nulli unquam licuerit, plures habere simul uxores, nisi cui divina fuit revelatione concessum, nec cuiquam uxore etiam ob fornicationem dimissa, aliam liceat superinducere, evidenter apparet, pluralitatem in utroque sexu (cum inter conjuges servanda sit æqualitas) circa matrimonium reprobendam, & de pluribus primam tantum retinendam.

*Matrimonium non solvitur altero conjugum fidelium in hæresim lapsa. h. d.*

§. 9. Alia sane causa est eorum conjugum f, quorum alter vel in hæresim labitur, vel ad infidelium transit errorem: neque enim hoc casu, qui relinquitur, ad secundas nuptias descendere poterit. Nam etsi matrimonium verum inter infideles sit, non tamen est ratum: inter fideles autem, & verum & ratum existit, quia sacramentum fidei, quod semel est admissum, nunquam amittitur, sed ratum efficit conjugii sacramentum, ut ipsum in conjugibus, ipso durante, perdureret.

*Per dationem instantia solvitur argumentum. h. d.*

§. 10. Nec g refert, quod a quibusdam forsan objici posset, quod fidelis relictus non debeat jure suo sine culpa

a Can. si quis Judaica. 28. g. 1. b c. quanto. §. si enim alter. extr. de divort. c. c. gaudemus. §. quod si conversum. extr. de div. d. d. c. gaudemus. §. qui autem. de divort. c. d. c. gaudemus. §. quia vero. extr. de divort. f. c. quanto. §. si vero. de divort. g. d. can. quanto. §. nec constat. extr. de divort.

a C. sua noi. extr. de spons. b c. inter opera. extr. de sponsal. c. c. 1. & 2. & per votum sit. extr. qui Cler. vel vot. matrim. contrah. poss.

culpa privari, cum idem multis casibus contingat, ut si alter conjugum incidatur. Ex hoc quoque quorundam malitia occurritur, qui odio conjugum simulantur hæresim, ut postmodum nubentibus conjugibus ab ipsa relinrent. Quinimo, qui in fide permanerit, ad eum qui ab hæresi vel infidelitate ad Ecclesiam revertitur, vel invitum redire cogendus erit, nisi ad religionem transire maluerit.

*Conjugiorum aliud est legitimum & non ratum, aliud legitimum & ratum, aliud ratum & non legitimum. h. d.*

§. 11. Ex his apparet conjugium a aliud esse legitimum & non ratum: aliud legitimum, & ratum: quoddam vero, quod ratum quidem est, sed non legitimum. Legitimum, & non ratum conjugium est, quod legali institutione, vel Provincia moribus contrahitur: hoc inter infideles ratum non est, quia dissolvi potest dæro libello repudii, lege fori, & non lege poli, quam non sequuntur. Inter fideles vero temper ratum est conjugium, cum conjugia semel inter eos contracta nunquam solvi possint. Horum vero quædam sunt etiam legitima, veluti cum servatis nuptialibus ritibus, uxor sponso traditur. Illo tempore vero conjugia, qui contemptis legitimis solennitatibus, solo affectu aliquam sibi deligunt in conjugem, non legitima, sed rata tantummodo esse creduntur: quanquam enim spreis ritibus Ecclesiæ, matrimonium contrahi non debeat, non tamen ob id solum sacramentum conjugii dissolvi debet. Quin potius si tale matrimonium fuerit ab Ecclesiâ postmodum comprobatum, filii generati, & legitimi judicandi erunt, & hæredes: aliquid tamen illis erit imponenda poenitentia, qui contemptis Ecclesiæ præscriptionibus matrimonium contraxerunt.

*Justus metus, nisi purgatus fuerit, impedit matrimonium. hoc dicit.*

§. 12. Coactio quoque & justus violentiæ metus matrimonium impediunt. Cum enim solo consensu conjugium contrahatur, plena debet illi securitate gaudere, cuius est animus indagandus, ne metu impulsus dicat sibi placere quod odit. Plane e quæ invita probat se sponsalia contraxisse, si compertatur postmodum sponte cognita, ad matrimonii dissolutionem proclamare & metum causari non poterit.

*Furor impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum. h. d.*

§. 13. Furor quoque, qui consensum impedit, nuptias contrahi prohibet, contractas autem non dirimit.

*Frigiditas & coeundi impotentia matrimonium impediunt. hoc dicit.*

§. 14. Item frigiditas d & coeundi impotentia legitimum matrimonium impediunt afferunt. Sicut enim puer, qui debitum reddere non potest, non est aptus conjugio sic, qui ita sunt natura impotentes, ut nec vix Medicorum sine moris periculo juvari possint, apti ad contrahenda matrimonia minime putantur. Ea igitur, quæ adeo est arcta, ut mulier fieri & alteri carnaliter committeri non possit, nisi per incisionem ad matrimonium contrahendum non debet idonea judicari.

*Leprosi possunt matrimonium contrahere. h. d.*

§. 15. Alia est causa leproforum e: nam si mulierem invenerit, quæ sibi velit nubere, vel mulier leprosa virum, liberum erit illis conjugali vinculo colligari.

*Publica honestatis iustitia impedit matrimonium contrahendum, & contractum dirimit. h. d.*

§. 16. Publica f quoque honestatis iustitia tam matrimonium contrahendum impedit, quam contractum irritat. Est autem publica honestatis iustitia, quæ ex legitimis sponsalibus oritur mulieris, quæ illi conjuncta est, cum qua nunc vir matrimonium contrahere deside-

rat: ut, ecce cum Berta sponsalia contraxi, volo nunc cum Gemma, quæ Bertæ cognationis vinculo est conjuncta, matrimonium contrahere: publica honestate impeditur. Inhonestum enim ac turpissimum visum est exempli, ut ei quis nubere valeat, cujus conjunctam sponsalia frangendo deceperit, ne in eandem ejus nubendo conjunctæ quasi injuriam cumulet.

*Sponsalia pura & certa, ex consensu valida, licet alias nulla, inducunt publicæ honestatis iustitiam, quæ sequentia sponsalia dirimit, non præterita. h. d.*

§. 17. Usque adeo autem ex puris & certis sponsalibus a impedimentum iustitiæ publicæ honestatis exoritur, ut etiam illa conjugunitatis, affinitatis, frigiditatis, religionis, aut alia quavis ratione nulla sint, dum tamen non sint nulla ex defectu consensus, nihilominus & impedire & dirimere sequentia sponsalia, vel matrimonia dignoscantur, licet præcedentia dissolvere non valeant. Quare, qui sponsalia pure ac determinate cum aliqua muliere contraxit, & postmodum cum secunda prioris consanguinea idem fecit, ex priorum sponsaliorum vigore ad matrimonium contrahendum, cum prima remanet obligatus.

*Filii nati ex matrimonio, cui obstitit publicæ honestatis iustitia, non succedunt patri scienter contrahenti. h. d.*

§. 18. Filii quoque nati ex matrimonio b, quod publica honestatis iustitia impediens contractum fuit, cum nec Ecclesiæ permissionem, nec patris allegare possint ignorantiam, ad successionem bonorum paternorum minime admittentur.

#### TITULUS XIII. DE TRIPLICI COGNATIONE.

*Cognatio est triplex, spiritualis, legalis, et naturalis: et spiritualis cognatio impedit matrimonium contrahendum, et contractum dirimit. h. d.*

**M**ulto magis cognatio matrimonio interdum est impedimento: est autem Cognatio triplex, spiritualis, legalis, & naturalis. Spiritualis e cognatio est attentionis quadam proveniens ex sacramenti collatione, vel ad sacramentum detractione. Non solum igitur d inter baptizantem, & illum qui eum de baptismo suscepit, item inter baptizatum & suscipientis filios, & uxorem ante susceptionem a suscipiente carnaliter cognitam: verum etiam inter suscipientem, parentemque baptizati, cognatio spiritualis contrahitur, quæ & contrahendum matrimonium impedit, & dirimit postea contractum. Et quæ de suscipiente dicta sunt, eadem etiam de baptizante sunt intelligenda.

*Excepto baptismo, et confirmatione, non oritur ex sacramentis cognatio impediens matrimonium. h. d.*

§. 2. Eisdem modis ex confirmatione e spiritualis cognatio contrahitur, matrimonia similiter impediens contrahenda, & postea contracta dirimens. Ex datione vero aliorum sacramentorum cognatio spiritualis nequaquam oritur, quæ matrimonium impediatur, vel dissolvatur.

*Cognatio spiritualis per Catechismum contracta impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum. h. d.*

§. 3. Per Catechismum f an spiritualis cognatio contrahatur, dubitatum est: & constitutum est contrahi quidem illam, sed non tantam: licet enim ex ea contrahendum matrimonium impediatur, post eam tamen contractum minime dissolvitur.

*Spiritualis cognatio non dirimit matrimonium antea contractum, h. d.*

§. 4. Diximus autem hujusmodi cognationem matrimonium contracta dirimere, non simpliciter, sed postea contracta:

a C. 1. de spons. in 6. b c. referent. ext. qui fil. sine legitim. c. c. in super. ext. qui matrim. accus. poss. d. ext. per totum sis. de frig. & malef. e c. 2. ext. de conjug. leproso. f c. referent. ext. qui filii sine legitim. c. juvenis. & seq. ext. de spons.

a C. 1. de spons. in 6. b c. referent. ext. qui fil. sine legitim. c. c. in ver. spiritualis. c. 1. de cogn. spir. in 6. d. d. c. 1. de cogn. spir. in 6. e c. 1. §. 2. de cogn. spir. in 6. f c. 2. de cogn. spir.

contracta; nam si vix vel mulier ex ignorantia vel dolo proprium filium de sacro fonte susceperit, propter hoc separari non debent, nec alter alteri debitum subtrahere, nisi ad continentiam servandam possit induci: quia si ex ignorantia id factum est, eos ignorantia excusare videtur: si ex malitia, eis proprius dolus patrocinari non debet. Quinimo pro tali casu, matrimonio in sua firmitate durante, poenitentia imponenda erit.

*Filii, per quorum neutrum ventum est ad compaternitatem, copulari possunt, nisi mos regionis aliter inducat. h. d.*

§. 5. De b filiis quoque, per quorum neutrum ad compaternitatem ventum est, an copulari possint, quatuor est: & sane, nisi consuetudo Ecclesiarum, ubi de contrahendis nuptiis agitur, vel aliarum vicinarum aliter se habeat, tali conjugio minime obstitendum erit.

*Lices plures non debeant esse patrini, si plures tamen fuerint, cum omnibus spiritualis cognatio contrahitur h. d.*

§. 6. De eo quoque admonendi sumus, quod & licet non plures, quam unus vir, vel una mulier ad suscipiendum de sacro fonte infantem accedere debeant, si tamen plures accesserint, spiritualis cognatio æque, quoad omnes, inde contrahitur, tam matrimonia contrahenda impediens, quam etiam postea contracta dissolvens. Circa quod idem statuitur & de confirmatione.

*Legalis cognatio modo affertur temporalem impedimentum matrimonii, modo perpetuum. h. d.*

§. 7. Legalis cognatio est proximitas per adoptionem proveniens. Eius autem duæ sunt species: una, quæ temporalem impediendi matrimonii causam continet: alia, quæ perpetuam. Temporalem causam impediendi continet ea, quæ inter te, & eam, quæ tibi per adoptionem soror esse coeperit, interdicit: Nam per adoptionem quaesita fraternitas, eousque nuptias impedit, donec maneat. Perpetuam prohibitionis causam continet, ut puta quæ inter adoptantem & adoptatum, item inter adoptantem uxoremque adoptati, & inter adoptatum uxoremque adoptantis, interdicit. Nam & per emancipationem dissoluta adoptione, matrimonium impeditur.

*Quid sit naturalis cognatio, quid consanguinitas, quid affinitas. h. d.*

§. 8. Naturalis cognatio est, quæ medio consanguinitatis, vel affinitatis contracta reperitur. Est autem consanguinitas d' attinentia personarum ex eo proveniens, quod una descendit ab altera, vel ambo ab eadem: vel consanguinitas, est vinculum personarum ab eodem stipite descendendum, carnali propagatione contractum. Et dicitur consanguinitas, quasi sanguinis unitas, quia scilicet consanguinei de communi sanguine descendunt. Affinitas est quadam personarum proximitas ex coitu proveniens: ex eo dicta, quasi duorum sit ad unum finem unitas. Cum enim duæ cognationes diversæ per aliquorum copulam conjunguntur, alter ad alterius cognationis quasi quosdam fines accedere videtur.

*Affinitas est consanguinitas contrahitur etiam ex damnato coitu. h. d.*

§. 9. Nec finterent, quod ad consanguinitatem, vel affinitatem contrahendam, ex iustis nuptiis aliqui, an ex damnato coitu invicem copulati fuerint.

*Hodie matrimonia usque ad quartum gradum inclusive sunt prohibita, et de facto contracta tempore cursu non validantur. hoc dicit.*

§. 10. Constitutum igitur olim, ut quicumque vel septimo consanguinitatis, sive affinitatis gradu sese invicem contingere, legitimis nuptias contrahere non possent: quod ipsum non solum in primo, verum etiam in secundo & tertio affinitatis genere sibi locum vendi-

cabat: nec soboles ex secundo matrimonio suscepta cognitioni promoveantur viri copulari poterat. Sed cum huiusmodi prohibitiones difficultatem frequenter inducerent, & aliquando periculum parentum animarum, evidenti utilitate suadente, huiusmodi constitutiones abrogatæ fuerunt, sancitumque, ut prohibitio copulæ conjugalis quartum consanguinitatis gradum primum duntaxat generis non excedat. Vir b igitur qui a stipite quarto gradu, & mulier, quæ ex alio latere distat quinto, licite conjungi poterunt. Alias si proprio gradu sese invicem contingant, temere contractum matrimonium ad eorum irritum, quod nullo poterit annorum numero defendi.

*Infideles intra quartum gradum conjuncti, si convertantur, non sunt separandi, et eorum proles est legitima. h. d.*

§. 11. Si tamen infideles e, qui secundum veteris, vel propria legis instituta, circa gradus consanguinitatis, vel affinitatis a Canonibus notatos, conjuncti sunt, Dominio inspirante conversi fuerint, matrimonium antea contractum non erit post baptismi lavacrum irritandum: cum per sacramentum baptismi non solvantur conjugia, sed crimina dimittantur. Unde & proles inde nata legitima censetur.

*Propinquitatis viri reputatur uxoris, & propinquitatis uxoris reputatur viri. h. d.*

§. 12. Admonendi etiam sumus, perinde virum a consanguineis & propinquis uxoris abstinere debere, & uxorem a propinquis viri, atque a propriis. Hujus autem rei manifesta ratio illa est, quia, si secundum divinam sententiam ego & uxor mea una caro sumus, profecto mihi & illi mea suaque cognatio una propinquitas efficitur. Quocirca ego & soror mea uxoris in uno & primo gradu erimus, filius vero ejus in secundo gradu erit a me, nepos tertio, & sic deinceps. Uxorem vero propinqui, cujusque gradus sit, ita me oportet attendere, quemadmodum si ejusdem gradus femina propria propinquitatis existeret, quod nimirum & uxori meæ de propinquitatē mea, in cunctis cognationis gradibus, convenire observare.

*Conjuncti uxoris non impediuntur matrimonium contrahere cum conjunctis viri. h. d.*

§. 13. Quanquam autem omnes consanguinei viri, uxoris sint affines, inter consanguineos tamen uxoris & viri nulla intelligitur esse affinitas contracta, propter quam inter eos matrimonium debeat impediri. Pater igitur & filius cum matre & filia, item duo cognati cum duabus cognatis, licite contrahere poterunt.

*Qui cognovit consanguineam uxoris suæ, non potest debitum petere, licet reddere tentaret, & uxori superstes, carebit spe conjugii. h. d.*

§. 14. Si quis autem contracto matrimonio consanguineam uxoris suæ cognoverit: ut puta, si vitricus privignam, vel maritus sororem propriæ uxoris adulteraverit, matrimonium quidem antea contractum non dirimitur: sed qui se ita contra leges alteri commiscuit, a conjugio nunquam debitum petere poterit, nec cum aliqua legitimis unquam nuptias contrahere, licet propriæ uxori supervixerit.

*Uxor cujus consanguinea a proprio viro cognita est, monenda est, non cogenda ad continentiam. h. d.*

§. 15. Uxor quoque, cujus consanguinea a proprio marito fuit cognita, diligenter est commonenda, ut a commixtione viri abstinere, & in continentia maneat, donec vir viam universæ carnis ingressus fuerit. Quod si forte mentionibus parere recusans, talis fuerit, ut de lapsu ipsius probabiliter timeri possit, vir ejus & poterit

a Can. 2. extr. de cogn. spirib. b. c. super eo. extr. de cogn. spirib. e. c. fin. de cogn. spirib. in 6. d. Adi ad Arb. consang. in 3. declar. & In declar. Arb. affini. f. In declar. Arb. affini. in 8.

a Can. non debet. extr. de consang. & affini. b. c. fin. extr. de consanguin. & affini. c. e. de infidelib. extr. de consang. & affini. d. c. transmissa. extr. de eo qui cogn. consang. e. c. penult. fin. extr. de eo qui cogn. cons.

ferit & debet debitum sibi solvere conjugate: cum a  
affinitas post matrimonium inique contracta, illi nocere  
non debeat, quæ iniquitatis particeps non existit.

*Subsequens affinitas non dirimit matrimonium, sed præcedens legitime probata. h. d.*

§. 16. Ergo præcedens affinitas, non subsequens dirimit matrimonium: Sed nec id quidem indistincte obtinet: nam b estis utriusque conjugum constat assertionem, acclamante etiam viciniis, quod conjugatus ante contractum matrimonium uxoris suæ consanguineam cognoverit, propterea conjuges separari non debent; nec enim talis confessio momentum habere debet, cum alioqui facile fieri possit, ut quicumque inter se contra matrimonium velint colludere, ad confessionem incestus facile proficiant, si fux assertionis Ecclesiæ iudicium accessurum credant. Numquam autem viciniis non est adeo iudicandus validus, ut, nisi fide dignæ probationes accedant, possit rite contractum matrimonium irritare.

T I T U L U S XIV  
DE CLANDESTINA DESPONSATIONE.

*Pr obibentur matrimonia contrahi clandestine, ne postea oporteat illa dissolvere. h. d.*

**N** E c tamen post secretam copulam & susceptam prolem, defectis quibusdam impedimentis, non sine gravi scandalo contracta matrimonia retractari oporteat, neve, si alter conjugum qui clam contraxerint, conjugum negaverit legitimis probationibus deficientibus, iudicis sententia rite fuerit absolutus, ut ferge alitis nubendo reatum incurrat adulterii, consultius constitutum est d, ut nullas fides occulte nuptias contrahat. Sed cum matrimonia contrahenda fuerint e, per Presbyterium proponantur publice, competentis termino præfinito, intra quem qui voluerit, & valuerit, legitimum impedimentum opponat, & ut ipse quoque Presbyter per se investiget, utrum aliquod futuro matrimonio obstat impedimentum.

*Suspenditur contractus matrimonii, donec extat præsumptio, quod non possit contrahi. h. d.*

§. 2. Cujus si apparuerit probabilis conjectura, contractus expresse interdiceretur, donec quid fieri debeat, manifestis documentis.

*Nati ex clandestinis & interdictis matrimoniis non sunt legitimi, licet nati ex matrimonio contracto in facie Ecclesiæ ante sententiam divortii sint legitimi, nisi uterque conjugum noverit impedimentum. h. d.*

§. 3. Quicumque g vero hujusmodi clandestina & interdicta conjugia inire ausus fuerit, etiam ignoranter, proles ex hujusmodi conjunctione suscepta, proterus illegitimam censetur, nec de parentum ignorantia ullum est habitura subsidium: cum si contrahentes, vel non expertes scientias, vel saltem affectatores ignorantia videantur, licet alioqui, si ignorantes in facie Ecclesiæ contraxerint, ante latam sententiam divortii nati, & legitimi habeantur, & in bona paterna hæreditaria jure succedant. Idem juris erit, si in conspectu quidem Ecclesiæ contraxerint, sed impedimentum ambo noverint.

*Sacerdos contemnens constitutiones Ecclesiæ panitur pro qualitate culpa, & clandestina matrimonia, si publicentur, recipit Ecclesia. h. d.*

§. 4. Sane b si parochialis Sacerdos tales conjunctiones prohibere contempserit, per triennium ab officio suspendendus erit: graviter etiam puniendus, si culpæ qua-

litas postulaverit. Verum (at supra indicavimus) si contrahentes clandestina matrimonia publicare voluerint, nisi alia causa impediatur, ab Ecclesiâ recipienda sunt, tanquam a principio in Ecclesiæ conspectu contracta.

T I T U L U S XV.  
QUI MATRIMONIUM ACCUSARE POSSUNT.  
VEL CONTRA ILLUD TESTIFICARI.

*Non admissitur ad accusandum matrimonium, qui tempore denunciationis siluit, nisi iures de calumnia, & quod post denunciationem novis quæ obiecturæ est: & negligentia auctoritatis mei non intelligitur esse mea. h. d.*

**N** O n tamen quandoque aut indistincte omnes ad matrimonium impugnandum adhibendi erunt. Nam si quis tempore factæ a Sacerdote denunciationis a in ipsa diocesi constitutus, nihil contra matrimonium dixerit, eidem mox conjunctos impetere minime concedendum erit, nisi proprio firmaverit juramento; quod ea, quæ obiecturæ est, postea didicerit, quodque ad accusandum dolo non proficiat: quo casu etiam quod obiecturæ est, ab illis didicisset, qui denunciationis tempore siluerunt, claudi non debet ei accusandi auctus: quoniam etsi ab impetitione hujusmodi, culpa ex tali silentio contracta, auctores excludat, iste tamen, qui culpa caret, amoveri non debet.

*Ex causa etiam post denunciationem potest quis matrimonium accusare. h. d.*

§. 2. Idem juris erit b, si tempore denunciationis, vel extra diocesim commemorabatur, vel alias denunciatio ad ejus notitiam pervenire non potuit: utputa, si nimis infirmitatis fervore labrans, mentis non erat compos, vel in annis tam teneris constitutus erat, ut ad talium rerum percceptionem ejus ætas sufficere non valeret, sive alia legitima causa fuerit impediens.

*Ad accusandum matrimonium, non ex causa delicti, soli conjuges admittuntur. h. d.*

§. 3. Sed nec omnes ad accusationem, testimoniumve dicendum admitti debent: nam si de tali impedimento agendum sit, quod neque conjugum in se delictum contineat, nec ob id matrimonium dissolvi cujusquam interest, præterquam ipsorum conjugum, (utputa, si erratum in conditione status fuerit, vel si mulier ita facta, ut cognosci non possit, vel vir ita frigidus, ut coire nequeat) soli ipsi conjuges admittuntur.

*Ad accusandum matrimonium ex causa delicti, omnes admittuntur, sed potissimum conjunctiores, antiquiores & honestiores. h. d.*

§. 4. Quod si delictum contineat, ut, quia aliqui in gradu vetito vel contraxisse, vel contrahere velle dicantur, tunc quilibet quidem ad accusandum recipitur, sed omnium maxime parentes e: & si ii desint, proximiores, id est, soror, frater, patruus, avunculus; amita, matertera, eorumque descendentes. Quod si progenies tota defecerit d, ab antiquioribus, & honestioribus, quibus eadem propinquitas nota verisimiliter esse debeat, accusatio, testimoniumve recipi poterit. Ideo autem omnium maxime parentes, & conjunctiores admittuntur, quoniam unusquisque suam genealogiam cum testibus & chartis, tum vero ex recitatione majorum scite laborat. Nulli igitur decentius admitti debent, quam qui melius sciunt.

*Speciale est in causa matrimonii, quod pater admittitur in causa filii, et contra. Et testimonium parentum interdum non debet admitti, ubi est disparitas inter conjuges. h. d.*

§. 5. Quod e autem legitur, pater non recipiatur in causa filii, nec filius in causa patris, in criminalibus causis

a Cap. discretionem in fine & c. pen. extr. d. tit. b cap. super eo. extr. de eo qui cogn. consang. & gl. in sum. 30. q. 5. & can. si quis divini. §. bis itaque. dist. 40. q. 5. d. c. 2. 30. q. 5. & c. cum inibibitio. in princ. extr. cod. tit. l. d. ex. cum inibibitio. §. cum autem. extr. cod. tit. g. d. c. cum inibibitio. §. si quis. extr. cod. tit. h. d. c. cum inibibitio. §. fin. extr. cod. tit.

a c. cum in tua §. alioquin. extr. cod. tit. b c. cum in tua §. super quo. extr. cod. tit. c. c. videretur. extr. cod. tit. d. c. 2. cum palca seq. 35. q. 6 & videretur. §. quod vero. extr. cod. tit.

causis & contrariis sibi locum vendicat. In matrimonio vero conjugendo & impediendo, ex ipsius conjugii prerogativa, & quia favorabilis res est, congrue admittuntur. Ubi tamen a alter conjugum divitiis, honore, nobilitate, & potentia superior esset, testimonium illius, qui parens esset inferioris, adeo suspectum redditur, ut illud nullo modo sit admittendum: eum parentes filiorum incrementum & honorem afficere proculdubio compertiontur.

*Quales esse, & qualiter jurare debent testes super conjuguitate. h. d.*

§. 5. Quoties bergo aliqui propter cognationem propinquitatis separari petuntur, duobus vel tribus ejusdem conjuguitatis testibus adhibitis, vel totidem senioribus & melioribus ejusdem loci, id debet legitime comprobari. Testium autem examinatio in hac causa duplici interventu juramenti fieri debet: ut jurent scilicet, & se non privato odio, neque amicitia, nec alicujus propterea commodi intuitu, ad hoc jurandum inductos: & sicut ipsi dicunt, rei veritatem a majoribus accepisse, & se credere ita esse.

*Probatio matrimonialis impedimenti non potest reprobari. hoc dicit.*

§. 7. Præstitus e autem juramenti & impedimento matrimonii legitime probato, si quis contra præcedentem probationem partibus publicatam, quasi matrimonium impediti jure non valeat, probare velit, audiendus non erit, sed priori standum erit probationi.

### TITULUS XVI. DE DIVORTIIS.

*Divortium est dissolutio matrimonii. Et separatio tori potest appellari divortium. h. d.*

**D**ivortium d est dissolutio matrimonii, quæ utroque vivente conjugum contingit. Sed & simpliciter tori separationem divortium non male appellatur.

*Matrimonium regulariter dissolvi non potest, & nisi sequuta sit copula, solvitur per ingressum monasterii, ita ut remanens in seculo possit alteri libere nubere. h. d.*

§. 2. Sciendum est igitur legitime contractum matrimonium dissolvi non posse, quippe a Deo conjuncti ab homine separari non debent, nec valent: si tamen alter conjugum e, qui per verba contraxit de presenti, copula non secuta, sese ad verbantiam regularem voluerit infringere, poterit id altero etiam inconsulto efficere: & si, qui in seculo remanere voluerit, alteri se jungere permittendum erit: nec casuari poterit religionem ingressus, se falsa ad id causa inductum, puta quod conjugem lepra percussam crediderit: & ob id ejus abominatus complexus fuerit, cum & sine causa id ipsum facere poterit.

*Dicens se velle ingredi religionem, est certum tempus præfigendum, intra quod vel ingrediatur, vel ad uxorem redeat. h. d.*

§. 3. Esi autem qui se ad religionem transire velle dicitur, certum est præfigendum tempus, intra quod legitime caveat, quod aut ad religionem se transferet, vel redibit ad conjugem.

*Reddit rationem, cur non secuta copula per religionis ingressum matrimonium dissolvitur. h. d.*

§. 4. Neque mirum videri debet, quod post legitimum de presenti præstitum consensum, carnis non secuta commissione g, alter conjugum etiam altero invito ad vitam regularem transitum facere valeat: quia cum nondum una caro effecti sint, satis probabiliter, uno ad Deum transiente, alter in seculo remanere poterit.

a C. super eo. extr. de testibus, b e. quoties extr. de testib. c e. juravit. extr. de probation. d c. 2. in gl. 32. q. 7. & gl. 2. in c. omnes. 27. qu. 2. c. c. ex parte. §. nos autem. extr. de convers. conjugat. f. c. ex publico. extr. de convers. conjugat. g. c. 2. extr. de convers. conjug.

*Per sacri ordinis susceptionem non dissolvitur matrimonium, etiam non consummatum. h. d.*

§. 5. Diversum statuitur, si quis posthabito Canonico religionis ingressu, post aliquam per verba de presenti desponsatam, sacros ordines susceperit: quanquam enim votum per sacri susceptionem ordinis firmatum, ad impediendum matrimonium futurum, ac dirimendum postea contractum habeatur efficax: ad dissolvendum tamen prius contractum etiam non consummatum, invalidum censetur. Ideoque talium ordinum non obstante susceptione, si ad prohtendum probatam religionem induci non valeat, & sponsa ejus inkiterit contractum matrimonium consummare, per censuram Ecclesiasticam compellendus erit.

*Cultus disparitas, & creatoris contumelia sunt iusta causa dirimendi: et quod facit Papa, Deus censetur fecere. hoc dicit.*

§. 6. Sed & si inter fideles matrimonio contracto sequuta copula fuerit, si alter, qui in infidelitate permanserit a, velit a fidei disjungi, aut non nisi cum contumelia creatoris, cum altero commorari, licetbit Christiano non modo matrimonium dissolvere, sed etiam (ut supra diximus b) alteri se matrimonio jungere. Quibus casibus cum auctoritate sedis Apostolicæ & Romani Pontificis matrimonium distrahatur, non jam humana, sed potius divina potestate conjugium dissolutum intelligitur.

*Ob notam coeundi impotentiam, non ob putativam dissolvitur matrimonium. h. d.*

§. 7. Item si quis ignatus virginem in uxorem duxerit, quæ adeo arcta sit, ut mulier fieri non possit, vel simile vitium a natura contraxerit, ut ope Medicorum non possit adjuvari: aut mulier vitium acceperit, qui adeo frigida sit natura, ut eidem carnaliter committeri non possit, poterunt invicem separari: & qui matrimonio aptus erit, ad secundas nuptias libere transitum facere. Si quis tamen coeundi impotentiam causatus, post separationem aliam acceperit, aut ea e qua arcta putabatur, aliquem invenerit, qui sibi ferat referret, utroque casu post perfectam poenitentiam, ad priora conjugia redire compellendi erunt.

*Quam quis duxit vel retinuit sciens copula non idoneam, habeat ut forem, si non possit habere vel uxorem. h. d.*

§. 8. Plane si sciens a quis cum ea, quæ matrimonio impotens est commiserit, matrimonium contraxerit, vel alterius comperta postmodum impotentia, simul morari consenserint, his casibus Ecclesia judicare consuevit, ut quas viri tanquam uxores habere non possunt, habeant ut forem.

*Ob fornicationem carnalem vel spirituales non solvitur matrimonium, sed sit separatio tori. h. d.*

§. 9. Sæpius tamen accidit, ut matrimonii remanente sacramento, tori tantum fiat separatio, utputa, si alter conjugum carnaliter vel spiritualiter fornicatus fuerit: quibus casibus matrimonium minime aboletur, sed sibi sunt invicem conjuges, etiam separati.

*Pendente judicio super adulterio, non habet locum separatio tori. h. d.*

§. 10. Sed & separatio non instituta statim de crimine accusatione, faciunda erit: sed probata e & peracta. Interim enim pendente judicio, conjugum alteruter, jure, quod habet in altero, privari non poterit.

*Falsa separatione tori ob fornicationem carnalem, post emendationem non compelluntur conjuges se resumere: secus, si ob spirituales, nisi alter velis monasterium ingredi. h. d.*

§. 11. Multum autem interest, utrum ob carnalem an vero ob spirituales fornicationem tori sit facta separatio. Primo enim casu maritus adulteram uxorem etiam emen-

a C. quanto. extr. de divort. b supra his qua matr. imp. poss. s. item. et §. seg. c. c. fratrem. in fin. extr. de frig. et malef. d e. consultationi. extr. de frig. et malef. e. c. 2. extr. ut lite per d.

emendatum, nisi & ipse simili fornicatione a pollutus fuerit, recipere non compellitur, sed fornicatrix in claustris cum religiosis mulieribus ad perpetuam agendam poenitentiam erit collocanda *b*. Secundo vero, si fornicatus spiritusualiter, ab infidelitate revertatur, cogetur, quae in fide remansit, illum refumere, nisi & ipsa ad religionem transitum facere voluerit: quod etiam nolente viro ad fidem reuero, exequi libere poterit.

*Regulariter uxor & uir non possunt disjungere, ut alter sumat sacros ordines, aut monasterium ingrediatur, fallit hoc in casibus praecedentibus & sequentibus. h. d.*

§. 12. His exceptis casibus alter conjugum, altero in saeculo remanente, nec ad sacros ordines, nec ad regularem suscipiendam est obsequantiam, nisi forte remanens ejus sit atatis, ut sine suspitione incontinentiae valeat in saeculo remanere, aut ipsam continentiam uovere voluerit. Alioquin quamquam de uxoris licentia e monasterium quis ingressus fuerit, & professionem fecerit, non uxor ad continentiam cogi, sed vi ad uxoris totam evocari poterit, nisi post conjugis ingressum fornicata fuerit; aut se invicem continentiam promittendo aboleverint.

*Qui invita uxore ingressus est monasterium, & ab eadem uxore redire coactus, ea mortua, non cogitur rursus in monasterium reverti, sed non poterit amplius uxorem ducere. Quod si uxore non contradicente fuerit ingressus, illa mortua non poterit exire, praesertim si fuerit professus consentiente uxore. h. d.*

§. 13. Quamvis tamen est, si quis uxore invita d monasterium intraverit, & repetitus ad eam redire coactus fuerit, an eadem mortua, cogendus sit ad monasterium reverti, an vero aliam possit in uxorem ducere? Et in hac specie responsum est, votum quidem non tenuisse, & propterea ad monasterium redire minime illum teneri: sed cum ingrediendo monasterium, debitum se non exacturum promississe videatur, ulterius uxorem ducere non poterit: cum id uovere in sua positum voluntate fuerit. Quod si quis sciente e uxore, nec contradicente, vitam professus fuerit Monachalem, uxore postmodum defuncta, nec habitum quem semel assumpsit, abjicere, nec aliam sibi matrimonio copulare poterit. Matrimonium quoque temere f contractum dirimendum erit: quod in eo, qui consentiente uxore professus fuerit, multo magis obtinebit, quamquam monasterium nunquam ingressus fuerit.

*Qua credens virum esse mortuum, religionem est ingressa, a viro educta, si uir moriatur, non cogitur reverti ad monasterium, licet id sibi expedit. h. d.*

§. 14. Quid statuemus de ea, quae credens maritum mortuum g, habitum religionis assumpsit, an si eo reuerso, de monasterio educta fuerit, post obitum viri sit ad regularem obsequantiam compellenda? Et quidem huic consultius ad salutem fuerit, si ad monasterium redeat: sed si ad hoc perducere non poterit, cogenda non erit.

*Etiam altero conjugum invito potest quis uovere peregrinationem. h. d.*

§. 15. Licet autem alter conjugum altero invito religionis votum non possit assumere, viri tamen etiam praeter uxorum assensum peregrinationis ad terram sanctam propositum uovere, & implere valent.

*Uxor non plene certificata de morte viri, contrahere non potest, quamvis continere nequeat. h. d.*

§. 17. Et h quamvis illi diutissime in peregrinatione commorentur, vel etiam ab hostibus capti nuncientur, donec certum nuncium de virorum morte uxores non receperint, ad aliorum conjugum conuolare non poterunt, quamvis ut certiorarentur magnam adhibuerint diligen-

tiam, & ejus atatis sint & fragilitatis, ut continere nequeant.

*Agenti pistorio ad conjugem, obstat consanguinitatis exceptio, secus si pistorio: quia antequam de exceptione cognoscatur, plenaria restitutio est facienda, nisi conventus excipiens jures de malitia, & probationes habeat in promptu: quo casu fiet restitutio quoad alia, non quoad copulam. h. d.*

§. 17. Ergo nisi legitima subsit exceptio, conjugibus temere disjunctis, alterum alterius repetendi semper internum Jus manet. Erat autem legitima exceptio, cum aliquis consanguinitatis gradus obijceret a: quo quidem casu, licet si petitorio iudicio actum sit, antea de ipsa exceptione cognosci debeat: si tamen possessorio quis experiat, antequam de consanguinitate discutatur, plenaria erit facienda restitutio, nisi is qui conuenitur, & de malitia juret, & super exceptione promptas probationes offeiat. Quo casu excepta carnali commixtione, tantum quoad reliqua, restitutio facienda erit.

*Si mulier restituenda timeat saevitiam viri, debet ab eo praesari cautio: & si ea non putetur sufficiens, dum causa plene cognoscitur, uxor est deponenda in loco honesto & tuto. hoc dicit.*

§. 18. Praesanda tamen erit idonea cautio *b*, quod nullam restitutae violentiam vir inferat: quod si tanta sit vis saevitiae, aut odio tam capitali uxorem prosequatur, ut trepidanti mulieri sufficiens securitas providi nequeat, usque ad causae decisionem alicui probe & honesta mulieri studiosius custodienda committitur, in loco ubi vir, vel ejus conjuncti, mulieri nullam possint injuriam inferre.

*Ob solam translationem mulieris ad domum, nullum jus oritur impedimenti sequenti matrimonii. h. d.*

§. 19. Et haec quidem obtinent, saeculo inter viros & mulieres matrimonio. Ceterum d si nullis praecedentibus sponsalibus, vel legitimo consensu mulier ad viri domum jam traducta, postea abcedens alii forte nubere voluerit, nulla facienda erit restitutio.

*Qui vivente uxore etiam ab eo separata quoad torum, secundam consensum duxit uxorem, etiam prima mortua separabitur a secunda, sed cum alia contrahere poterit. h. d.*

§. 20. Fornicationis re quoque repetenti oblat exceptio, totique ob eam causam sequuta separatione, separata vivente, aliam usque adeo superinducere quis prohibetur, ut si de facto duxerit, exque ea filios susceperit, etiam mortua adultera eandem retinere non possit: quod ipsum & priore uxore minime cognita sibi locum vindicet, licet aliam ducere minime prohibeatur.

*Si mulier matrimonium contraxerit cum eo, quem ignorabat conjugatum, uxore prima mortua erit in ejus praesentate virum retinere. h. d.*

§. 21. Hoc f tamen de ea intelligi oportet, quam quis non ignaram aliam vivere, & forte aliquid in morte alterius machinatum, in uxorem duxit: nam si qua praecedentis matrimonii penitus inscisa alicui nupserit, priore mortua, nisi mulier divortium petat, ad petitionem viri non sunt separandi. Nec enim sustinendum est, ut vir qui scienter in legem commisit, de proprio dolo commo- dorum reportet.

*Cum ea duam quis uxore vivente cognovit non sub specie matrimonii, defuncta uxore potest quis contrahere, si neuter ipsorum machinatus est mortem praefunctae uxoris. h. d.*

§. 22. Cum ea autem, quam quis uxore vivente non praetextu matrimonii cognovit, si nihil in perniciem olim viventis uxoris vir, aut mulier cogita, machinatus fuerint, nec fidem de contrahendo sibi invicem dederint contracta postea nuptiae legitima reputanda erunt. Sed et si fidem quidem sibi invicem dederint, vel etiam de facto con-

*a* Can. pen. & fin. extr. de adult. b. c. gaudemus. extr. de convers. conjug. c. 1. de convers. conjug. d. c. quidam. extr. de convers. conjug. c. c. consultius nos. extr. de convers. conjug. h. c. in provincia nostra, extr. de spons.

*a* C. literas. extr. de restit. spolias. b. c. literas in fin. extr. de restit. spol. c. c. ex transmissa. extr. d. sic. d. c. ex parte. extr. de restit. spol. c. c. ex literarum. extr. de eo qui dux. in mas. f. c. 1. extr. de eo qui dux. in matr.



contraxerint, si nec ante, nec post, legitima conjuge superstitie, carnalis intercessit copula, quamvis uterque graviter deliquerit, & propterea etiam si imponenda poenitentia, matrimonium tamen contractum post uxoris obitum, minime dissolvitur.

*Benignum aliquod subsuetum procedens delictum & ejus poenam non abolet.* h. d.

§. 23. Usque adeo b autem machinatio in alterius conjugum obitum adhibita, inter superstites machinatores matrimonii spem excludit, ut si infidelis cum Christiana communicato consilio ejusdem maritum de medio sustulerit, licet postea per studium superstitis uxoris ad fidem Christianam translatus fuerit, non tamen propterea magis cum ea nuptias legitimas contrahere, aut contractas retinere poterit. Nec enim hujusmodi lucro, tam detestandum dampnum Ecclesia resarcire patitur.

*Animus & propositum distinguunt maiestica.* h. d.

§. 24. Diversa e ratio est eorum, qui ad fidem conversi, illorum sibi matrimonio junxerunt uxores, quo in belli certamine occiderunt: eorumque qui conversas duxerunt, quarum infideles maritos simili modo interfecerunt: nam cum tales virorum defunctorum interitum specialiter non quaesiverint, & matrimonium inter hujusmodi personas licite potest contrahi, & sic conjuncti divortium postulare nequeunt.

*Punitur affectus, licet non sequatur effectus.* h. d.

§. 25. Sed et si machinationem adhibitam in necem conjugis effectus consequutus non fuerit, si insidiator alteri supervixerit, spe conjugii d perpetuo destitutus, ad secundas nuptias nunquam aspirare poterit: sicut & in iis accidit, qui incestum admiserunt, Sacerdotes interfecerunt, & aliis pluribus casibus.

*Secundæ nuptiæ absque timore infamiae intra annum luctus passus celebrari, sed non debent benedici, quocumque tempore contrahantur.* h. d.

§. 26. Illud quoque admonendi sumus, quibus casibus secundarum nuptiarum permessa est celebratio, minime verendum est nuptiis, ne si intra annum luctus ad secundam vota transeant, aliqua notentur infamia e. Cum enim secundu[m] Apostolum mulier viro mortuo sit ab ejus lege soluta, ejusdem sententia & auctoritate omnis legalis infamia censetur abolita: cum in his praesertim seculares leges non dedignentur sacros Canones imitari. Vir f tamen & mulier ad bigamiam transiens, non debet a Presbytero benedici: quia cum semel benedicti fuerint, hujusmodi benedictio iterari non debet.

### TITULUS XVII. DE REBUS SACRIS, SANCTIS, ET RELIGIOSIS.

*Titulus sequens solum subordinat sequentia ad precedentia. hoc dicit.*

**S**acramentorum breviter explicato tractatu, illorumque sectione ac natura cognitis, transeamus jam ad res sacras & sanctas, quales sunt Ecclesiae, Altaria, Sanctorum in his condita reliquiae, vasa, vestes, & similia ad divinum cultum principaliter comparata. Paulo mox & de religiosis dicturi, ut sunt, religiosae domus, xenodochia, coemeteria, & sepulturae.

### TITULUS XVIII. DE CONSTRUENDIS, CONSECRANDIS, ET REPARANDIS ECCLESIIS, ET ALTARIIBUS.

*Non licet celebrare, nisi in templis consecratis, nisi ex privilegio, vel ex causa necessitatis.* h. d.

*a C. fin. extr. de eo qui duxit in matr. b c. i. extr. de convers. infid. c. i. extr. de conv. infid. d. c. i. extr. de div. vort. c. pen. & fin. extr. de secund. nupt. f c. vir autem. extr. de secund. nupt.*

**E**cclēsiā a hoc loco accipimus non tam Christianorum multitudinem, fideliūque congregationem, quam manufactum ipsū templum Dei, & orationis domum, ab eo quod continetur ejus quod continet summa denominatione. Sicut ergo non alii b, quam sacri Deo Sacerdotes, sacramenta ministrare debent: sic non in aliis, quam in Domino consecratis locis, cum suis altaribus, vasīs, vestibus, & reliquis ad divinum cultum explendum utensilibus, eidem consecratis, sacrificia offerre licet: nisi quis super hoc speciali sit privilegio munitus vel summa coegerit necessitas: utpote e, quia combusta sit Ecclesia, quo casu, donec illa restauretur, in capellis cum sacra tabula celebrari poterit.

*Constituitur in itinere, licet celebrare sub dio, & celebrans in privatis domibus est deponendus.* h. d.

§. 2. In itinere d quoque constitutus, Ecclesia non repera, sub dīo, sive in tentoriis, si tabula altaris, ceteraque sacra ministeria adfuerint, Missarum solennia celebrari permittendum erit: alioqui si quis in oratoriis & intra privatas domos constitutus, sine consensu Episcopi hoc facere ausus fuerit, deponendus erit.

*Episcopus excrecentibus fidelibus, novam Ecclesiam construere potest, & unam in plures dividere.* h. d.

§. 3. Constituantur autem Ecclesiae, vel ob incrementum in populi, vel ob commoditatem plebium, vel certae universitatis intuitu, aut in pastoralis dignitatis privilegium. Ob incrementum populi tunc nova constituenda est Ecclesia, cum certis in regionibus adeo multitudo fidelium excrevit, ut illorum curae unica sit impar Ecclesia. Sicut f enim ea ratione unus Episcopus in duos, Antistitis accedente voluntate, dividi potest: sic etiam Episcopus de baptismalibus & parochialibus Ecclesiis, Rectorum accedente consensu, facere potest: quod cum factum fuerit, illa pars populi, quae novis Ecclesiis supponitur, a jure prioris Ecclesiae abfolvetur.

*Plures baptismales Ecclesiae non debent fieri sub una terminatione, & terminationis controversia dirimenda est iudicio plebium, vel forte.* h. d.

§. 4. Plures g tamen baptismales Ecclesias in una terminatione facere non poterit. Quod si de terminatione duarum matricum Ecclesiarum contentio fuerit, plebes utrarumque discernent: quod si non conveenerint, Dei iudicio controversia discernetur.

*Non est perjurus Episcopus fabricans Ecclesiam, licet juraverit non alienare Ecclesiastica.* h. d.

§. 5. Nec h quicumque Episcopo obstitit, quod de rebus Ecclesiae non alienandis juraverit, nam & tali non obstante juramento, populo indigenti super basilicarum institutione salubriter providere poterit, & debebit.

*Ob commoditatem plebium nova Ecclesia adificari potest, qua tamen matrici honorem exhibere debet.* h. d.

§. 6. Plebium i commoditas tunc novam adificare suadet Ecclesiam, cum parochianorum pars adeo distat a veteri, ut certis temporibus non sine magna difficultate, & periculo illam adire, & ibi congruis temporibus divinis interesse, & sacramenta percipere possint: quo quidem casu, maxime si ministerio commode pro sustentatione sua provideri possit, nova quidem erit Ecclesia construenda, sed a filiali matrici Ecclesiae pro facultate loci competens honor exhibendus erit.

*Universitatis intuitu potest nova Ecclesia adificari, ut pura pro leprosis.* h. d.

§. 7. Universitatis intuitu nova Ecclesia adificari permittitur: veluti cum plures simul leprosi k sub communi

*a Can. Ecclesia. de cons. dist. 1. b c. sicut non alii. & can. 2. ibi. ea qua. de cons. dist. 1. c c. concedimus. de consec. dist. 1. d c. concedimus. vers. in itinere. de consec. dist. 1. e c. Clericos. de cons. dist. 1. f c. praecipimus. §. si cui 16. g. 1. g c. plures baptismales. 26. g. 1. h c. fin. extr. de Eccl. adif. i c. ad audientiam. Cl. 1. extr. de Eccl. adif. k c. 2. extr. de Eccl. adif.*

muni vita congregati fuerint. Iis enim, quod Ecclesia cum cœmeterio, & quod proprio gaudere valeant privilegio, permittendum erit. Cavebunt tamen hi, ut injuriosi veteribus Ecclesiis de jure parochiali nequaquam existant. Nec enim quod eis ob pietatem indulgetur, ad aliorum injuriam flecti convenit.

*Episcopo conceditur pro sepultura propria Ecclesiam adificare, aut novum monasterium construere.*

§. 8. Episcopo a quoque in sua parochia novam Ecclesiam ædificare permittitur. Sed multum intererit, Ecclesiam monasticis informandam regulis construat, an vero ex alia causa, forte pro propriis erigere velit sepulturis: cum primo casu eandem ex rebus Ecclesiæ, cui præsidet, usque ad quinquagesimam tantum partem dotare debeat: secundo vero non amplius, quam centesimam conferre licebit, ea quoque adhibita cautela, ut unam tantummodo ex his duabus remunerationem eligat.

*Quæ servari debent in construenda Ecclesia, vel consecranda, & quod Ecclesia inodata consecrari non debet.* h. d.

§. 9. Quacunque tamen ex causa nova extruenda sit Ecclesia, observandum est imprimis, ut civitatis Episcopus b, sine cuius assensu id inchoari non debet, ad locum veniat, in quo crucem ipse figet, & publice atrium designabit, nec illam antea patietur adificari, aut munus impendit consecrationis, quam dorem basilicæ, & obsequium ipsis per donationem chartula confirmatam accipiat, quæ ad luminaria, & ad custodiam, & custodiam stipendia, sufficere valeat.

*Construendi novam Ecclesiam potest novum opus nunciari.* hoc dicit.

§. 10. Sed e si quis, dum nova construitur Ecclesia, aut proprium jus imminui, aut sibi quoquo modo noceri existimet, novi operis nunciacione consulere sibi poterit: postquam si legitima non sit impetrata remissio, quicquid ædificatum fuerit, sive illud jure, sive injuria, omnino ædificantium impensis destruendum erit, negotiumque ipsum secundum legum & canonum statuta terminabitur.

*Qui præter Episcopi consensum Ecclesiam construit, sevis iusturam juris patronatus.* h. d.

§. 11. Diversum statuerunt in ea, quæ præter Episcopi consensum constructa fuerit: hæc enim si nemini nocet, destruenda quidem non erit, sed ob superioris neglectum excluso jure patronatus cum dotibus suis Episcopalis iuris applicabitur.

*Ecclesia debet, quanto potest citius, consecrari.* h. d.

§. 12. Basilica igitur legitime extracta non ante sacris est deputanda d mysteriis, quam munus consecrationis acceperit: quod ne qua divino cultui offeratur mora, quanto poterit citius e, consiciendum erit.

*Ecclesia consecranda est ab Episcopo, qui prius baptizavit incolas regionis, ubi constructa est.* h. d.

§. 13. Et si si dubitetur a quo dedicanda sit, illud exequi oportebit, cuius civitatis Episcopus, antequam fundaretur, incolas baptizaverit, & ad cuius signationem sub annua devotione concurrerint: atque is etiam ad consecrationem vocandus erit.

*Ecclesia semel consecrata, non debet amplius consecrari: nec dicitur iteratum, quod ignoratur semel factum.* h. d.

§. 14. Ecclesiæ g autem, vel altari semel Deo consecratis, non debet iterum consecratio adhiberi: quia velut infans a Sacerdote rite baptizatus, non debet iterum baptizari, ita nec locus semel Deo dicatus, iterum consecrari. Plane h si de Ecclesiæ, vel altarium conse-

cracione dubitetur, nec de ea aut scriptura appareat, aut testes existant, sine ulla dubitatione erunt consecranda. Nec talis trepidatio iterationem facit: quia iteratum dici non potest, quod semel esse factum ignoratur.

*Ecclesia polluta debet reconciliari.* h. d.

§. 15. Sed si Ecclesia, aut a ab igne exusta, aut fatione sanguinis, vel feminis, vel excommunicati humanatione polluta fuerit, etiam si semel antea consecrata appareat, nihilominus diligentissime expurgata, iterato consecranda, vel reconcilianda erit.

*Propter deservimentum altaris, ipsum altare, non Ecclesia est iterum consecranda.* h. p.

§. 16. De eo dubitari contigit, si altare motum fuerit b, aut lapis superpositus, qui sigillum continet, contractus, aut diminutus, an Ecclesia debeat iterum consecrari? Et responsum est, ob id Ecclesiæ non esse consecrationem iterandam, sed ipsum solum altare denovo consecrandum.

*Quibuscumque diebus potest Ecclesia consecrari, sed solum ab Episcopis, qui ea qua sunt jurisdictionis, possunt demandare inferioribus: secus qua sunt ordinis.* h. d.

§. 17. Confici e autem poterit Ecclesiæ, Altariumque consecratio quibuscumque diebus, tam Dominicis, quam privatis, sed non a quocunque. Licet d enim aqua per Episcopum benedicta, per alium Episcopum, qui aqua benedictionem non impenderit, Ecclesia reconciliari possit, idem tamen per Sacerdotes simplices fieri non poterit: quia ea quidem quæ jurisdictionis sunt, etiam inferioribus Episcopis demandare potest: sed quæ ordinis sunt, inferioris gradus Clericis committere non potest.

*Non debet consecrari Ecclesia, ubi sepulta sunt corpora infidelium, nisi servata forma hujus.* h. d.

§. 18. Illud etiam animadvertere consecrantem oportebit, ne basilicam e, in qua infidelium sepultura sunt cadavera, sanctificet. Sed si consecrationi apta videbitur, evulsis inde corporibus, & talis parietibus & tignis, consecrari poterit.

*Festa dedicationum Ecclesiarum debent celebrari.* h. d.

§. 19. Solennitates f quoque dedicationum ipsarum Ecclesiarum per singulos annos erunt celebrandæ, ipso Domino exemplum dante, qui dam ad festum dedicationis templi celebrandum cum reliquis populis accessit, omnibus idem faciendi formam reliquit.

*Reparatio Ecclesie pertinet ad possessorem beneficii, & Episcopus debet de sua tertiam contribuere.* h. d.

§. 20. Hæc de adificandis & consecrandis Ecclesiis, vel altaribus delibasse sufficit: nam si reparandæ sunt, vel emendandæ g, id oneris proculdubio ad eum, qui Ecclesiasticum possidet beneficium, pertinebit. Sed & Episcopus tertiam partem sibi obtingentem impendere debet.

Nunc de Ecclesiarum unionibus, paucis dispiciamus.

## TITULUS XIX.

### DE UNIONIBUS ECCLESIAIUM.

*Quid sit Unio, & quod duplex.* h. d.

UNio nihil est, quam duarum pluriumve Ecclesiarum facta connexio: dicta ab uniendo, ex eo quod plures Ecclesiæ in unum conjungantur. Unionum autem dæ sunt species: aut enim perpetuæ sunt: aut temporales. Perpetuæ sunt, quæ fiunt, ut sine præiunctione temporis perdurent. Temporales sunt, quæ ad certum tempus, puta ad alicujus vitam instituuntur.

*Causa*

a Can. bona rei, pen. 12. q. 2. & c. pen. extr. de donat. b can. nemo Ecclesiam, de consec. dist. 1. c. e. 1. & seq. extr. de novi oper. nunciat. d Ministerii forse. e c. fin. extr. de conf. Eccl. l. c. 2. extr. de relig. dom. g can. Eccl. semel, de conf. dist. 1. h can. solennitates. §. de Ecclesiæ, & can. Ecclesia veli. de conf. dist. 1.

a Can. Ecclesiis semel, ver. nisi, de consec. dist. 1. c. propositio, si quis, consulisti. & c. fin. extr. de consec. Eccl. b c. 1. extr. de consec. Eccl. vel alt. c. c. 2. extr. d. sis. d. c. aqua per. g. extr. de consec. Eccl. e can. Ecclesiam in qua, & can. sequæ consec. dist. 1. f can. solennitates, de consec. dist. 1. g c. 1. & c. de hi. extr. de Eccl. adific.

*Causa uniuersalis sunt, necessitas & utilitas. h. d.*

§. 2. Velut ergo ex causa una Ecclesia, vel Episcopatus in plures dividi permittitur, sic etiam rebus suadentibus plures Ecclesie in unam conjungi possunt. Causa vero unionum sunt, aut a urgente necessitate, aut evidens utilitas. Necessitas, veluti cum duae Ecclesiae adeo sunt pauperes, ut impossibile sit earum proventus ad vitium duorum Sacerdotum sufficere: aut, si altera hostium e immunitate desolata sit. Utilitas d, ut cum locorum opportunitas id exposcit, vel temporis qualitas: puta, quia in loco nunc Christianorum dicatur imminutus numerus: aut, quia ob fructuum tenuitatem non perinde idonei Sacerdotes ad beneficium procurandum inveniantur. His igitur casibus, nequid detrimenti divinus cultus & animarum cura patiatur, debent plura beneficia vel in Ecclesia unum conjungi.

*Sicut unire Episcopatus pertinet ad Romanam Pontificem, sic minores Ecclesias ad Episcopum cui subsunt: inferiores vero non possunt unire. h. d.*

§. 3. Non tamen omnibus passim quascumque Ecclesias uniuersalis potestas indistincte permittitur, sed certis dumtaxat servatis regulis. Et quidem e, sicut unire Episcopatus, atque potestati alienae subicere ad summum Pontificem pertinere noscitur, sic ad Episcopum spectat Ecclesiarum suae diocesis unio atque subiectio. Ad Episcopo itaque inferiores uniuersalis potestatem minime sibi vindicare poterunt. Ideoque si Prior, vel Abbas monasterium monasterio subiecit, vel unierit, Episcopi consensu minime requisito, quod inconsulto Praefule fecerit non subsistet, nec subiectionem, vel unionem Metropolitanis consensus, vel confirmatio sustinebit, cum is in diocesi sui Suffraganei absque ipsius assensu non debeat aliquid contra constitutiones Canonicas attentare.

*Episcopus unire potest Ecclesiam alteri, vel loco religioso donare, etiam non vocato Rectore, vel defensoribus, sed propterea mensa non potest. h. d.*

§. 4. Usque adeo autem Episcopo in propria diocesi facultas uniuersalis competit, ut si per eundem consentiente Capitulo, Ecclesia Ecclesiae, dignitati, vel praebendae uniat, aut religioso loco donetur, ex eo quod Rector ipsius ad hoc vocatus, vel si vacabit, defensor ei super hoc datus non exiit, nequaquam impugnari valeat. Aliud tamen obtinet, si quam is Ecclesiam mensa suae, vel Capitulo uniuersalis duxerit: id enim (etsi Capitulo consensus accesserit, & loci consuetudo suffragetur) irritum penitus erit: cum uniuersalis utilitas probabilis non recte sanctae unionis suspicionem ingerat.

*In unione secundo requiritur consensus non solum Capituli, sed etiam eorum qui laici possent. h. d.*

§. 5. Nec solum Capituli uniuersalis Episcopi in unione consensus exigitur, sed etiam illorum, qui ex unione laici possent. Unde si aut collegiata, aut patronata, alicujus Suffraganei Ecclesia sit uniuersalis, collegii patroni & Suffraganei assensum intervenire oportebit.

*Quis sit Unionis effectus. h. d.*

§. 6. Secuta vero unione Canonica, statim is, cuius Ecclesiae alia per unionem est applicata, eandem in unitam nanciscitur potestatem, & jus, quod in eam olim habebat, cui ab initio praefuit: statimque uniuersalis Ecclesiae eadem privilegia competunt, quae principali Ecclesiae competere consueverunt.

*Per unionem non praesudicatur iuribus Episcopalis. h. d.*

§. 7. Sed quaeri poterit f, si per Apostolicum Ecclesia in certa diocesi constituta, puta in Perusina, Ecclesiae alterius diocesis, veluti Tiphernatis, uniuersalis fuerit, an Ecclesia per unionem alteri connexa, per hoc a iurisdictione

ne Praefulis Perusini censetur exempta, & Tiphernati subiecta? Et responsum est, a iurisdictione prioris Episcopi unitam Ecclesiam non eximi, cum Romanus Pontifex in huiusmodi unionibus singulis Episcopis iura sua inuolacra servari velit.

*Unio dissolvitur temporis lapsu, & causa cessatione, & ab his qui habent ius uniuersalis. h. d.*

§. 8. Dissolvitur autem unio, si temporalis sit, temporis lapsu: quod si sit perpetua, cessantibus eisdem causis, ex quibus facta fuerit, ab his itidem dissolvi poterit, quorum consensu & auctoritate olim fuerit instituta: nihil est enim tam rationi consonum, quam ut is destruendi habeat potestatem, cui constructi facultas conceditur.

*Licet vacans Ecclesia possit uniri, unio tamen Ecclesiarum vacantium dissolvi non potest. h. d.*

§. 9. Illud inter instituendam, & dissolvendam unionem intereet, quod licet etiam vacans Ecclesia alteri possit uniri, si tamen Ecclesiae per unionem connexas vacare contigerit, unio interim vacantium Ecclesiarum dissolvi minime poterit.

## T I T U L U S XX. DE IMMUNITATE ECCLESIAE ET SUBIECTIONE.

*Immunitas in hoc titulo large assumitur, & quid sit immunitas. h. d.*

**I**mmunitas est a muneribus indulta exemptio. Sed hoc loco immunitatem large accipimus, pro quolibet Ecclesiarum favore, indulgentia, rigoris remissione, & privilegio.

*Triplex est species immunitatis Ecclesiarum, localis, personalis & realis: & quod immunitas localis est, per quam profana in Ecclesiis, & non consecratis, vel oratoris exerceri prohibentur. h. d.*

§. 2. Est autem Ecclesiarum immunitas triplex: localis, personalis, & realis. Localis immunitas est, quae sacris ipsis domibus, aut aliquibus sacrarum aedium intuitu conceditur. Cum enim Ecclesia a secundum Evangelicam veritatem domus esse debeat orationis, merito a profanis usibus esse convenit alienam.

*Processus facti, & sententia lata in Ecclesiis, vel ceteris sunt nulli. h. d.*

§. 3. Seculares igitur Iudices causas, praecipue ubi de sanguinis agitur effusione, & de poena corporali tractatur, in Ecclesiis vel earum coemeteriis agere sub anathematis interminatione prohibentur. Absurdum est enim ibi iudicium sanguinis exerceri, ubi est tutela constituta refugii. Processus quoque e, quos ibi legitima contempta prohibitione, & spreta ultione divina, faciendos duxerint, ac specialiter prolatae sententiae, omni firmitatis robore carebant.

*Consilia publica, nundinae & negotia secularia non debent tractari in Ecclesiis. h. d.*

§. 4. Publica quoque d quarumlibet societatum, & universitatum conciones, & consilia, nundinarum, aliorumque secularium tractationes negotiorum, consabulationes, & profana colloquia ab his penitus amoveri debent.

*Convivia non debent fieri in Ecclesiis, nisi ex necessitate: & quod dicitur ab Ecclesiis, intelligitur etiam de non consecratis & oratoris. h. d.*

§. 5. Sed e & convivia, & hospitia, licet illa despicere non oporteat, in sacris domibus celebrari, vel exerceri a Laicis non poterunt, nec etiam a Clericis, nisi forte transeuntes ob hospitiorum necessitatem illic resciantur: quod & in oratoris observari convenit, ut nominis opera jugiter impensa concordet, & ne, ubi peccatorum est venia postulanda, ibi peccandi detur occasio. Idem statui-

a. Can. expositi. §. si evidens. ext. de prob. b. c. eam re. ext. de stat. & qualis. in fin. & can. unic. 10. q. 3. c. can. postquam Basilis. 16. q. 1. & can. de temporis. 16. q. 1. c. a. si quis uniuersalis. ext. de ex. ff. pro. & can. de ext. de relig. dom.

a. C. cum Ecclesia. ext. eod. tit. b. c. eam Ecclesia. §. secularis. ext. eod. c. 1. §. in. ext. in 6. d. c. 2. §. cessant. ext. in 6. c. canon. opor. & can. seq. q. 2. dist.

statuitur & de Ecclesia, in qua divina mysteria celebrantur, licet adhuc consecrata non fuerit, quia cum obsequiis divinis sit dedicata, nullius temerariis ausibus est profananda.

*Qui inivitus abstrahit a sacris locis, excommunicatur, & quasi sacrilegus punitur.* h. d.

§. 6. Sacrorum a locorum intuitu illis conceditur immunitas, qui ad ipsam Ecclesiam confugiunt: nam si eos qui ad statum Principis se proripiunt, ab omni violentia leges seculares vindicant, quanto magis convenit ad templum Domini confugientes, loci sancti reverentia, & auctoritate defendi? Quicumque igitur inde hominem reluctantem reclamantemque violenter abstraxerit, tam aliis poenis pro sacrilegio, quod admittit, quam Ecclesiastice subjacebit excommunicationi.

*Non potest quis inivitus abstrahi a domo Episcopi, vel ab Ecclesie circuitu, intra triginta passus.* h. d.

§. 7. Nec b ab arriis tantum Ecclesie quemquam inivitus abstrahere non licebit, verum etiam nec a domo Episcopi, & ab Ecclesie circuitu intra triginta passus ab ostio: quod spatium Ecclesie reverentia defendi sacri Canonibus voluerunt.

*Liber homo non debet ab Ecclesia violenter abstrahi, nisi impetrata vita, & membrorum incolumitate.* h. d.

§. 8. Hæc tamen securitas non omnibus æque & indistincte solet indulgeri, sed status habetur ratio, & causarum, ex quibus quis fugiendum ad Ecclesiam duxerit. Si liber e igitur quis sit, quantumvis gravia perpetraverit, non est violenter ab Ecclesia extrahendus, nec inde ad mortem damnari debet, sed Ecclesiarum Rectores vitam & membra debent fugientibus obtinere: alius tamen poenis de eo, quod inique egerint, puniendi erunt.

*Publici latrones, & qui in sacris locis immunitatis spe ducti delinquant, privilegii sacrorum locorum non gaudens.* h. d.

§. 9. Hoc autem d de publicis latronibus, vel nocturnis agrorum populatoribus, viarumque obsessioibus intelligi non oportet. Hi enim secundum Canonicas sanctiones nulla impunitate præstita violenter, & egressionis adhibitis insidiis, ab Ecclesia extrahi poterunt. Idem & de his statuumdum erit, qui impunitatem suorum excessuum obtinere sperantes, homicidia, & mutilationes membrorum in ipsis Ecclesiis, vel ipsarum cæmeteriis committere non verentur, quæ nisi per Ecclesiam crederent se defendi, nullo pacto commissuri fuerant: tales enim, cum in eo, in quo quis deliquit, puniri debeat, & frustra legis invocet auxilium, qui in ipsam legem committit, immunitatis privilegio, quo se fecerunt indignos, minime gaudebunt.

*Domini præfiso juramento de immunitate, potest servum suum etiam inivitus ab Ecclesia abducere.* h. d.

§. 10. Quod si servus sit e, qui ad Ecclesiam confugerit, postquam de impunitate Dominus Clericis juramentum præstiterit, ad servitium domini sui redire compellatur: aliqui si redire nolint, a domino occupari poterit: famuli enim, qui dominos metuunt, si ad Ecclesiam septa confugerint, intercessionem debent querere, non latebras: nec quemquam religionis reverentia proprio jure fraudari convenit.

*Clerici & Monachi deservientes Ecclesia, sunt exempti a muneribus personalibus.* h. d.

§. 11. Personalis f immunitas est, quæ personis Ecclesiasticis indulgetur. Cum enim in Clericorum ministerio constituti, non nisi altari & sacrificiis deservire debeant, rectissime constitutum est, ut Deo dicati ab omnibus personalibus muneribus reddantur immunes. Personalis autem munera sunt, quæ cum corporis labore, &

animi sollicitudine, ac vigilantia principaliter sustinentur. Generaliter igitur Episcopi, Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, Monachi, immunitate omnis tutelæ & curæ ipso jure gaudent.

*Miserabilium personarum tutelam debent Clerici suscipere.* h. d.

§. 12. Viduarum a autem & orphanorum curam suscipere non solum non prohibentur Clerici, sed etiam jubentur, cum ipsis cupiditatis negotia, non pietatis interdicanter.

*Ad murorum custodiam etiam Clerici tenentur, tempore necessitatis.* h. d.

§. 13. Excipitur b etiam ab his muneribus murorum custodia: a qua si magna imminet necessitas, neminem excusari constitutum est, ut cunctis vigilantibus melius valeat civitas custodiri.

*Persona Ecclesiastica non possunt a secularibus potestatibus collectari.* h. d.

§. 14. Realis immunitas est, per quam res Ecclesiasticæ a censu, vel collectis potestatum secularium liberæ redduntur. Siquidem e tam profanis legibus, quam sacris Canonibus sub excommunicationis & interdicti poena constitutum est, ne quis eorum qui jurisdictionem temporalem obtinent, possit tributa, collectas, seu quascumque exactiones, sub quovis titulo, vel colore, imponere Ecclesiis, vel personis Ecclesiasticis, pro domibus, prædiis, vel quibuscumque possessionibus legitime acquisitis, etiam si ipsæ Ecclesie, vel personæ, vel res sint intra illorum territorium constitutæ.

*Ob magnam necessitatem, vel utilitatem, consulto Pontifice, possunt Clerici, sine tamen coactione, Laici subvenire.* h. d.

§. 15. Si tanta d tamen sit in Republica necessitas, aut utilitas, ut Episcopus cum Clero suo, Laicorum non suppetentibus facultatibus, communes utilitates per subsidia Ecclesiastica sublevarias ducant, Romano prius consulto Pontifice, omni penitus cessante coactione, poterunt aliquid in commune conferre, & Laici humiliter ac devote eum gratiarum actione suscipere.

*Ecclesia Episcopo omnimodam subjectionem debent.* hoc dicit.

§. 16. Quemadmodum autem sacrosanctis domibus secularium potestatum intuitu omnimoda debetur immunitas, tam locorum ratione, quam personarum & rerum eisdem rationibus ab illis proprio Episcopo omnimoda subiectio debetur e. Nam quantum ad ipsa loca pertinet ( ut paulo ante diximus ) nemo Ecclesiam in diocesi edificare poterit, aut consecrare, præter sui Præsulis conscientiam. Quoad personas Ecclesiasticas, ipsi debetur Canonica obedientia f, subiectio, reverentia: ad eundem spectat institutio, delititio, correctio, reformatio, cautelarum omnium ad forum Ecclesiasticum de jure spectantium jurisdictionio, Ecclesiasticarum censurarum promulgatio, Sacramentorum exhibitio. Si res Ecclesiasticas spectes, ipsi census debentur, ipsi cathedralicum, sive synodaticum, ipsi procuratio annua, ipsi mortuorum & decimarum quarta.

*Ad Episcopum quadam pertinent jure ordinationis, quadam lege jurisdictionis, quadam lege diocesana.* h. d.

§. 17. Sed hæc omnis pastoralis potestas in tria principalia membra contrahitur: quadam enim ad Episcopum spectant jure ordinis, ut Clericorum ordinatio, virginum benedictio, altarum & Ecclesie consecratio: quadam lege jurisdictionis, ut corrigendi, conferendi, excommunicandi, & instituendi potestas: quadam lege diocesana, ut jus census & cathedralicum exigendi, decimam percipiendi, jus hospitii indicendi, & his similia

a Can. diffinit. 17. q. 4. b Can. id. constituimus. 17. q. 4. c c. inter alia. §. si libert. extr. cod. d c. inter alia. §. super hoc. extr. cod. e c. inter alia. §. fin. extr. cod. f c. non minus. extr. cod. tit. can. Clericis. cod. tit. in 6. & §. realis.

a Diff. 87. in sum. & diff. 88. in sum. b c. z. extr. cod. tit. c. cap. 1. §. volentes. cod. tit. in 6. & §. personalis. d. tit. d. c. adversus. §. verum. extr. cod. tit. c. de Xenodochiis. extr. de relig. domib. f c. conquerens. §. nos. extr. de offi.

lia. Sed cum tam de locali, quam de personali subjectione, deque his, quæ ad Episcopos tam jure ordinis, quam lege jurisdictionis pertinent, supra locis congruis locuti fuimus: transeamus nunc ad eam subjectionem, quæ cognoscitur ex solutione census, & rerum quæ lege diocesana ad ordinarium pertinent.

**TITULUS XXI.**  
**DE CENSIBUS, EXACTIONIBUS, ET**  
**PROCURATIONIBUS.**

*Census generaliter sumptus continens omnem pensionem, Specialiter vero tantum cathedralicum.* h. d.

**C**ensus appellatio generalis est, sumiturque pro omni pensione, quæ Prælati de Ecclesiasticis proventibus singulis annis in signum subjectionis vel alterius juris penditur. Speciali tamen nomine census, qui Episcopo ab Ecclesiis in argumentum subjectionis tribuitur, *Cathedralicum* appellatur: eo quod ob honorem cathedræ persolvatur.

*Quibus temporibus, & quibus causis potest census constitui in Ecclesiis.* h. d.

§. 2. Constituitur autem census, aut foundationis tempore, aut consecrationis, aut donationis, aut tempore immunitatis indultæ. Foundationis aut consecrationis tempore census imponitur, quia veluti præter ordinarii censum, nec fundari, nec dedicari potest Ecclesia: ita eodem tempore certum censum Episcopis in subjectionis signum constituere poterit. Sed nec illud insolitum, aut novum haberi debet, ut cum Episcopi Ecclesias piis locis rite concesserint, aut exemptas fecerint, aliquid sibi in eis pensionis nomine retineant. Sedes quoque Apostolica cum libertatis privilegium vel etiam quibusdam Ecclesiis protectionis indulget præsidium, censum gratis oblatum suscipit, & in literis Apostolicis, ad futurorum Pontificum memoriam quantitas census exprimitur. Sed a & patrono foundationis tempore poterit Episcopus moderatos sumptus constituere.

*Simlices Sacerdotes non possunt proprias Ecclesias facere censuales: & qui de facto id fecerit, ab Ecclesia removebitur.* h. d.

§. 3. Simples autem Sacerdotes, vel Clerici non possunt Ecclesias, quibus præfunt, propria auctoritate, præsertim post eorum decessum, censuales efficere. Ideoque b qui ab eisdem quadam collusionione pensionem annuam de Ecclesiis receperint, illis defunctis super pensionis receptione audiendi non erunt, si Romani Pontificis, aut alterius, qui de jure id facere potuerit, auctoritatem super hoc non intervenisse constiterit. Quin potius si qui per collusionem e talia facere comperti fuerint, ab ipsis Ecclesiis removendi erunt.

*Episcopus non potest novum censum imponere, vel veterem augere, præter cathedralicum.* h. d.

§. 4. Sed d nec Episcopus ipse, aut quilibet alius Ecclesiis novos census imponere, aut veterem augere, aut partem proventuum suis usibus vendicare poterit: idque adeo obtinet, ut etiam si juramentum e de novo censu persolvendo quis susceperit, non propterea solvere, sed absolvi ab illicito jurejurando debeat. Nec quicquam profuerit, quod Episcopus, vel quilibet de novo f illas de manibus Laicorum eriperit: nam nec eo casu præter cathedralicum, & quæ cæteris imponuntur, aliquid exigi poterit.

*Ex causa & non in propriam utilitatem potest Episcopus novum censum constituere, vel augere veterem, accedente consensu Capituli.* h. d.

§. 5. Quod autem diximus, Episcopum nec novum

posse censum imponere, nec augere veterem, ita intelligi oportet, si in propriam veluti utilitatem convertere. Cæterum si non in suam, sed in alterius sibi subjectæ Ecclesiæ commodum, ex justa causa, vel novum censum constituere, vel veterem augere, vel etiam minuire velit, Capituli accedente consensu, id sibi minime interdicitur.

*Provincia & Ecclesia de novo conversa in persolvendis censibus servabunt consuetudinem vicinarum.* h. d.

§. 5. Sed quis erit modus obsequiorum Metropolitanorum exhibendorum, si qua de novo a conversa provincia, ad alicujus Ecclesiæ jurisdictionem accesserit? Et ex facto responsum est, id observari debere, quod in vicinis provinciis observatum reperitur.

*Episcopis visitantibus debetur procuratio.* h. d.

§. 7. Ulterius Prælati diocesium visitantibus b, etiam procuratio debetur. Est autem procuratio necessarium sumptuum exhibitio. Nam cum Apostolico testimonio suffragante congruum sit, ut a quibus spiritualia recipimus, eisdem etiam temporalia nostra communicemus: rectissime constitutum est, ut cum Prælati diocesium peragrandi divina nobis exhibent, illis etiam a nobis temporalia exhibeantur.

*Episcopus remittens Ecclesia servitia, non censetur remittere procuracionem, sed illam dare deservientes potest excommunicare, & procuracioni non præscribitur.* h. d.

§. 8. Et adeo visitationi annexa est procuratio, ut si Episcopus e alicui Ecclesiæ omnia servitia remisit, eidem visitanti nihilominus moderata debeatur procuratio: quam si visitati exhibere negaverint d, si quam in contumaces rite tulerit sententiam, erit inviolabiliter observanda, cum nec ullam adversus procuracionem, quæ ratione visitationis competit, præscriptionem curere dignoscatur. e

*Qui visitare possunt, & quod Archiepiscopus potest visitare provinciam, etiam cum Suffraganei non sint negligentes.* h. d.

§. 9. Visitandi f vero sollicitudo non modo incumbit Episcopis, verum etiam Archiepiscopis, Patriarchis, sedis Apostolicæ Legatis, Nunciis, Archiepiscopis, & Decanis: qui quidem ne non tam divina, quam propria quævisse videri possint, caute proficiunt, ut ea, quæ tam generali g, quam Lateranensi Concilio h continentur, & quæ Innocentiana i constitutione, atque aliis Canonibus salubriter constituta comperuntur, inviolabiliter observent. Quod autem diximus, Archiepiscopis visitare licere provinciam, ac procuraciones a locis recipere visitatis, tunc etiam sibi locum vendicat, cum ejus Suffraganei argui negligentia nomine non possunt: nec enim propterea minus suam libere visitare provinciam poterunt.

*Ob oratorium non est exigenda procuratio, & ob urgentem necessitatem potest Episcopus exigere charitativum subsidium.* h. d.

§. 10. Postremo k admonendi sumus, propter privatum oratorium, in quo quis interdum celebrat, procuraciones, quæ visitationis ratione debentur, a quoquam exigi vel extorqueri non posse: sed nec aliis exactionibus subditos suos Episcopi gravare debent l, nisi quandoque eisdem multæ superveniant necessitates: quibus casibus si manifesta ac probabilis causa extiterit, cum charitate moderatum ab eis postulare subsidium sustinendi erunt.

T 1-

a C. præterea. in fin. extr. de jur. patron. b Canon. præterea. extr. cod. tit. c. c. cum Clerici. extr. cod. tit. d c. prohibemus. extr. cod. tit. e c. significavit. d. tit. f canon. Ecclesiis. extravagans. cod. tit.

caa C. super eo. extr. cod. tit. b Extr. conf. vas. cod. tit. & n. cum Apostolis. extravag. cod. tit. & per totum titul. & in 6. c. cap. cum venerabilis. extr. cod. e c. cum nuper. cod. tit. extra. e c. accedentes. ext. de præscrips. f can. felicit. cod. tit. in 6. & Clem. 1. d. tit. & can. sopita. & can. cum infantia. extr. cod. tit. g cod. 2. cod. tit. in 6. h c. cum Apostolis. extr. cod. i c. 1. cod. tit. in 6. k c. fin. extr. cod. tit. l c. cum Apostolis. §. prohibemus. extr. cod. tit.

## TITULUS XXII.

## DE CAPELLIS MONACHORUM.

*Omnes Ecclesia pedita in diocesi subsunt Episcopo, etiam monasteria, & Monachorum capella, nisi defendantur privilegio, vel prescriptione. h. d.*

**U**Sque adeo autem omnes basilicæ a per diversa loca constructæ in Episcopis, in cujus territorio positæ sunt, potestate constituuntur, ut si Ecclesia b, ubi Monachi habitant, populi curam habeat, cum per Monachum plebs regi non debeat; Capellanus ad consilium Monachorum ab Episcopo sit instituendus: ita ut consuetudine, aut quovis statuto contrario non obstante, ex solius Episcopi arbitrio tam ordinatio ejus, quam depositio, & totius vitæ pendeat conversatio. Nec id mirum videri debet, cum e monasteria ipsa & Monachorum disciplina, si nec privilegio, nec legitima prescriptione doceantur exempta, ad eum pertineant Episcopum, in cujus sunt territorio constituta.

TITULUS XXIII.  
DE RELIGIOSIS DOMIBUS.

*Xenodochia, Orphanotrophia, & loca similia Episcopis subsunt, qui providere debent, ne illorum res dissipentur. hoc dicit.*

**X**enodochia quoque, Orphanotrophia, Brephtrophia, Nosocomia, Gerontocomia, aliaque similia loca, ad Episcopatum d, in quorum sunt diocesi, sollicitudinem pertinent, per eosdemque ad eas utilitates, quibus constituta sunt, ordinanda ac dirigenda erunt: nec postquam hujusmodi loca ad hospitalitatis usum e, & pauperum provisionem, Pontificis ordinatione deputata fuerint, ad profanos usus converti poterunt: cum ea, quæ ad certum usum largitionis fidelium sunt destinata, ad alium salva sedis Apostolicæ auctoritate, converti non valeant.

*Ordinarii loca pia & religiosa possunt reformare auctoritate Apostolica, si opus sit reformatione. h. d.*

**S**. 2. Quinimo si talium locorum Rectores exempti sint, si tamen illorum cura postposita, bona & jura ipsorum ab usurpatorum manibus vindicare negligant, aut quoquo modo res illorum collabi sinant, poterunt ordinarii auctoritate Apostolica sibi ex Viennensi Concilio præfita, loca ipsa salubriter reformare, & occupata, alienata, deperdita, ut in statum pristinum redigantur, procurare, contradictorieque quoscunque per censuram Ecclesiasticam & aliis juris remediis compefcere, licet nullum per hoc exemptionibus, seu privilegiis, quoad alia, præjudicium generari debeat.

*Xenodochia, & loca similia non possunt in beneficium conferri, nisi certis casibus. h. d.*

**S**. 3. Eodem cavetur Concilio g, ut nullus ex hujusmodi locis secularibus Clericis in beneficium conferatur, etiam si consuetudine id fuerit alias observatum, nisi in illorum fundatione aliter constitutum fuerit, sive per electionem sit de Rectore hujusmodi locis providendum: sed quod eorum gubernatio vitis providis, ac boni testimonii committatur, quos bona prædicta in alios usus convertere, præsumptio verisimilis non existat.

*Administratores hospitalium aequiparantur tutoribus. h. d.*

**S**. 4. Ut autem h hi demandata sibi cura diligentius insistant, instar tutorum & curatorum debent juramentum præstare, ac de bonis inventaria conficere: & ordinariis, seu aliis, quibus loca hujusmodi subsunt, vel deputandis ab eis, singulis annis de administratione sua

rationem reddere: quod si secus a quoquam fuerit attentatum, provisio, seu ordinatio minime valebit.

*Sopradicta non habens locum in hospitalibus militarium ordinum, aut religiosorum. h. d.*

**S**. 5. Prædicta a vero ad hospitalia militarium ordinum, vel aliorum religiosorum minime extenduntur. Hi enim suorum ordinum institutiones & consuetudines observare cogendi erunt.

*Hospitalibus circa sacramentorum exhibitionem servanda est antiqua consuetudo. h. d.*

**S**. 6. Sed b & si qua sint hospitalia, altaria & cœmeterium ab antiquo habentia, & Presbyteros celebrantes & Sacramenta Ecclesiastica pauperibus ministrantes, quoad exercenda & administranda spiritualia prædicta, antiquam consuetudinem Viennense Concilii observari voluit.

TITULUS XXIV.  
DE SEPULTURIS.

*Cur in Ecclesiis & locis sacris sepultura constituantur.*

**T**Ractemus nunc de Sepulturis, quæ quidem per fideles, non nisi in sacris & religiosis locis, ideo constituantur, quod minus ibi spiritibus vexantur immundis, & quod sanctorum illorum commendantur patrocinii, quorum nomini Ecclesia, in qua corpora conquefcunt, est consecrata. Accedit e, quod defunctorum proximi ad sacra loca venientes, sepulturamque conspicientes, suorum recordantur, & pro eis piis precibus fundunt. Unde a mortuorum sepultura, & cœmeteria apud illas Ecclesias, & monasteria ex antiquo disposita esse comperuntur, in quibus religiosorum conventus sunt constituti, ubi orationes, & Missarum solennia, tam pro vivis quam pro defunctis, frequentius celebrantur.

*Unusquisque habet liberam facultatem sepulturam eligendi, et si quis non eligat, in parochiali Ecclesia, aut majorum sepulchris est sepeliendus. h. d.*

**S**. 2. Regulariter igitur in parochiali Ecclesia, aut ibi quis sepeliendus erit, ubi majorum & suorum sepulchra constituta reperiantur: nulli tamen propterea propriam, si contemptus abfit, negatur eligere sepulturam: quod usque adeo obtinet g, ut antiqua dimissa, novam possit quis etiam in loco minus religioso sibi deligere: nec propterea poterit hodie electio talis impugnari, licet antiqua jura super hoc diversa esse videantur.

*Uxor non tenetur sequi sepulturam viri, si velit aliam eligere. h. d.*

**S**. 3. Nec h ulla super hoc inter virum & mulierem facienda est distinctio, quasi uxor capitis sui sequi judicium & sepulturam sit compellenda: sed utriusque equalis erit eligendi facultas, cum hujusmodi electio ad eum statum pertineat, quo mulier a lege viri solvitur.

*Si uxor sepulturam non eligat, tenetur sequi sepulturam ultimi viri, si plures habuerit. h. d.*

**S**. 4. Si tamen ipsa sibi sepulturam non eligat, & plures forte viros habuerit i, cum viro ultimo, cujus domicilium retinet, tumulanda erit.

*Filius familias licet non possit aliquid relinquere pro anima, si careat castrensi peculio, vel quæst, tamen potest sibi eligere sepulturam, nisi sit impubes: quo casu poterit pater sepelire illum, ubi voluerit, nisi sit consuetudo in contrarium. h. d.*

**S**. 5. De filiofamilias, an sibi sepulturam eligere valeat, dubitari poterit, & multum interest, an ejus ætas intra pubertatis annos contineatur, an vero pubertatem excefferit: primo enim casu sepulturam eligere non poterit: permittendum k tamen erit patri, si id loci consue-

fue-

a Can. omnes basilicæ. 16. q. 7. bc. 1. extr. eod. tit. & c. 1. eod. tit. in 6. c. pen. extr. ac relig. domib. & c. 2. extr. eod. tit. d. c. de Xenodochiis. extr. eod. tit. c. 2. ad hac. extr. eod. f. Cl. p. in princ. eod. tit. c. Cl. 2. §. ut autem. eod. tit. h. d. Cl. 2. §. 1. verf. illi etiam. eod. tit.

jur. Canon. Tom. II.

a Clem. 2. §. permissa. eod. tit. b Ol. 2. §. fin. eod. tit. c. e. cum gravia. 13. q. 2. d. c. fraternitatem. in princ. extr. eod. tit. c. can. 1. et c. fraternitatem. extr. eod. tit. f. c. in nostris. extr. eod. tit. g. c. 2. §. 1. eod. tit. in 6. h. c. de uxore vero. extr. eod. tit. i. c. is qui. §. 1. eod. tit. in 6. k c. de uxore. §. fin. extr. eod. tit.

tuendo patiatur, ubicunque voluerit, illum sepelire: quod si consuetudo id non habeat, cum suis majoribus, vel in parochiali Ecclesia tumulandus erit. Secundo vero casu, cum pubertatem attingit, libere absque patris assensu sibi sepulturam eligere poterit, quamquam pro anima sua præter patris assensum aliquid iudicare non possit, nisi castrense, vel quasi castrense peculium habuerit.

*Religiosi non possunt sibi sepulturam eligere.* h. d.

§. 6. Impuberi similes religiosi habentur: hi enim, cum propriæ voluntatis libertatem non habeant, eligere sibi sepulturam nequeunt, sed apud propria monasteria tumulandi sunt: nisi adeo forte sint remoti, quod adeo, cum moriuntur, commode exportari nequeant.

*Non potest quis etiam iurejurando a seipso abdicare liberam eligendam sepulturam potestatem.* h. d.

§. 7. Alias autem sepultura: usque adeo libera esse debet electio, ut Bonifaciana d. constitutione cautum sit, ne qui ad votendum, jurandum, vel fide interposita vel alias promittendum aliquos inducant, ut apud eorum Ecclesias sepulturam eligant, vel jam electam alterius non immutent, & fecus factum omnino infringit.

*Mortuus ruri, qui sepulturam non elegit, si sine periculo posse exportari, vel in parochiali Ecclesia, vel in majorum sepultura debet sepeliri.* h. d.

§. 8. Illud etiam in dubium venire potest, si quem, dum animi, vel agri colendi causa rusticatur, ruri inopino forsitan interitum, nec electa sepultura contingat occumbere, an in Ecclesia ruri constituta, an potius in alia sepeliri debeat? & responsum est, si absque periculo defunctus inde valeat exportari, non in Ecclesia ruri posita, sed in sua parochiali, vel in qua majorum ipsius ab antiquo sepultura extitit, reponendum fore.

*Quibus non communicamus vivis, nec mortuis communicamus.* h. d.

§. 9. Non tamen omnes, qui fato functi fuerint, Ecclesiastica tradendi sunt sepultura: quibus enim non communicamus vivis, nec defunctis communicare debemus. Unde carebunt Ecclesiastica sepultura, qui prius erant ab Ecclesiastica unitate præcisi: Igitur nec Paganus nec Judæus, nec hæreticus, nec qui usuras exercuit, nec qui sibi mortem consciverunt, aut qui personis Ecclesiasticis violentas manus iniecerunt, nec homicidæ, nec incendiarii, aut Ecclesiarum violatores, nec incestuosi, nec blasphemæ, nec ullus, qui pro manifestis condemnatus est excessibus, Ecclesiastica sepultura tradi poterit.

*Tumulati contra canones, sunt exhumandi, si illorum corpora possunt discerni a corporibus fidelium.* h. d.

§. 10. Et si contigerit aliquando horum corpora in cœmeterio Ecclesiastico tumulari, si ab aliorum corporibus discerni poterunt, exhumari debent, & ab Ecclesiastica sepultura procul factari. Quod si discerni non poterunt, cum excommunicatorum ossibus corpora fidelium extumulanda non erunt, cum licet non obit iustus sepultura nulla, vel vilis, celebris tamen vel speciosa non proficit improbis.

*Qui contemptis clavibus non humandos in locis sacris humaverit, excommunicationem incurrit, a qua non est absolvendus antequam arbitrio Episcopi satisfecerit.* h. d.

§. 11. Si quis autem h. contemptis Ecclesiæ clavibus hujusmodi personas, aut interdicti tempore quoslibet, in Ecclesiis vel cœmeteriis sepelire ausus fuerit, ipso facto, excommunicationis sententiam incurrit: a qua, nisi prius ab arbitrio diocœsanæ Episcopalis, quibus injuria irrogata fuerit, satisfactionem competentem exhibuerit, absolvi non poterit, nec ullum circa præmissa contra facientibus privilegium suffragabitur.

a C. pen. eod. tit. in 6. b d. c. pen. in fin. in 6. c c. fin. eod. tit. in 6. d. c. 1. in princ. eod. tit. in 6. e. c. is qui. in princ. eod. tit. in 6. f. c. sacris. in princ. extr. eod. tit. g. c. sacris est extr. eod. tit. h. Clem. 2. eod. tit.

*Reconciliati, licet aliqui Ecclesiastica sepultura non essent tradendi, post reconciliationem tradi poterunt.* h. d.

§. 12. Sed hæc de illis intelligenda sunt, qui impœnitentes decesserint, nec in articulo saltem mortis Ecclesiæ reconciliati fuerint. Nam si, dum forsitan in extremis agerent, legitime absoluti fuerint, Cœmeterium his & alia Ecclesiastica suffragia denegari non debent: hæretici tamen & propinqui, ad quos ipsorum bona pervenerint, ut pro eisdem satisfaciunt, si casus exigat, Ecclesiastica sunt censura compellendi.

*Cadavera punitorum penitentium sunt tradenda sepultura Ecclesiastica.* h. d.

§. 13. Ex his apparet, eorum cadavera, qui post confessionem Deo peractam, pro sceleribus suis in patibulis suspenduntur, ad Ecclesiam esse deferenda, & oblationes pro eis offerendas. Cum enim pro peccatis suis pœnam extremam solverint, & digne pœniterint, non judicat Deus bis idipsum.

*Deprehensi in scelere & vulnerati, si confessi ex vulneribus mortui fuerint, item improvisi casu oppressi, non privantur Ecclesiastica sepultura.* h. d.

§. 14. Quinetiam si, dum in scelere comprehenduntur, vulnerati fuerint, & Sacerdoti postmodum confessi, ex vulneribus acceptis decesserint, communio eis minime denegabitur: quamquam si, dum seipsos defendunt, interfecti fuerint, aliud sit statuendum. Is autem, quem casus improvisus opprimit, si nihil aliud obstat, Ecclesiastica sepultura non arcebitur.

*Pro sepultura non possunt Clerici aliquid exigere: nec consuetudo in contrarium valet, possunt tamen sponse oblatum accipere.* h. d.

§. 15. Illud etiam atque etiam admonendi sumus, sacris Canonibus penitus interdicti, ne quis terram pro sepulchro vendere, aut pro hominibus sepeliendis quoquo modo munera exigere audeat, nisi forte sepeliendus Ecclesiæ in casu atrio g sepelitur, aliquid vivendi iusserit, aut post mortem ipsius parentes, proximi, vel hæredes pro luminaribus, vel elemosyna aliquid ultra dare voluerint: quo casu sponte oblatum licite recipi poterit: peti h. vero, vel aliquid exigi, est omnino vetitum, ne aut venalis dicatur Ecclesia, aut Clerici hominum interitu gaudere videantur, si ex illorum cadaveribus studeant habere compendium, nec obtentu cujusquam consuetudinis, nisi pia & laudabilis fuerit, reatum suum quis excusare poterit.

## TITULUS XXV. DE CANONICA PORTIONE.

*Quid sit Canonica portio, & quod est duplex, parochialis & Episcopalis, & quod parochialis debetur curato de relictis factis Ecclesiæ, in qua quis posthabita propria Ecclesiæ elegit sepeliri.* h. d.

Canonica portio est, quæ de relictis & proventibus Ecclesiis obvenientibus detrahitur, & prælati debetur. Est autem duplex, Parochialis & Episcopalis. Parochialis est, quæ Parochiali Ecclesiæ, vel ipsius Curato, & Rectori debetur. Sciendum est enim, si quis in alia Ecclesia, quam in ea, in qua divina audit officia, & Ecclesiastica sacramenta percipit, sepulturam sibi elegerit (quod quibus casibus fieri possit, proxime exposuimus,) ne parochialium Ecclesiarum Rectores, quibus cura incumbit animarum, debitis fraudentur subsidiis, constitutum esse, ut Curatus de his rebus, quas defunctus pro anima sua in ultima dispositione reliquit Ecclesiæ, in qua sepeliri elegerit,

a C. fin. extr. eod. tit. b can. quæsitum est. 13. q. 2. c can. fures. Clem. pen. 13. b. 2. d. c. ex parte parentum. extr. eod. tit. e. c. pen. extr. eod. f. can. quæsta est. §. unde. 13. c. 2. g. can. præcipiendum. d. 13. q. 2. h. d. can. quæsta. §. post. i. c. cum super. & c. seq. extr. de sepulch.

elegit, quartam partem percipiat, aut aliam, quam legitime consuetudo præfixerit.

*De his, qui quis vivens & sanus contulit alicui Ecclesie, Curato non debetur Canonica portio: secus si infirmus, & ex eadem infirmitate decedens. h. d.*

§. 2. Sed etsi nihil quidem testamento quis reliquerit, sed in ægritudine a constitutis cum bonis suis ad loca religiosa se transfulerit, Ecclesie parochiali Canonica portio debetur, si modo ille de eadem ægritudine deceferit. Quod si sanus ad ea loca se transfulerit, de his quæ locis ipsi contulit, cogi non poterit aliquid Ecclesie, a qua discessit, impertiri: quia liberum est eis tunc bona sua non solum religiosis, sed etiam quibuslibet privatis conferre.

*Canonica portio solvitur Ecclesie, in qua quis divina percipit: & si duo quis habeat domicilia, dividitur inter Ecclesias duorum domiciliorum. h. d.*

§. 3. Dabitari tamen potest, si cuius b maiores antiquitus in aliqua Ecclesia sepeliri consueverant, ea dimissa alibi sepulturam elegerit, num dimissæ Canonica portio debeat, an parochiali? Et statutum est, illi persolvendam, in qua quis audire divina, vel sacramenta recipere debet. Quod si is, qui duo habet domicilia, seque in utroque collocat æqualiter, in loco tercio sepulchrum eligat, domiciliorum Ecclesie inter se Canonice portionem dividant.

*Portio, de quibus rebus parochialis non detrahatur. h. d.*

§. 4. Sunt et tamen quedam relicta, ex quibus Canonica portio detrahi non debet, ut puta si quid pro fabrica, pro luminariis, pro anniversario, pro equis d, vel armis contra infideles exercendis, vel alias ad perpetuum cultum divinum, vel particulari personæ legatur: de quibus omnibus, nisi ea machinatione facta fuerint, ut parochialis Ecclesia fraudetur, huiusmodi portio detrahenda non erit.

*Minores, et Prædicatores indistincte de omnibus obventionibus parochialem portionem solvere tenentur.*

§. 5. Sed istud e quidem ita demum obtinet, si neque in Minorum, neque Prædicatorum quis Ecclesie sepulturam sibi elegerit: hoc enim casu & totum ordinem fratres de omnibus obventionibus, tam funeralibus, quam quibuscunque, & quomodocunque relicti, distincte vel indistincte, ad quoscunque certos, vel determinatos usus, etiam de quibus Canonica portio dari, live exigi non consuevit, vel de iure non debetur, nec non de datis, vel qualitercunque donatis in morte, seu mortis articulo, infirmitate donantis, vel dantis, de qua deceferit, quomodocunque, directe vel indirecte, quartam partem parochialibus Sacerdotibus, & Ecclesiarum Rectoribus integre largiri tenentur.

*Canonica Episcopalis est, quam detrahit Episcopus de relictis pro anima, quam testator prohibere non potest, et ubi eadem ratio, eadem debet esse iuris dispositio. h. d.*

§. 6. Canonica portio Episcopalis est, quæ de relictis alicui Ecclesie pro anima ab Episcopo deducitur. Nam veluti parochialis Ecclesia pro labore, & cura, quam gessit, animarum, certam portionem detrahit de relictis alteri Ecclesie, in qua quis sepulturam elegerit: sic etiam licebit ipsi Episcopo f, nisi sibi quadragenaria g obset præscriptio, curæ pastoralis intuitu, nam diocesis superintendens suscipit de relictis, & pro anima cuiuslibet Ecclesie oblati, Canonice sumere portionem, etiam si testator expresserit, quod non Episcopo velit esse relictam, sed tantum Ecclesie, cum privata testatoris dispositio generalem Canonice constitutionem immutare nequeat b.

*Ecclesia debetur Canonica portio de relictis Episcopo, quam tamen potest testator prohibere. h. d.*

§. 7. Item a ex contrario, quemadmodum Episcopo sua portio competit, si quid Ecclesie relinquatur: ita si quid Episcopo relictum fuerit, Ecclesia de illo Canonice petere portionem poterit. Sed hoc casu, si testator exprimat, quod velit illud Episcopi tantum esse, non Ecclesie, testatoris erit servanda dispositio.

*Si quid simpliciter Episcopo a conjuncto fuerit relictum, in dubio non debetur Ecclesia Canonica portio: secus si ab extraneo. h. d.*

§. 8. Sed b in hæc specie multum intererit, qua legandi formula testator usus fuerit. Nam si simpliciter dixerit, *Rem talem relinquo*, distinguendum est, Episcopi propinquus legat, an extraneo. Primo enim casu, cum non Ecclesia relictum præsumatur intuitu, nisi forte id probetur, sed personæ, de relicto in vita Episcopi Ecclesia petere nihil poterit. Contraria obtinet præsumptio & dispositio, si ab extraneo quid Episcopo relictum fuerit.

*Si quid conjunctim legatur Episcopo & Ecclesie, sit inter ipsos divisio, etiam si testator hoc reliquerit Episcopo, illud Ecclesie: nisi stare velint testatoris voluntati, quod ob favorem ultima voluntatis conceditur. h. d.*

§. 9. Quod si c conjunctim dictum fuerit, *Relinquo rem Episcopo & Ecclesie*, da ea inter ipsos Canonice divisio facienda erit. Si vero istud Episcopo, & illud Ecclesie relinquatur, relicta inter Episcopum, & cathedralem Ecclesiam ad Canonice divisionem sunt redgenda: nisi ambo testatoris velint esse dispositione contenti, quam propter ultima voluntatis favorem observare est satis condecens, ubi neque fraus intervenit, nec alteruter nimum debita portione fraudatur.

*Cum Ecclesiis inferioribus Episcopus non dividit sibi relictum, sed bene detrahit quartam de relictis diæsis Ecclesiis. h. d.*

§. 10. Secus d autem est, si quid legatur Episcopo, & capellis vel monasteriis, aut aliis piis locis: nam hoc casu, quod Episcopo legatur, ejus præcipuum est: cum Ecclesia cathedrali, & de illis quæ aliis locis legatur, portionem Canonice nihilominus obtinebit. Et hæc ideo tam varie, quia non tanta inter monasteria, aut capellas est communitio, quanta inter Ecclesiam cathedralem & Episcopum, qui cathedrali spirituali copulatus est conjugio: unde & quæ acquirit Episcopus, non illis, sed isti tantum acquirit.

*Si testator aliquid Episcopo, aliquid Ecclesiis reliquit, & iussit Episcopum esse consentum suo relicto, posthabita detractione quarta, servanda est testatoris voluntas, nisi sit facta in fraudem. h. d.*

§. 11. Hoc autem tunc obtinere oportet, si simpliciter Episcopo legatum factum fuerit: cæterum si eam adjecerit conditionem testator, ut Episcopus suo sit legato contentus e, & ipse legatum agnovit, quia per hoc aliis renunciassè videtur, de cæteris portionem exigere non poterit. Sed si constituerit, quod eadem adjecta conditio in fraudem modicum constituit mortuarium, ut Episcopus portione debita fraudetur in cæteris, quia dolus cuiquam patrocinari non debet, poterit is etiam ex aliis relictis exigere portionem a Canone constitutam, salvis tamen indulgentiis, quæ a Romano Pontifice quibusdam regularibus sunt concessæ.

*Relictum ei, qui potest proprium possidere, non habenti prælationem vel administrationem, a quocunque præsumitur relictum intuitu propria persona, non Ecclesia. h. d.*

§. 12. Illud f etiam generaliter observandum est circa eum, qui proprium possidere potest, prælationem, vel

a C. de iis, extr. de sepult. b C. 2. de sepult. in 6. c C. fin. extr. de test. d C. in nostra, extr. de sepult. e Clem. 2. §. verum. et per totum tit. de sepult. f c. requisisti. in princ. extr. de test. g c. de quarta, extr. de præscript. h d. c. requisisti. ver. secus autem.

a C. requisisti. §. si ab extraneo, extra. de test. b d. c. requisisti. §. si vero. c d. c. requisisti. §. quid si. & seq. extr. de test. d d. c. requisisti. §. secus autem, extr. de test. e c. officio. & infra extra, de test. f c. requisisti. §. illud, extra. de testam.



administratiorem Ecclesie non habentem, quod si ei aliquid relinquatur specialiter, non solum a propinquo, verum etiam ab extraneo, non intuitu Ecclesie, sed personæ esse relictum intelligitur, nisi probatio in contrarium apparet: & ideo de illo, nec Episcopus, nec Ecclesia potest in vita ejus sibi aliquid vindicare.

*Episcopalis & parochialis pari passu ambulant.* h. d.

§. 13. De quibus relictis parochialis portio non detrahitur, nec Episcopalis detrahenda erit.

**TITULUS XXVI.  
DE DECIMIS.**

*Penis subordinatiōem civilis ad præcedentia & sequentia.* h. d.

**E**xphicatio tractatu rerum, quæ spiritualitate quadam continentur & censentur, superest nunc, ut de rebus Ecclesiasticis quidem, sed temporalibus, illarumque administratione dicamus. Sed cum decimæ mediam quandam inter spirituales res & temporales naturam obtineant, quippe quod ipsum decimandi jus spirituale sit, fructus vero ipsi decimarum temporales & profani, merito de his quasi in confinio quodam, tractatus habendus erit, & tam præcedentibus, quam subsequentiis annexendus. Quod eo etiam congruentius possi fieri videtur, quod & proxime de his, quæ Sacerdotibus, & Ecclesiis parochialibus debentur, & similem naturam habere videntur, loquuti sumus, & ipsarum quoque decimarum ad parochiales Ecclesias jure communi spectat perceptio.

*Quid sit Decima.* h. d.

§. 2. Decima est quarta bonorum mobilium pro Deo, tam divina, quam humana constitutione debita. a

*Decimarum alia personales, alia prædiales.* h. d.

§. 3. Decimarum duæ sunt species: personales, & prædiales. Personales sunt, quæ ex iis proventus deducuntur, qui ex propria cuique solertia & industria obveniunt, ut puta de negotiatione, artificio, & militia. Prædiales sunt, quæ ex fructibus prædiorum solvuntur, ut de vino, tritico, & his similibus, quas in signum universalis sibi retenti dominii reddi Deus præcipere voluit.

*Personales prædialia debentur Ecclesie, in qua quis sacramenta percipit: prædiales vero Ecclesie, in cujus finibus sunt constituta prædialia, nisi aliud inducat consuetudo.* h. d.

§. 4. Inter personales autem & prædiales decimas hoc interest, quod personales illi solum parochia debentur, in qua quis Ecclesiastica sacramenta percipit, tametsi licetum alibi contigerit: prædiales vero, si ex prædiis in aliena parochia constitutis fructus collecti fuerint, eidebentur Ecclesie regulariter, in cujus territorio prædialia sunt constituta: quoniam si consuetudo aliud introduxerit, servanda erit. b

*Personales decimæ, quæ solvuntur ex rebus venditis & paratæ pecunia decimata, solvuntur de ædificis impenditis: seu vero prædiales: & fructus non, nisi cum onere decimarum, alienari possunt.* h. d.

§. 5. Item si personales, quæ de rebus acquisitis, vel factis ex pecunia decimata, si vendantur, solvendæ sint, ut puta si vendatur domus, ager, vinea, molendinum, grex, aut mercus, quælibet expensæ prius, quas quis in rebus parandis fecerit, deduci debent, & de residuo, quasi de lucro, decimæ præstabitur. Expensæ vero etiam seminis, quæ fiunt pro percipiendis fructibus, ex illis de quibus fructus proveniunt, etiam si decimata fuerint, non deducuntur: quoniam salva decima, fructus efficiuntur eorum, qui expensæ ipsas faciunt: sed nec fructus ipsi, nisi cum onere decimarum, alienari poterunt.

*Non deducuntur impensæ factæ pro instauranti rebus, de quibus solvenda sunt decimæ, tam personales, quam prædiales.* h. d.

§. 6. Illud commune tamen est tam personalibus, quam prædialibus, quod expensæ, quæ factæ fuerint pro restituyendo a detrimento rerum, ex quibus decimæ persolvuntur, ut si pars aliqua moriatur armenti, vinea fiat deterior, mercus depereat portio, de proventibus decimandis minime deduci debent. Cujus rei illa est ratio, quod penes dominum res instaurantæ remanent.

*Census & tributa de fructibus, de quibus decimæ solvendæ sunt, non debent deduci.* h. d.

§. 7. Sed nec census, nec tributa de fructibus, de quibus decimæ persolvendæ fuerint, primitus deduci poterunt. Cum enim in signum universalis dominii, quæ quodam speciali titulo decimas sibi Dominus reservaverit, consequens est ut prærogativam dicti generalis dominii decimarum solutio, census & tributorum præcedat exactiōem: vel saltem hi, ad quos census, vel tributa pervenerint, quoniam res cum suo transit onere, decimas solvere per censuram Ecclesiasticam compellantur.

*De omnibus provinciis decimæ debent.* h. d.

§. 8. Eadem de ratione constitutum est, ut non solum de vino & grano, fructibus arborum & hororum decimæ persolvi debeant, sed etiam de pecoribus, de venationibus, negotiationibus, de ipsa etiam militia, & denique de omnibus bonis, & proventibus omnibus, ita ut qui de his eas cum integritate solvere neglexerint, Ecclesiastica districtione percelli debeant.

*Omnes tenentur solvere decimas, tam Christiani quam Judæi. Judæi tamen tantum prædiales tenentur solvere, Christiani & prædiales, & personales.* h. d.

§. 9. Illud etiam nullam recipit dubitationem, ad solutionem earum quemlibet teneri, nisi quis speciali privilegio ab ipsarum præstatione doceatur exemptus. Unde non solum Christiani, sed etiam Judæi tenebantur. Inter eos tamen illa est differentia, quod fideles ad personales & prædiales præstandas indistincte tenentur: Judæi vero & ad prædiales tantum, quas si recusent solvere, ad ipsas possessiones renunciandas compellendi erunt, ne forte hac occasione Ecclesie suo jure fraudari valeant.

*Monachi regulares, & Clerici communiter viventes solvunt prædiales decimas, & quod novale est ager de novo redactus ad culturam.* h. d.

§. 10. De Monachis & regularibus, seu Clericis communiter viventibus videamus, & sane nulla fuit ratio, ut ab his de laboribus ac nutrimentis propriis decimæ extorqueantur: ad prædiales tamen etiam de novalibus, de quibus antea decimæ solvebantur, tenebantur. Est autem novale, ager nunc primum proventus, & nuper ad culturam redactus: de quo, quod aliquando cultus fuerit, memoria non extat.

*Decimas solvere tenentur Monachi, & alii communiter viventes, etiam de prædiis de novo acquisitis, & propriis manibus excultis, nisi obstat aliquod privilegium.* h. d.

§. 11. Sed & si iisdem possessiones pia fidelium devotione collatæ fuerint, aut pro monasteriis de novo fundandis comparatæ, vel quoquo modo recenter acquisitæ, etiam si eas propriis manibus aut sumptibus excolant, nihilominus decimas persolvent Ecclesiis, quibus ratione ælium prædiorum antea solvebantur, nisi si super hoc speciali jure vel privilegio muniti esse poterunt.

*Privilegium tollitur re judicata & præscriptione.* h. d.

§. 12. Sed nec semper eis privilegium suffragabitur: nam si res judicata obstat, vel privilegio muniti decimas

a C. parochianos. extr. cod. tit. b. c. ad Apostolicam. in fin. extr. cod. tit. c. pastoralis officio. extr. cod. tit.

a C. pastoralis. §. nec pro eod. tit. extr. b. c. cum non. extr. cod. c. tua nobis. circa med. cod. tit. extr. d. c. ex parte. & c. seq. extr. cod. tit. c. de terris. extr. cod. tit. & c. per. in fin. extr. de usuro. l. c. a. §. castorum. eod. tit. in fin.

mas per quadragesima annorum spatium solverint, cum liberum sit unicuique juri proprio renunciare, præstatione tanti temporis proprio privilegio detrahente voluisse præsumuntur, & capropter ad decimarum præstationem compelli poterunt.

*Privilegia sunt interpretanda, ut nemini indebite damnum inferant.* h. d.

§. 13. Item si post initam inter aliquos super decimis conventionem certi tenoris privilegia obtenta fuerint, nisi conventioni per ea deogetur expresse, illis non obstantibus, erit inviolabiliter observanda: ita etiam hujusmodi privilegia sunt accipienda, ut nemini læsionem, præcipue enormem, inferre debeant. Unde a si per hujusmodi concessionem parochiales Ecclesie adeo gravari contingat, ut Rectores de rebus earum congrue sustentari, & Episcopo debita persolvere non possint, per locorum ordinarios ita providendum erit, ut eisdem Rectoribus tantum relinquatur, quod & competentem sustentationem habere, aliaque onera debita supportare valeant.

*Privilegiati super decimis, tenentur illas solvere de prædiis conductis: & privilegiati super laboribus propriis solvere decimas super prædiis locatis.* h. d.

§. 14. Super decimis quoque non solvendis privilegiati, si aliena prædia conduxerint b, privilegio minime obstante, de conductis prædiis solvas decimas parochiis suis integras persolvent. Idemque erit de locatis prædiis, si privilegiatus super laboribus quos propriis vel manibus, vel sumptibus excoleret, terras suas aliis locaverit.

*Laici, & etiam Imperator non possunt concedere privilegium super decimis non solvendis.* h. d.

§. 15. Generaliter autem, nisi hujusmodi immunizatum privilegia ab Apostolica potestate obtenta fuerint, nullam habebunt efficaciam, ideoque & etiam Imperialis concessio quantumcumque concepta generaliter, cum nulla sit Laicis de spiritualibus disponendi facultas, a solutione decimarum neminem poterit eximere: imo sacrilegii d. crimen incurrit, qui de manu Laicorum rem Ecclesiasticam recipit.

*Laicus etiam de manu Clericorum non potest decimas recipere, sub pena excommunicationis, & privationis sepultura, & Clericus concedens d. ponitur.* h. d.

§. 16. Ex contrario quoque Laicus etiam a Clericali potestate decimas recipere, & in alium, velut hæreditario jure transmittere non poterit: & si fecus actum fuerit, & qui concesserit, a statu suo dejectus erit, & qui receperit, & Ecclesie non reddiderit, & vivens excommunicationis vinculo f. innodabitur, & mortuus Ecclesiastica sepultura carebit. g.

*Reditus decimarum locari possunt, dummodo locatio non sapiat alienationem.* h. d.

§. 17. Si b quis tamen, cum Ecclesie suæ conditionem meliorem facere possit, decimarum suarum proventus alicui locare velit, dummodo hujusmodi locatio ad feudum, vel alienationem non videatur extendi, id facere minime impedietur.

*Episcopo debetur a Rectoribus quarta decimarum, quas exigunt, nisi præscripta fuerit.* h. d.

§. 18. Postremo sciendum est, quod veluti parochialibus Ecclesiis (secundum ea quæ proxime exposuimus), decimæ debentur, ita etiam decimarum ipsarum quarta Episcopo a Rectoribus Ecclesiarum, nisi legitima obliet præscriptio i, persolvenda erit.

TITULUS XXVII.  
DE REBUS ECCLESIE ALIENANDIS,  
VEL NON.

*Regulariter Episcopus non potest aliquid agere sine consensu, vel Consilio Capituli.* h. d.

**T**Ractemus nunc de rebus temporalibus Ecclesiarum, illarumque administratione & alienatione, sine quibus spiritualium dignitas haud facile consistere potest. Et quidem illud in primis firmare nos oportet, nihil Episcopum regulariter sine consensu sui Capituli vel consilio posse super his statueri: cum velut caput ad membra, ita scilicet Prælatum habeat ad capitulum. In eo autem totius videtur esse consensus capituli, cui & major & sanior frater accesserit sententia.

*Alienatio rei Ecclesiastica facta sine utilitate Ecclesie, & Clericorum consensu, non valet: & quid contineat Alienationis verbum.* h. d.

§. 2. Ex his consequens est, ut rerum Ecclesiasticarum absque Clericorum subscriptione, & Ecclesie utilitate, & Romano inconsulto Pontifice a, ab Episcopo facta donatio, vel alienatio, vel suppositio non teneat, nisi eam postmodum ratam habeant. Prælati enim Ecclesiasticarum rerum procuratores est, non dominus: & conditionem Ecclesie meliorem quidem facere possunt, deteriorum vero non potest. Quod si fecus factum fuerit, nec quod gestum est, vires ullas fortietur, & Canonum temeratores tam secularium, quam Ecclesiasticarum legum poenis subjacebunt. Alienationis autem verbum continet hoc loco venditionem, permutationem, hypothecam, donationem, conductionem, emphyteusim, & omnem conventionem, per quam dominium transfertur.

*Ecclesiam suam non potest quis gravare pro alienis debitis, & debita necessaria facta a prædecessore luenda sunt. Idem si Clericus de mandato fidejusserit, aut in rem ipsius Ecclesie mutuum verterit.* h. d.

§. 3. Sed b nec commissam sibi Ecclesiam pro alienis gravare debitis, ut literas alicui, vel sigilla concedere, quibus Ecclesia possit obligari, aliquis audere debet: a loqui nec Ecclesia ad talium debitorum solutionem tenebitur, & qui id ausus fuerit, a spiritualium & temporalium administratione suspensus erit. Debita c tamen a prædecessore suo pro Ecclesie necessitate contracta, solvere proculdubio tenebitur. Idem, si Clericus de mandato fidejusserit d, aut si non de mandato, in rem tamen Ecclesie, mutuum verterit.

*Potest Prælati rem non magni valoris in aliquem bene meritum transferre, & terram gratia fabricanda Ecclesie alicui concedere.* h. d.

§. 4. Excipiantur tamen nonnulli casus, in quibus donandi, permutandi, locandi, libertatem, feudum & emphyteusim dandi, aut aliter alienandi iure licentia conceditur. Nam e si quid Prælati non magni valoris alicui forte ob bene merita donaverit, præsertim suadente consuetudine, jure sustinebitur donatio. Multo magis idem erit statuendum, si quid forte soli ad Ecclesie fabricam erigendam concessum fuerit: quo casu tantum donate licet, quantum Ecclesie parietes concludere possunt.

*Proventus Ecclesiastici possunt vendi ad modicum tempus, & ad precariam concedi, qua renovanda erunt de quinquennio in quinquennium.* h. d.

§. 5. Idem juris erit & de reductum fructuumque venditionibus ad tempus modicum faciendis, & de precariis, quæ quandoque de Ecclesiarum possessionibus fieri solent: quæ, ne temporis longinquitate juris Ecclesiastici pereat memoria, de quinquennio f. in quinquennium renovandæ erunt.

Pre-

a C. 2. §. ubi autem. eod. tit. in 6. b c. dilecti filii. & cap. ex parte. extr. eod. & cap. seq. c. tua Cl. l. extr. eod. tit. d. e. dudum. §. cum sacrilegii. extr. eod. e. o. quamvis sit, in fin. extr. eod. f. c. ad hac. eod. tit. extr. g. c. prohibemus. extr. eod. tit. h. c. 2. extra, locati. i. c. de quarta. extra, de præscrip.

Jur. Canon. Tom. II.

a Cap. 2. in princ. eod. tit. in 6. b c. 2. extr. de fidei iuss. c. cap. 1. extr. de felus. d. c. pen. extr. de fidei iuss. e. c. ceterum. extr. de donat. f. c. t. extra de precar.

G g 3

*Precarium solvitur ad beneplacitum concedentis: secus precaria, nisi sit rationabilis. h. d.*

§. 6. Distat autem precarium a precaria quia precarium a tantum conceditur, quoad is, qui concessit, paritur: Precaria vero non sunt pro voluntate concedentium revocandæ, nisi sint irrationabiles: quo casu poterit successor a prædecessore concessam precariam rescindere & revocare.

*Ruina, prædia inculta, & sylvæ extirpata possunt sub annuo censu concedi in emphyteusim & si per biennium in solutione census cessatum fuerit, potest emphyteuta expelli. h. d.*

§. 7. Ruinæ quoque, quas Ecclesia reficere non valet, & inculta prædia, ut extirpata sylvæ, in emphyteusim, sub annuo censu his concedi poterunt, a quibus, vel suo, vel parentum h. suorum labore constitit extirpata, nisi forte possint aliis ad majorem Ecclesiæ utilitatem cum eodem onere conferri. Qui e tamen si per biennium in solutione Canonis cessaverint, nisi celeri satisfactione postmodum sibi consulere studuerint, jure expelli poterunt: nec quicquam eis proderit, quod ut Canonem solverent, sibi nunciatum non fuit, cum hoc casu præfixus dies pro domino interpellet.

*Terrulas incommodas, & minus utiles, item servos fugitivos potest Prælati alienare. h. d.*

§. 8. Terrulas d quoque aut vineolas exiguas, & Ecclesiæ minus utiles, aut longe positas, vel domos, quæ Ecclesiæ plus incommodi quam utilitatis afferunt, si necessitas fuerit, distrahendi potestatem Episcopus habebit. Simili ratione fugitivos servos, & qui de fuga revocati, retineri non possunt, si voluerint, aut illi ex alio meruerint, Episcopis distrahendi potestas erit.

*Feudum a vasallo alienatum, & difficultis recuperationis, potest Episcopus alteri sub conditione recuperandi concedere. h. d.*

§. 9. Sed & in feudum p certis casibus, & jurejurando de non alienando minime obstante, res Ecclesiasticas concedere poterit, veluti si feudum per vasallum alienatum, fuerit, & per Episcopum id facile recuperari non valeat: poterit enim per Episcopum illud alicui concedi, qui & ipsum recuperet, & in feudum ab Ecclesia recognoscat.

*Feudum devolutum potest per Episcopum alteri concedi. hoc dicit.*

§. 10. Quinimo si etiam talis necessitas non imminet, nihilominus alienantis filium, vel consanguineum vel ejusdem feudi consortem poterit Episcopus investire. Idem erit, si per obitum vasalli feudum ad Ecclesiam remeaverit: nam & eo casu investire Prælati alium libere poterit, si Ecclesiæ viderit expedire.

*Qui aliquid contulerunt, vel acquisiverunt Ecclesiis, possunt pro modo collati, vel acquisiti manumittere, dum tamen manumissus cum posteritate & peculio remaneat in patrimonio Ecclesiæ.*

§. 11. Illud etiam Toletano Concilio g distinctum reperitur, quod si Sacerdotes aliquid Ecclesiæ suæ relinquunt, vel nihil habentes, aliqua prædia, vel familias Ecclesiis suis acquirunt, liceat eisdem aliquos juxta collatæ modum rei de familia ejusdem Ecclesiæ committere, ita ut manumissi cum peculio & posteritate sua sub Ecclesiæ remaneant patrocinio. Quod si qui nihil de proprio h Ecclesiæ contulerunt, libertati servos Ecclesiæ donare ausi fuerint, ex eodem Concilio Episcopus successor ad Ecclesiæ jus vocare poterit. Impium est enim, ut qui lucrum de rebus suis Ecclesiæ non contulit, damnum interre valeat.

*Princeps potest rem suam aequalem, vel majorem eam Ecclesiastica permutare: & servi Ecclesiastici, si frugi sint, præterquam ad libertatem, commutari non possunt. h. d.*

§. 12. Sed & Princeps, si causa probabilis id poposcerit, cum re Ecclesiastica & immobili, rem suam majorem, vel æqualem permutare poterit, pragmatica super hoc præcedente forma. Ecclesiastica tamen mancipia quæ frugi fuerint, præterquam ad libertatem, commutari non poterunt.

*Episcopus potest permutare terras duarum Ecclesiarum sue diocesis, illarum accedentes consensus: & de temporalibus ad spiritualia non potest fieri permutatio. h. d.*

§. 12. Episcopus quoque duarum suæ diocesis Ecclesiarum terras, invicem ambarum a partium accedente consensu, permutare poterit, & si alterius partis prædium valore præponderet, ad æqualitatem inducendum ab altera parte pecuniam refundi jubebit c. De temporalibus autem ad spiritualia permutatio jure consistere non potest. c.

*Res Ecclesiastica potest propter prescriptionem legitimam ab Ecclesia abduci, & detrahi. h. d.*

§. 14. Præterea & si quis per tempora sacris Canonibus definita rem Ecclesiasticam iusto titulo & bona fide ita possederit, ut nullo tempore rei conscientiam habeat alienæ, completa prescriptione, res possessa a juribus Ecclesiæ dubio procul intelligitur esse advocata.

*Decima & oblationes præscribi non possunt. h. d.*

§. 15. Proventus tamen primitiarum & decimationum prescriptione tolli non poterunt, etiam si a Romano Pontifice Laicus quilibet super his rescriptum impetraverit.

### TITULUS XXVIII DE PECULIO CLERICORUM, RELICTIS ET SUCCESSIONIBUS EORUM.

*Ecclesiastica reputantur etiam res illæ, quas Sacerdos acquisivit, cum tempore sua promotionis nihil haberet: quod sub pœnis hic contentis curabit, ut de rebus a se emptis ad nomen Ecclesiæ scripturam conficiat. h. d.*

**E**rgo res Ecclesiasticas ab Ecclesiæ juribus abdicare non licet: Ecclesiasticas autem res intelligimus, non modo quas Ecclesiæ rationibus Sacerdos competit ascriptas, sed etiam eas, quas is emerit, cum tempore suæ promotionis nihil haberet. Cum igitur, & hæc tanquam de bonis Ecclesiæ quaestita ejusdem esse intelligantur, ne quando Jus Ecclesiasticum imminuatur, curabit Sacerdos, ut de his, quæ superemerit, & ad ipsius Ecclesiæ nomen scripturam d conficiat, & Ecclesiæ relinquat, alioqui ab ejus ordinatione discedat. Qui vero præterea proprii e, vel alieni nominis fraudem facere voluerit, sacrilegii crimen incurrit.

*Relictum Sacerdoti pro anima, censetur relictum Ecclesiæ: secus est, si quid ei sit relictum sub onere fideicommissi. h. d.*

§. 2. Sed & si non emerit, sed pro anima quispian intuitu Ecclesiæ Sacerdoti reliquerit, adhuc idem statendum erit. Congruit enim, ut quemadmodum Sacerdos habet, quod Ecclesiæ dimissum est, ita & Ecclesiæ id habeat, quod relinquetur Sacerdoti. Si quid tamen per fideicommissum, aut Sacerdoti, aut Ecclesiæ relictum fuerit, alteri postmodum profuturum, id inter Ecclesiasticas facultates computandum non erit.

*Bona quaestita Sacerdotibus intuitu Ecclesiæ, debent remanere apud Ecclesiam, nec de his potest quis restari: & quid consistatur nomine Ecclesiæ. h. d.*

§. 3. Generaliter f igitur bona quælibet ob Ecclesiam acquisita Sacerdotibus, sive mobilia, sive immobilia, post illorum obitum debent apud eandem remanere, nec super his ullum de jure testamentum fieri poterit. Nomine autem Ecclesiæ, ubi Clericorum est collegium, non Episcopus, vel morientis Clerici successor, sed congregatio communis intelligitur, quæ rerum illarum curam, & Canonici-

a C. fin. extr. de prec. b. ad auro. extr. cod. c. c. fin. ext. locat. d. c. servulus. 12. q. 2. e. c. 2. extr. de feud. f. c. fin. ext. de feud. g. c. consensus. extr. cod. h. a. Episcopi. ext. cod. tit.

a C. 1. extr. cod. tit. bc. ad quaestiones. extr. de rer. permut. c. c. fin. de rer. permut. d. c. 2. extr. cod. e. cap. penult. ext. cod. f. c. relictum, vel secundo. ext. de sep.

nonicam debet habere distributionem. Ubi autem in locum defuncti unus tantum substituendus erit, is ea bona, velut & alia, dispensabit.

*Clerici possunt maxima accedente justa causa de bonis Ecclesiasticis facere elemosynam.* h. d.

§. 4. Licet autem Clerici, nec de mobilibus ipsis testamentum conficere possint, consuetudinis tamen est non improbare, ut de his pauperibus & religiosis locis, & his qui viventi servierint, sive sint consanguinei, sive extranei, aliqua juxta servitii meritum conferantur, non testamenti ratione, sed elemosynarum duntaxat intuitu. *a*

*Potest quis tantum legare de Bonis Ecclesiasticis, quantum consulerit Ecclesia.* a. h.

§. 5. Item si tantundem de proprii juris facultate consulerit Ecclesia, quantum de Ecclesiasticis bonis legaverit, legatum sustinebitur.

*Clerici possunt testari de his, quae acquisiverint non intuitu Ecclesia.* h. d.

§. 6. De his vero *b*, quae aut paternae successionis, vel

cognationis intuitu, seu consanguineorum, vel amicorum munere, respectu non habito ad Ecclesiam, ad Clericos pervenerint, libere testari poterunt.

*Clerico ingenuo deficientibus successoribus ab intestato succedit in totum Ecclesia.* h. d.

§. 7. Quod si decesserint intestati, nec aliqui fuerint inventi, qui jure cognationis ipsis succedere valeant, si ingenuis gaudeant natalibus, in integrum tunc Ecclesia succedet, nec cuiquam ex rebus eorum aliquid praesumere licebit.

*Bona servi promissi ad sacros ordines ab intestato decesserit dividantur in quatuor partes, ut hic.*

§. 8. Si vero servus *a* ad sacros ordines promotus, libertatem nactus fuerit, idemque postea decesserit intestatus, nihil olim dominus de bonis ejus vendicare poterit, sed ejus peculium in quatuor partes dividetur, quarum una Episcopo, altera Ecclesiae, testia pauperibus assignabitur, quarta parentibus; & si non sint capaces parentes, Episcopus eam recipiet, & in usum Ecclesiae diligenter distribuet.

*a C. ad hanc. extr. de test. b c. quia nos. extr. de test.*

*a Can. 2. extr. de success. ab intest.*

FINIS LIBRI SECUNDI.



INSTITUTIONUM  
JURIS CANONICI  
LIBER TERTIUS.

TITULUS I.

DE JUDICIIS ET ILLORUM DIVISIONE.

*Quid sit Judicium, & quid causa. hoc dicit.*

**R**ESTAT, ut videamus de judiciis. Potest autem judicium ita describi. Judicium est discussio causae quae rite fit in foro coram Judice: CAUSA vero est origo negotii, & materia judicii.

*Quae sint Judicia Secularia, & quae Ecclesiastica.* h. d.

§. 1. Summa divisio judiciorum haec est; quod aut sunt secularia, aut Ecclesiastica. Judicia secularia sunt, quae coram Judice laico inter personas seculares exercentur. Ecclesiastica vero sunt, quae coram Judice Ecclesiastico inter personas Ecclesiasticas agitantur. Duo enim sunt, quibus principaliter orbis regitur *a*. Auctoritas sacra Pontificum, & Imperialis ac regia potestas. Unde sicut civilium legum non nisi civilis esse debet executor; ita etiam Ecclesiasticarum Ecclesiasticus Judex est administrator.

*Laicus a Laico coram seculari Judice conveniri debet, nisi causa sit spiritualis vel similis; & litera impetrata ad Judicem Ecclesiasticum non tenent.* h. d.

§. 2. Laicus *b* ergo a Laico coram Judice seculari, non autem Ecclesiastico conveniendus erit; quod usque

adeo obtinet, ut etiamsi alteruter litigantium ab Apostolica sede literas ad Ecclesiasticum Judicem impetraverit, irritae sint & inanes. Si tamen causa sit hujusmodi, quae ad Ecclesiasticum forum pertineat, qualis est matrimonii, usurarum, perjurii, & similes, licet inter Laicos disceptatio sit, Judex Ecclesiasticus ad eundem erit. Idem juris est, si vel a seculari Judice Justitia impetrari non potest, vel consuetudo loci, vel miserabilitas personarum Ecclesiasticum Judicem compellendum suadeat.

*Clerici habens privilegium, ne coram Judice laico conveniri valeant, cui non potest ulla poena renunciari. In Judicem tamen Ecclesiasticum non suum possunt consentire, accedente consensu dioecesani.* h. d.

§. 3. Pari *a* ratione tam Milevitanensi, quam Carthaginensi Concilio constitutum est, ne Clerici Clericos relicto suo Pontifice, ad publica judicia, sub poena depositionis & amissionis propriorum jurium pertrahant; cui Beneficio, cum non sit personale, sed collegio Ecclesiastico indultum; passionibus privatorum, aut juramento illicito derogari non potest. In Judicem tamen non suum si in persona sit Ecclesiastica, & Episcopi dioecesani consensus accesserit, Clerici consentire poterunt.

*Auctor*

*a C. follicite. extr. de majoris. & obed. b Can. licet. & seq. extr. de foro compes.*

*a c. si diligenti. extr. de foro compes.*

Ggg 4

*Acto sequi debet forum rei. h. d.*

§. 5. Quod si inter Clericum & Laicum contentio sit ut cognoscamus, utrum Ecclesiasticus, an secularis Judex causam dirimere debeat, dispiciendum erit quis rei contenti partes sustinet. Nam si Clericus, apud Ecclesiasticum forum; si Laicus, apud secularem erit agnanda causa: cum a generale sit, ut actor forum rei sequatur. Cavendam b erit igitur Laico Judici, ne quoquo modo Clericum condemnet: quod si fecerit ab Ecclesia, cui injuriam irrogare nocetur, tam diu sequestrandus erit quousque reatum suum cognoscens, emender.

*Si delinquens captus pretendatur Clericus, utrum ita sit, debet cognoscere Judex Clericus vocato Judice seculari. h. d.*

§. 6. Dubitare tamen contingit, si Judex Laicus e delinquentem captum detinent, & si is se Clericum asserens, ad curiam Ecclesiasticam remitti postulet, vel illum curia ipsa Ecclesiastica tanquam Clericum repetat, si Judex Laicus illum esse Clericum inficiatur, & propterea minime remittendum contendat, quis sit hujus dubitationis legitimus futurus Judex? Et cum de re Ecclesiastica & spirituali sit controversia, ad Judicem Ecclesiasticum hujusmodi cognitio pertinebit. Judex tamen secularis, vel alius, cujus interfit, dum res hujusmodi cognoscitur, vocandus erit.

*Delinquens captus pro Clerico, statim debet restitui Judici Ecclesiastico. h. d.*

§. 7. Sed si notoriam fuerit, vel fama publica extiterit, reum captum talem esse Clericum, qui hujusmodi privilegio gaudere debeat, aut ipse pro Clerico communiter habeatur, statim ante ullam de Clericatu cognitionem Ecclesiasticæ curiæ restituendus erit.

*Talis quis presumitur, in quali habitu reperitur aliquandiu conversatus & captus. h. d.*

§. 8. Idem d dicendum erit, si ante deprehensionem pro Clerico publice se gerens, toturam & clericales vestes deferens deprehensus fuerit: donec enim contrarium non constiterit, talis, qualem eum demonstrat habitus, præsumendus erit.

*Ex actu momentaneo non tollitur præsumptio orta ex actu habente traham temporis. h. d.*

§. 9. Aliud e observandum, si antequam deprehenderetur, publice se pro Laico gererat, & quasi Laicus communiter habeatur: nam quomquam deprehensionis tempore in habitu clericali repertus fuerit, ob præsumptionem, quæ adversus captum ex prædicitis laicali habitu delatione orta est, non antea restituendus erit, quam de Clericali titulo fidem fecerit, interim tamen quivis processus Judicis penitus conqueſcet.

*Secunda Judiciorum divisio, quod quadam sunt ordinaria, & quadam extraordinaria: & quis sit Judex ordinarius. h. d.*

§. 10. Est & alia divisio judiciorum: nam Ecclesiasticorum quadam sunt ordinaria, quadam vero extraordinaria, sive delegata, Judicium ordinarium est, quod coram Judicibus ordinariis exercetur. Ordinarius Judex est, qui suo jure, vel superiori beneficio, universalem jurisdictionem exercere potest, ut Episcopus, Archiepiscopus, Legatus, & similes: Constituitur autem a Rege, vel Principe, Consuetudine, vel Universitate. Igitur eum Episcopus in tota sua diocesi jurisdictionem ordinariam noscatur habere, poterit in quolibet loco suæ diocesis non exempto, per se vel per alium, pro tribunali sedere, & ea quæ ad ipsius spectant officium, libere exercere, & eam opus fuerit, auxilium publicum implorare. f.

a l. an. cum sit. extr. de foro. comp. b conquestus. d. tit. c. si. Judex de sentent. excomm. in 6. d. d. c. si. Judex. §. idem. de sentent. excomm. in 6. e. d. c. si. Judex. §. non sic. de sentent. excomm. in 6. f. l. an. cum sit. extr. de off. ord.

*Quid sit judicium extraordinarium, & quid Judex delegatus. hoc dicit.*

§. 11. Extraordinarium sive delegatum judicium est, quod coram Judice delegato exercetur. Judex delegatus estis, cui ab eo, qui demandare potest, causa committitur.

*Non solum Princeps, sed etiam alii Ordinarii possunt delegare, licet delegatus a Principe sit magis privilegiatus. h. d.*

§. 12. Possunt autem jurisdictionem mandare, non solum Princeps, verum etiam alii ordinarii. Is tamen, cui a Principe mandatur ceteris longe præstat: nam & alteri ex causa subdelegare, nisi illius electa fuerit industria a, remittentque compellere, & propriam sententiam exequi b, & contra ipsum ordinarium procedere potest: quæ in ceteris delegatis non obtinent.

*Delegatus a Principe regulariter non potest quem citare, ut comparas personaliter. h. d.*

§. 13. Non e tamen in civili judicio alterutri parti, ut coram se personaliter compareat, habere poterit: nisi vel mandatum ad hoc speciale receperit, vel nisi pro veritate dicenda, vel pro juramento calumnie exhibendo, vel alia juris necessitate partes coram exigat specialiter præferari.

*Delegatus a Papa non subdelegat, nisi personis hie enumeratis. hoc dicit.*

§. 14. Sed nec omnibus promiscue vices suas demandare poterit d, sed illis duntaxat, quibus auctoritate literarum sedis Apostolicæ, vel Legatorum ejusdem causæ committuntur hoc est, non nisi dignitate præditis, aut personatum obtinentibus, vel Ecclesiarum cathedralium Canonicis.

*Potest una causa etiam pluribus delegari, & si in rescripto non fuerit adjecta cautela: Quod si omnes; non valebit processus, nisi simul procedant: secus si talis cautela fuerit adjecta: quo casu procedere poterunt, si confes aliquos non posse, vel nolle interesse. h. d.*

§. 15. Item mandari potest jurisdictione, tam uni, quam pluribus, certis tamen: sed si pluribus mandata sit, non adjecto eo, Quod si omnes interesse nequiverint, vel nulerint, reliqui exequantur, nisi simul omnes conjunctim processerint, quicquid aliqui fecerint, nullam juris habebit efficaciam. Plane si is, qui interesse non potest, vel Conjudici suo vel alii vices suas commiserit, perinde res accipienda est, atque si omnes simul procedant. Aliud juris est, si illud adjectum sit. Nam nec impeditorum collegarum subdelegatos admittere cogendi erunt, & quod pars illorum fecerit, ratum habendum erit. Hoc tamen ita demum obtinebit, si reliqui procedere volentibus, quosdam vel interesse non posse, vel omnino nolle legitime constiterit: alioqui procedentes nihil agent.

*Si unus ex pluribus delegatis negotium inchoaverit, alii non possunt se intromittere, nisi ex causa. h. d.*

§. 16. Porro uno illorum commissum negotium inchoante, alii ulterius se intromittere non poterunt, nisi aut infirmitate, vel alia iusta causa illam, qui causam tractare inceperit, contingerit impediri, aut idem nollet, vel dolo malo meo procedere recusaret.

*Jurisdictione perpetuata per unum, intelligitur perpetuata quoad omnes.*

§. 17. Jurisdictione e vero per unum vivo mandatore perpetuata, quoad omnes condelegatos Judices perpetuata intelligitur.

*Delegatus debet diligenter servare fines mandati, & cum quid commissum, consentur omnia commissa, per qua pervenitur ad illud. h. d.*

§. 18. Sed si uni, sive pluribus, sive a Principe, sive ab alio mandata fuerit jurisdictione, mandati forma diligenter

a c. fin. §. pen. extr. de off. dilig. b c. significasti. ext. l. tit. c. e. t. de jud. in 6. d. c. statutum. de reser. in 6. a c. cum plur. in fin. de off. deleg. in 6.

gener. custodienda erit: nec aliquid contra quam sibi mandatum fuerit, delegatus tentare audebit. Plane jurisdictionem impeditentes, vel in iudicium venire detrahentes, delegatus a Principe Ecclesiastica districtione, etiam si litera commissionis id non contineant, coercere poterit, vel pro delicti & causa qualitate, secundum arbitrium suum, si certa poena a Canonibus non exprimitur, multare: quia ex eo, quod aliqui causa committitur super omnibus a, quae ad causam ipsam spectare noscuntur, plenam recipit potestatem.

*Rationabiles exceptiones admittit delegatus, nisi verba rescripti sonent in contrarium. h. d.*

§. 19. *Rationabiles b quoque & honestas exceptiones, & a juris aequitate non abhorrentes, licet id expresse mandato non comprehendatur, admittit: nisi, quod nulla debeant exceptiones admitti, literis expressum fuerit.*

*Delegatus habet jurisdictionem etiam in eum, in quem fuit facta alienatio post impetratum rescriptum, licet rescriptum de eo non faciat mentionem. h. d.*

§. 20. *Sed c ethi literas adversus Titium ab Apostolico impetraveris, & is, ut mandatum eludat, antequam litera ad Iudicem datum perveniant, vel etiam postea antequam citetur, de possessione, de qua controversia vertitur, commutationem fecerit, cum qui in possessionem sese ingesserit, poterit delegatus cogere, ut coram se juris pareat aequitati: nec, quod rescriptum contra Titium impetratum fuerit, opponi poterit. Generaliter enim omnis venditio, cessio, & alienatio iudicii mutandi causa facta, utroque jure prohibetur: alias delegata jurisdictione ad personas rescripto non comprehensas, etiam ipsis volentibus, prorogari a non potest.*

*Mandatum Apostolicum ex causa potest executioni mandari, etiam in alio loco ab expresso in mandato. h. d.*

§. 21. *Simili ratione statutum est, ut si is, per quem ab Apostolica sede certo loco inquisitio, vel quid aliud expediti mandatur, ob illius potentiam, vel malitiam, contra rem inquiri, vel procedi mandatur: vel factorum ejus ab loco secunde mandatum executioni mandari nequeat, ad id exequendum locum securum & idoneum eligere valeat, ne quis scilicet ex proprio dolo, vel fraude commodum reportet. Quinimo idem faciet, si alia probabilis causa subit, propter quam in loco decreto perfici commode nequeat, quod mandatur: ne tali praetextu impediti contingat mandatum Apostolicum, vel differri.*

*Delegatio solvitur revocatione jurisdictionis re integra. hoc dicit.*

§. 22. *Solvitur autem delegatio multis modis: puta revocatione, morte, impotentia delegati, executione sententiae, propria pronuntiatione, temporis fluxu, recusatione. Revocatione, cum is f, qui mandavit jurisdictionem, antequam is, cui mandata fuerit, eam cepisset, mandatum revocat: cum eo casu jurisdictione in eum efficaciter transisse non censetur.*

*Mors tum diligentium, quam delegatorum solvitur delegatio: & si unus ex pluribus delegatis moriatur, adhuc solvitur delegatio, nisi aliud expressum sit in rescripto, vel sub nomine dignitatis facta sit delegatio. h. d.*

§. 23. *Mors e extinguunt delegatio, tamen qui mandavit, si re integra decesserit, quam etiam eorum qui delegationem susceperunt: quod quidem adeo obtinet, ut si pluribus Iudicibus datus unus rebus eximatur humanis, delegatio etiam quoad superstitis expiret: nisi aliud in delegatione comprehensum fuerit, aut sub dignitatis nomine non proprio facta fuerit.*

*Mors & absentia aequiparantur re non integra. h. d.*

§. 24. *Quaeritum est, si ab Apostolica sede datus Iudex quoties eum abesse a contigerit, vices tibi suas committit, an si is rebus eximatur humanis, commissum tibi negotium libere valeas diffinire? & cum tunc quoque censetur abesse, rescriptum est, si illo vivente iudicet, donec uti coeperis, posse te non secus, ac si is viveret, & abesset, in negotio procedere. Idem juris est, si tibi vices sub ea forma committat, donec eas revocandas duxerit.*

*Delegatio perimitur impedimento delegati, tam juris quam facti. h. d.*

§. 25. *Sed etiam delegatus mortuus quidem non fuerit, ita tamen impediatur, ut omnino delegationis negotio interesse non possit, extinguatur delegatio. Impedimentum autem intelligitur, tam juris, quam facti. Juris, ut b si infamis factus, aut alio legitimo impedimento detentus fuerit. Facti, ut si inevitabili necessitatis articulo, puta infirmitate, praepediatur.*

*Jurisdictione delegati a Principe expirat per executionem sententiae. h. d.*

§. 26. *Idem juris est, si delegatus a Principe per se, vel per alium sententiam executioni mandavit, vel mandari praecipit. Tunc enim ejus jurisdictione cessat, quia semel est officio suo functus.*

*Si Iudex delegatus pronunciat se Iudicem incompetentem, expirat jurisdictione. h. d.*

§. 27. *Item c si Iudex delegatus interloquendo pronunciat se super aliqua causa procedere non debere, usque adeo jurisdictionem amittit, ut etiam ex litigatorum consensu illam reassumere non possit.*

*Si in rescripto tempus apponatur, transacto termino expirat jurisdictione. h. d.*

§. 28. *Sed d & cum causa intra certum terminum decidenda committitur, termino transacto mandatum expirat, nisi tempus communi partium consensu prorogatum fuerit. Terminus autem tunc incipit currere, cum Iudex literas recepisse contigerit.*

*Potest quis conveniri vigore literarum posteriorum, etiam non facientium mentionem anteriorum, quas adversarius impetraverit, sed per annum non suis usus. h. d.*

§. 29. *Non ab simili ratione constitutum est e, ut b quis Apostolicas literas impetrans infra annum, postquam Iudicem copiam habuerit, dolo, vel negligentia eis uti distulerit, auctoritate posteriorum literarum, quam postea forsitan ejus adversarius impetraverit, conveniri valeat, licet in posterioribus nulla mentio de prioribus habeatur.*

*Recusatione extinguuntur delegatio, cum Iudex datus suspectus postulari & pronuntiarum. h. d.*

§. 30. *Recusatione quoque extinguuntur delegatio: quod eo casu accidit, quo Iudex datus altero litigatorum petente, ob probabilem aliquam suspicionis causam ab Iudicio removendus pronuntiarum: ut puta f, si Iudex datus dicatur dominus litigantium, aut consanguineus, aut advocatus, aut cum altero immodicam contraxisse familiaritatem, aut ab eodem in alia causa partem appellasse, aut nondum Iudicem ad legitimam aetatem pervenisse.*

*Qualiter cognoscatur & expediatur causa suspicionis. hoc dicit.*

§. 31. *Recusationis autem causa varie cognoscitur: g: nam si contra unum ex duobus ab Apostolica sede delegatis suspicionis causa proponatur, siquidem illa clausula apposita sit, Quod si ambo interesse non possunt, alter in causa procedat: eorum non recusato con iudice expedienda erit. Ubi vero non est dicta clausula in rescripto, debet super hoc ad arbitros recursus haberi, prout Gregoriana*

a Can. praeterea. in fin. extr. dict. tit. b can. ex parte Cl. 2. extr. de offic. deleg. c can. 1. et 2. extr. de alien. jud. mut. d c. potra. in fin. extr. de offic. del. e can. statuitur. de offic. del. in c. f can. quamvis. de offic. del. in 6.

a C. si delegatus. de off. del. in 6. b c. significatus. extr. de rescript. c c. significantibus. extr. de off. deleg. d c. de causis. extr. de off. deleg. e can. si auserit. & c. plerumque. extr. de rescript. f c. causam qua. & can. insinuante. extr. de off. deleg. g c. si contra. de offic. deleg. in 6.

niana constitutione latius continetur. Cum autem delegatus Episcopi recufatur, recufationis causa coram Episcopo probanda erit, licet coram ipso, qui recufatur, sit alleganda.

*Judicium summarium est, in quo subtili ordinis iudicariis observatione pratermissa proceditur. Ordinarium & solenne est, in quo series iudicaria tela observatur. h. d.*

§. 32. Rursus iudicium tertio-divisio hæc est, quod quadam sunt summaria, quadam ordinaria & solennia. Summaria sunt, in quibus subtili & solenni ordinis iudicariis observatione pratermissa proceditur: ut sunt a cause electionum, provisionum, matrimonii, usurarum & similes, in quibus nec solennis libelli portectio, nec litis contestatio est necessaria, sed simpliciter de plano sine strepitu ac figura judiciali proceditur. Itaque de his Iudex, etiam tempore feriarum ob hominum necessitates indultarum cognosceret, & litem, dilaciones amputando, exceptiones, & appellaciones dilatorias & frustratorias repellens, quanto poterit, faciet breviorum, prout hæc duobus Clementis Iulianissimis Constitutionibus latius continentur. Iudicium ordinarium & solenne est, in quo exquisito & solenni juris ordine servato proceditur: ut puta, libellum porrigendo, litem contestando, & alia faciendo, de quibus infra latius visuri sumus.

## TITULUS II. DE PROCURATORIBUS.

*Judicia exercemus per nosmetipsos, & per procuratores, vel syndicos: & quot procuratorum species. h. d.*

**E**xpositis generibus iudiciorum, consequens nunc est, ut videamus, per quas Personas illa exerceri possunt. Exeremus igitur iudicia non solum per nosmetipsos, verum etiam per procuratores nostros, aut syndicos. Procurator est, qui aliena negotia mandato domini, vel quasi domini administrat. Syndicus b est universitatis defensor, & procurator. Porro procuratorum duæ sunt species: alii enim dantur ad iudicia, alii ad negotia extra iudicium explicanda.

*Procurator constitui potest paterfamilias, & filius familiaris: et ad negotia potest procurator constitui, qui natus est annos XVII. ad iudicium solum natus viginti quinque hoc dicit.*

§. 2. Potest autem ad iudicia non solum paterfamilias, verum etiam filiusfamilias e nullo intercedente patris consensu, fieri procurator, si legitimam ætatem compleverit. Licet enim qui post XVII. annum procurator ad negotia licite constituitur, ad iudicia tamen, nisi major XXV. annis fuerit, constitui non poterit.

*Natus annos XIV. potest esse in iudicio super causis spiritualibus per se, et per procuratorem, non obstante patria potestate. h. d.*

§. 3. Aliud d tamen juris est in principali: nam si is ad quartum decimum ætatis annum pervenerit, in causis beneficialibus, & aliis spiritualibus, necnon ab iisdem dependentibus, ad agendum, defendendumque per se, vel procuratorem, perinde admittendus erit, atque si vigesimum quintum ætatis annum natus esset, nec e ulla patriæ potestatis, vel voluntatis erit habenda ratio: quanquam alias regulariter filiusfamilias sine patris assensu in iudicio esse non possit.

*Quomodo sit agendum, si minor quatuordecim annis in causis spiritualibus in iudicio esse velit. h. d.*

§. 4. Quod si quartum decimum annum natus non fuerit, in huiusmodi causis, nec agere, nec defendere per

se poterit, sed vel per Episcopum, vel ejusdem officialem ad has lites curator sibi dandus erit: vel si major infante fuerit, cum auctoritate aletius eorundem procuratorem constituere poterit.

*Delegatus sedis Apostolicae in causis quæ aguntur coram se pro minori quatuordecim annorum potest eidem curatorem dare, vel auctoritatem constituendi procuratorem. Et omnis qui non prohibetur, potest esse procurator. h. d.*

§. 5. Quia etiam a Apostolica sedis delegatus, & ab eadem subdelegatus ad eas duntaxat causas, quæ coram ipsis ventilandæ fuerint, vel curatorem dare, vel procuratoris constituendi auctoritatem præstare poterunt. Constitui autem poterit non solum Clericus, verum etiam Laicus. Regulariter æ enim omnis, qui non prohibetur, ad procuratoris officium idoneus habetur.

*Si duo dati sint procuratores in solidum, occupantis erit melior conditio, nisi in mandato sit comprehensum contrarium: quo casu solum altero non valente, vel nolente prosequi, poterit inchoatum negotium suscipere, nisi is, qui non prosequitur, alium substituerit. Si non sint dati in solidum, unus sine alio procedere non poterit. h. d.*

§. 6. Et tam unus, quam plures possunt in una causa constitui procuratores. Si tamen e duosimul, non addito quod in solidum sint procuratores, constituentur, unus sine alio non admitteat: secus, si sint in solidum constituti: tunc enim illius melior erit conditio, qui per litis contestationem negotium prius occupaverit. Et dominus litis factus alterum excludet, nisi constitutus dixerit, quod occupantis conditio melior esse non deberet. Tunc enim si eum, qui occupavit, aut legitime impediri contingat, aut prosequi forte nolit, poterit alter negotium ab alio inchoatum suscipere ac perficere, dum tamen ab alio alius non fuerit substitutus.

*Procurator constitutus etiam ad ea, quæ speciale mandatum exigunt, non potest explicare ea, quæ exigunt mandatum speciale, nisi in procuratorio sit facta expressio aliquorum articulorum speciale mandatum exigentium: quo casu etiam non expressis articulis poterit exequi procurator. h. d.*

§. 7. Sed five unus sit procurator, five plures, fines mandati diligenter custodiendi erunt, usque adeo ut si generaliter d quis ad omnia, etiam speciale mandatum exigentia constitutus procurator fuerit, ex vi generalitatis huiusmodi ad aliquem articulum, in quo mandatum speciale exigitur, admitti non debeat, nisi clausulam generalem quorundam articulorum speciale mandatum exigentium subsequatur expressio, puta transactionis, & iurandum deferendi. Tunc enim non expressos casus mandatum complectetur.

*Mandatum non complectitur majora, quam sint in procuratorio expressa h. d.*

§. 8. Crimina tamen, vel defectus in personam electi, five ejus, cujus favore, vel faciendæ, vel jam facta est provisio non huiusmodi generalitatis, vel expressio obtentu, opponendi facultas competit, nisi super hoc aliud in mandatis habeat. Nam huiusmodi generale mandatum graviora, vel majora, quam in ipso procuratorio sint expressa, non complectitur.

*Procuratori ad negotia liberum est quando ungu substituire. Procuratori vero ad iudicium substituitur solum in casibus hic expressis. h. d.*

§. 9. Sed & illud non est omittendum, quod licet procuratori ad negotia liberum sit alium quandocunque constituere, iudicariis tamen e minime id concedi, nisi aut lis fuerit contestata, vel in rem suam datus sit, vel a domino substituitur fuerit concessa potestas: quo casu etiam non expressam personam poterit in procuratorem eligere.

Rigu

a Clem. 2. de iud. et Clem. supr. de verb. signif. b extr. de syndico. c can. qui generaliter. §. 1. et seq. eod. tit. in 6. d can. fin. de iud. in 6. e con. fin. §. in huiusmodi de iudic. in 6. f can. fin. §. si vero de iudic. in 6.

a C. fin. §. delegatus. de iud. in 6. b can. 1. eo d. tit. in 6. c. §. duo. eod. tit. in 6. d c. qui ad agendum. eod. tit. in 6. e Clem. 2. rod. tit. f can. 1. §. fin. eod. tit. in 6. g d. can. 1. §. licet. d. tit. in 6.

*Regulariter in causis criminalibus non potest intervenire procurator. h. d.*

§. 10. Non tamen in omni iudicio procurator intervenire potest. In criminalibus a enim causis neque accusator, neque accusatus, nisi per se ipsos impetere, vel defendere permittuntur, nisi b vel ad illustri propulsanda sit injuria, aut rei contumacia sit excusanda, vel contra accusatorem sit excipiendum, aut de levi criminetur tractetur, aut si de gravi agendum sit, civiliter agatur.

*Clerici & Monachi non possunt esse procuratores nisi propria Ecclesia, urgente necessitate & Superioris jussu. h. d.*

§. 11. Sed nec omnes ad procuratoris officium temere admitti debent. Ideoque Episcopus & universi Sacerdotes, cum ad solam Dei laudem, & piorumque operum rationem sunt constituti, ab hujusmodi ministerio excludendi erunt. Idem quoque obtinet in Monachi: nam & illos, cum solitariam vitam degere profiteantur, a forensi strepitu, ac litigiis summoveri convenit. Plane monasterii exigente utilitate d, vel necessitate, & Abbatibus accedente imperio, ad procuratoris officium accedere minime prohibentur.

*Clerici regulariter coram secularibus Iudiciis postulare non possunt. h. d.*

§. 12. Postulandi sunt quoque officium Clericis, qui stipendii sustentantur Ecclesiasticis, coram seculari Iudice in secularibus negotiis interdicitur, nisi propriam causam, vel Ecclesiam suam prosecuti fuerint, vel si nisi urgente necessitate pro conjunctis, aut miserabilibus personis postulare velint.

*Excommunicati nec proprio nomine, nec alieno possunt esse in iudicio, nisi ad defensionem. h. d.*

§. 13. Hi vero, qui excommunicationis vinculo innodati sunt b, non solum procuratoris nomine in iudicio interesse non possunt, verum etiam nec proprio: actore tamen impugnatore, excommunicato reo legitimæ defensionis copia non est adimenda.

*Procurator universitatis, in qua sunt excommunicati, non potest a iudicio repelli, nisi tribus casibus. h. d.*

§. 14. Sed helle dubitari contingit, an universitatis, alterius procurator ex eo repelli debeat, quod majores & jurati per quos eadem universitas regitur, tempore, quo injunctum fuit procuratoris officium, erant excommunicationis sententia innodati, quasi & ille repelli debeat, cujus non recipiantur auctores? Et responsum est, hujusmodi procuratorem non repellendum, nisi vel illi ipsi excommunicati in literis procuratoris essent expressi, vel alias eorum auctoritate procuratoris institutio facta fuisset, aut ipsa universitas excommunicationis conscientia simul cum eis eundem procuratorem constituisset.

*Procurator revocari potest expresse, & tacite, puta, si dominus per se incipiat causam tractare. h. d.*

§. 15. Tandem autem datur quis procurator, quamdiu is, qui eum constituit, revocet, vel expresse, sive etiam tacite. Unde h si tu Titium simpliciter procuratorem constitueris, isque in iudicio procuratoris nomine esse coeperit, deinde tu, sive ante litem contestatam, sive post, ad causam ipsam venias, non ut ipsi assistas, sed ut causam eandem tractes, tractando causam Titium procuratorem revocare censeris: nisi quod non animo revocandi facias, vel expresse professus fueris, vel ex aliquibus appareat conjecturis.

*Actus procedens subsequens limitat & interpretatur. h. d.*

§. 16. Sed si eundem Titium sub ea forma i quoties te abesse contigerit, procuratorem constitueris, & post-

a C. in crimina. 5. q. 3. gl. 1. in c. veniens extr. de accus. b c. absens. §. vis. 3. q. 9. c. Extr. ne Cler. vel Monach. d. can. Monach. 26. quest. 1. c. Clem. 3. cod. sic. f. can. 1. extr. de postul. G. c. fin. extr. de peful. h. c. intelleximus. extr. de jud. 1. c. fin. cod. sic. extr. k. c. si quem. §. secus. cod. sic. in 6. l. si quem. in princ. cod. sic. in 6.

modum per te ipsam causam tractes, non propterea tamen procuratorem revocare videris. Quintimo Titius, quandoque abesse te contigerit, procuratoris assumet officium.

*Procurator si substituit, non potest substitutum revocare, nisi & revocandi habeat potestatem. Et procurator qui substituit in causa, non prohibetur in aliis se in remittere. h. d.*

§. 17. Hæc autem de revocatione domini sunt intelligenda. Nam si a procuratore tuo a alius procurator legitime substituitur, post mandatum susceptum, etiam si eo substitutus usus non fuerit, ab illo revocari, nisi etiam potestas revocandi fuerit eidem concessa, non potest. Sed si, cum ad plures, vel ad omnes causas Titium generaliter procuratorem constitueris, is in una vel in altera substituerit, in reliquis procuratoris officium exercere minime prohibetur.

*Acta cum procuratore revocato, donec ignoretur revocatio, tenent. h. d.*

§. 18. Ad hæc etiam admonendi sunt fumus, quod si ignorante Iudice, vel adversario b post contestatam litem mandatum revocatum fuerit, ratum esse debet iudicium, in quo quis post ignoratam revocationem quasi procurator versatus fuerit.

*Matrimonium contractum per procuratorem revocatum non tenet, licet revocatio non venerit ad notitiam partium. hoc dicit.*

§. 19. Non sic tamen in matrimonio statuitur c: nam si procurator ad contrahendum specialiter constitutus, antequam contrahat, a domino revocatus fuerit, contractum postmodum matrimonium, licet tam procurator, quam ea, cum qua contraxit, revocationem hujusmodi penitus ignoraverint, nullius momenti penitus existit: cum illius consensus defecerit, sine quo firmitatem habere non potuit.

*Acta Iudicis post revocationem procuratoris non ignorantur, non tenent. h. d.*

§. 20. Quod si scientibus Iudice d & parte mandatum revocatum fuit, & nihilominus est in iudicio processum per procuratorem revocatum, tam acta, quam ipsa sententia nullam afferret domino præjudicium: cum falsi procuratoris exceptio e non solum ante sententiam, verum etiam postea possit objici: qua probata iudicium prorsus nullum redditur.

*Refusatio mandati non impedit resutantem acceptare, si mandata perduret in voluntate mandandi. h. d.*

§. 21. Non si idem juris statuetur in eo, qui absens procurator constitutus præsentatum sibi mandatum suscipere nolle dixerit. Is enim refutatione hujusmodi nequamquam obstante, quamdiu constituens in eadem voluntate persistit ad libitum mandatum acceptare poterit.

*Receptio instrumenti, & causio domini operantur, quod procurator non possit renunciare mandato, sed teneatur defendere. h. d.*

§. 22. At si literis, vel instrumento, quibus te aliquis in causis suis procuratorem constituit, pro te debito modo cavit, simpliciter nulla facta protestatione, a te scienter receptis, non potes postea reculare illius defensionem: imo cogi poteris illum defendere in omnibus causis, & negotiis, ad quæ prædicta instrumenta, seu literæ se extendant: cum per hoc ad omnia tuam præstitisse videaris assensum.

*Morte constituentis expirat mandatum, interdum etiam re non integra. h. d.*

§. 23. Morte quoque constituentis definit quis esse procurator, quod interdum obicit etiam re non integra. Nam b si Prælati, vel Rector te pro beneficio suo, vel Ecclesia procuratorem constituat, & tu vivente illo

a C. is qui. de procur. in 6. b c. mandato. extr. cod. sic. c. c. fin. §. de procur. in 6. d. c. infirmatione. & seq. extr. cod. sic. e. c. in nostra. extr. de procur. in 6. f. c. licet in. cod. sic. in 6. g. Clem. 3. cod. sic. h. Clem. fin. cod. sic.



in eo licet contestatus fueris, aut negotium aliter attingeris, post mortem tamen illius, etiam quoad cœpta, procurator esse definis.

### TITULUS III. DE PACTIS ET TRANSACTIONIBUS.

*Metu judiciorum interdum devenitur ad pacta, ad transactiones & ad compromissa. h. d.*

**C**onsequens nunc est, ut videamus de serie, & actis ipsorum judiciorum. Sed quia interdum accidit, ut judiciorum metu litigaturi ad pacta & transactiones veniant, aut ad arbitros declinent, ideo prius paucis de his dispiciamus.

*Pacta sunt servanda, & per ea etiam indultis Apostolicis derogari potest. h. d.*

§. 2. Et quidem pacta inter quoscunque, quacunque de re inita, regulariter suam habere debent firmitatem; neque enim quisquam, ut divinum monet oraculum, ea quæ de labiis suis procedunt, irrita facere debet. Quod quidem usque adeo obtinet, ut Apostolicis etiam indultis pactum deroget. Inde a cum monasterio ab Apostolica sede libera sepultura concessa esset, pactumque esset cum Rectore parochialis Ecclesie, ne parochiani ipsius ad sepulturam reciperentur, responsum est, in dicto monasterio sepeliri eligentes, obstanti conventionem, voti fieri non posse compotes.

*Pactum, per quod filia dotata renunciat hereditati paterna, juramento vallatum, tenet. h. d.*

§. 3. Eodem etiam spectat b, quod pactum a filia, dum nupti traditur, cum patre factum, ut dote contenta, ad bona paterna nullum habeat regressum, si juramento vallatum sit, licet lege civili improbetur, servari debeat: cum tale pactum non vergat in æternæ salutis dampnum.

*Pactum quod tendit ad periculum anime, non ligat. h. d.*

§. 4. Quod si servatum in animâ tendat detrimentum e, quia forte sit pactum de re turpi, veluti quod post mortem Titii Clerici Sejus in beneficio succedat: vel aliter de jure, vel de facto sit impossibile, nullam inducet obligationem.

*Transactiones, quæ non sunt juri contraria, servari debent, & partium juribus derogant. h. d.*

§. 5. Transactiones d quoque similem juris firmitatem obtinent, usque adeo ut juribus omnibus, quæ partibus, aut obtentu præscriptionis, aut privilegii, seu quocunque modo suffragari poterant, vires adimant. Sed & hoc de illis transactionibus intelligere nos oportet, quæ non sunt juri contrariæ. Alioquin si aut super re facta e, & litigiosa, aut in causa matrimonii interpositæ sint, nullum robur obtinent.

### TITULUS IV. DE ARBITRIS.

*Qui sint proprie Arbitri. h. d.*

**A**rbitri s dicuntur proprie, qui nullam potestatem habentes, consensu litigantium in Judices eliguntur, in quos compromittitur, ut eorum sententiæ stentur.

*Tam in Judicem ordinarium, quam delegatum potest compromitti. h. d.*

§. 2. Sed etsi qui legitimam in partes potestatem habeant, ab eisdem tamen in arbitros eligi poterunt. Quod non solum de eis intelligendum est g, qui ordinariam exercent jurisdictionem, verum etiam de his, qui delegatam tantum obtinent.

*Penit personas, in quas non potest compromitti. h. d.*

§. 3. Sed neque servi a, nec qui servis similes sunt, Monachi & Regulares, arbitrium in se recipere possunt. Ad hos enim quiet, oratio, & manuum labor, non autem causarum spectat cognitio. Hæretici quoque, apostatæ, schismatici, infideles, & excommunicationis vinculo ob delictum proprium innodati, Arbitrorum in se officium assumere non poterunt.

*In Laicum de spirituali non potest compromitti, nisi sit Clerico adjunctus, vel in eum sit compromissum auctoritate Apostolica. h. d.*

§. 4. sed nec in cum, cujus licet ex delicto aliquo non sit læsa existimatio, Laicus b tamen est, de re spirituali compromissum fieri potest. Si tamen e is, aut Clerico sit adjunctus, aut Apostolica auctoritate compromissum susceperit, Arbitri partes exequi minime prohibebitur.

*In feminas non potest compromitti, nisi id permittat regionis consuetudo, & ordinis. Qui non prohibetur potest recipere compromissum. h. d.*

§. 5. Femina d quoque, licet illæ summæ opinionis existant, ab omni judiciali examine usque adeo sunt separandæ, ut ex illarum sententiis ulla pœna adversus illius contemptores, nullaque pacti exceptio oriatur, nisi regionis probata consuetudo talium munerum participes illas redderet. Ceteri vero, quos neque factorum Canonum, nec secularium legum statuta specialiter arcent, omnes ad tractanda arbitria admittendi erunt.

*Reperiuntur quidam, qui non possunt compromittere. h. d.*

§. 6. Sicuti autem ii, quos supra recensuimus, arbitria exercere prohibentur, ita etiam illorum quidam compromittere non permittuntur, qui tam ex libris Pontificii, quam Cæsarei juris commodius cognosci poterunt.

*Penit causas, super quibus non potest compromitti. Ex quod super matrimonio spirituali potest compromitti, secus super carnali. h. d.*

§. 7. Pleraque etiam causæ arbitrorum notionem effugiunt: nam e liberales, matrimoniorum, filiationum, monachationum, conversionum, in integrum restitutionum: item f criminales, & quæ majores Judices exigunt, per arbitros cognosci non possunt. Quod autem diximus, de matrimoniis compromitti non posse, de carnalibus intelligendum est: nam quod de spirituali matrimonio compromitti possit, secundum ea, quæ supra diximus, nulla est dubitatio.

*Arbitri super pluribus, si super uno tantum pronunciant, non expirat compromissum, nisi habuerit a partibus facultatem ita pronuncianti. h. d.*

§. 8. Finiuntur autem arbitria pluribus modis: utputa, sententiæ prolatione, & temporis lapsu. Sententiæ prolatione finiuntur arbitria, cum de omnibus, de quibus compromissum fuerit, arbitri pronunciant. Nam si de quibusdam tantum sententiam tulerit, nisi talem pronuncianti potestatem a partibus habuerit, compromissum non expirat.

*Termini lapsu compromissum expirat. h. d.*

§. 9. Lapsu temporis expirat arbitrium, cum terminus compromisso comprehensus re infecta labitur.

*Mors tam arbitrorum, quam compromittentium expirat compromissum, nisi specialiter sit dictum de heredibus compromittentium. h. d.*

§. 10. Mortis g quoque interventus compromissa irritantur, tam arbitrorum, quam etiam litigatorum. Compromissum h enim in compromittentis hæredes non extenditur, nisi de his quoque specialiter caveatur. Sunt & alii modi, quibus compromissa finiuntur: quos tamen,

a S. 2. de pact. in 6. b c. 2. de pact. in 6. c c. fin. extr. de pact. d c. 1. extr. de trans. e c. constitutus. & c. fin. extr. de transact. f cap. a Judicibus. §. arbitrariorum. 2. q. 6. g can. cum olim. extr. ord. gl. pen. can. a Judicibus. 2. q. 6.

a Can. 2. §. servi. 7. q. 8. b c. consingis. extr. eod. c c. pen. in fin. extr. eod. d c. dilecti filii. extr. eod. e c. pen. in fin. extr. de rest. in integr. f d. c. pen. in initio. g c. pen. extr. de offic. del. c. ex parte. in fin. extr. eod. h c. fin. extr. eod.

men, ut coeptum iudicarii ordinis propositum festinemus, ex aliis juris libris cognoscendos reliquimus.

**TITULUS V.  
DE IN JUS VOCANDO.**

*Judex debet habere notarium, vel duos viros idoneos, qui scribant acta iudicii.* h. d.

**E**rgo si partes neque pactionibus, neque transactionibus, neque compromissis concordis reddi poterunt, ad Judicem deveniendum erit. Illud autem imprimis prospicere Judicem oportebit, ne scilicet debite solemnitates in iudicio praetermittantur: adhibebiturque a publicam personam, aut duos viros idoneos, qui universa acta iudicii conscribant, ut Innocentiana constitutione, in generali Concilio edita, latius continetur.

*Initium iudiciorum est citatio, sine qua omnes actus regulariter sunt nulli.* h. d.

§. 2. Omnium iudiciorum instituendorum principium, & fundamentum sunt citationes, sine quibus omnia, quae adversas absentes in omni negotio, aut loco aguntur, viribus carent. Nam neque naturalis, neque civilis ratio quoequam indefensum iudicari permittit. Quicumque igitur cum altero iudicio contendere voluerit, ante omnia curare debet, adversarium ita moneri, ut se fecerit coram iudice exhibere teneatur.

*Ex quatuor capitibus elusoria redditur citatio: & citatus a non suo iudice non tenetur comparere.* h. d.

§. 3. Fit tamen interdum pluribus modis, ut quis vocationi de se factae parere non compellatur, ut puta ex personae qualitate, loci conditione, temporis ratione, & forma citationis. Personae qualitas inefficacem reddit citationem tam jus dicentis, quam etiam in jus vocati. Nam si te is in jus vocet, quem tibi iudicem non esse competentem manifestum sit, dubio procul ad comparandum vocatio talis te minime coartabit.

*Qui legitime citatus mutavit iudicem, non propterea potest declinare iudicem, cum sit praeventus.* h. d.

§. 4. Si tamen ad contigerit eum, qui legitime citatus fuerit, alterius postmodum fieri jurisdictionis, quasi praeventus, jus revocandi forum non habebit.

*Citatus ad instantiam spoliatoris non tenetur comparere.* h. d.

§. 5. Idem juris est, si iudex quidem non sit, ex eo tamen te mandet vocari, ut in iudicio cum spoliatore tuo stare compellaris: nec enim antea comparere cogis, quam ad omnia Canonice restitutus fueris. f

*Ex qualitate loci citatio non ardeat ad comparandum.* h. d.

§. 6. Locus quoque, ad quem vocatus fueris, tunc invalidam reddit citationem, cum aut incertus est, aut citantis non subest jurisdictioni. Idem etiam dici poterit, si citandus extra iudicis territorium moram trahere compariatur. Tunc enim jus dicenti impune non pateretur. Quemadmodum & si locus citationi designatus pestilens sit, aut alias pro citato male ruitus. h

*Diebus feriatis in honorem Dei etiam ex consensu partium non potest procedi. Et angustia temporis ad comparandum dati, vitiat citationem.* h. d.

§. 7. Sed & si te iudex iusserit adesse, aut inter angusta nimis tempora, aut quae veneranda sint divini cultus gratia, nullas vires habebit talis iussio. Quamvis enim non prorogare, sed expedire debeat quaestiones, usque ad tamen his diebus iudiciorum strepitus debet conquiescere, ut nisi vel necessitas cogat, vel pietas suadeat, consentientibus etiam partibus, processus habitus non teneat.

*Feris indultis hominum causa renunciari potest.* h. d.  
§. 8. Aliud autem obtinet, si ob hominum necessitates feris indultus fuerint: Tunc enim acta cuncta tenent, si de partium processerint voluntate.

*Delegatus debet in citatione inserere tenorem sua commissionis, & designare auditorium: Secus est in ordinario.* h. d.

§. 9. Jam vero multum interest, delegatusne citet, an ordinarius. Ille enim, cum aliena utatur jurisdictione, longe remotos, non nisi literis commissionis sive tenorem continentibus, & intra certa spatia quem vocare poterit. Et cum proprium non habeat auditorium, certum huiusmodi literis locum, ubi se citatus exhibere valeat, designare illum oportebit: cum in ordinario nulla subest huiusmodi necessitas.

*Poenis, quid agendum sit de legato, si iurisdicchio eius expirat in peremptorio.* h. d.

§. 10. Item in delegato quaeri potest, si peremptorie partes is citaverit, & earum altera, die data, sese absentem contumaciter, an saltem circa ultimam diem partem sit in negotio procedendum? & utrum, si duxerit expectandum, sit iterum citandus contumax? Et in hac specie multum interest, daret iurisdictione post peremptorium terminum, an expiret. Primo enim casu, in diem alteram aequitate suadente iudex expectare poterit, nec propterea peremptorio elapso, pars contumax citanda erit, nisi gratiam eidem fecerit benignitas iudicantis: posteriore vero, ne frustra iudicialis instantia evanescat, si partes, cum id noverint, sese iudici non praesentaverint, hora, qua congrue procedi possit ad exequendum, propter quod eis legitime terminum peremptorium assignaverit, ad executionem libere procedere poterit. Discretus tamen iudex in assignatione peremptorii, non debet iurisdictionem suam, nisi necessitas urgeat, adeo coartare.

*Citatus potest legitimo impedimento non comparere: quo tamen cessante debet se iudici praesentare.* h. d.

§. 11. Adhuc, tametsi omnia solemniter peracta fuerint, nec vocatus accedat ad iudicem, quibusdam casibus excusandus erit: ut puta si facto adversarii impeditus, aut ad majus tribunal vocatus, vel vinculis, aut infirmitate detentus, aut aliis d. similibus causis implicatus non accesserit. Debet tamen cessante impedimento, quanto poterit citius, iudici sui copiam facere. e

**TITULUS VI.**

**DE DOLO ET CONTUMACIA, ET IN POSSESSIONEM MISSIONE.**

*Quis dicatur contumax, & quid sit Contumacia, & qui bus poenis puniatur.* h. d.

**E**rgo iudice vocatus, & nulla legitima causa impeditus, si se iudici praesentare neglexerit, adversario accusante, contumaciae crimen incurrit. Est enim Contumacia, erga iudicem vel Praelatum commissiva inobedientia. Haec autem varie iuribus coequetur, nunc enim litis damno, nunc multa, nunc expensarum refectione f, & rei sequestratione, vel Ecclesiastica sententia g inondatione ob contumaciam suam conventus afficitur.

*Affor mittitur in possessionem rerum rei contumacis, & post annum efficitur verus possessor, reservata quaestione super proprietate.* h. d.

§. 5. Illud quoque videtur ordinarium, ut contumax adversario tuo existente, in possessionem earum rerum, de quibus quaestio vertitur, vel h quae alias sunt in patrimonio

a C. quoniam contra. ext. de probat. b gl. pen. c. Ecclesia sancta Maria. ext. de consuet. c. 2. can. pen. 3. q. 2. d. c. pen. extr. de foro compes. e gl. 2. can. pen. 2. q. 2. f c. fin. 5. q. 2. g gl. 2. c. pen. 2. q. 2. h c. ex parte sua. extr. de appellationibus. l. 1. si no. ext. de feriis.

a O. fin. in fin. ext. de feriis. b C. 2. ext. de dilas. gl. 2. c. pen. 3. q. 2. c. consuluit nos. ext. de offic. deleg. d. c. quoniam. §. si autem de carnal. ext. us lise non contest. e c. cum dilecti. extr. de dolo & contumac. f c. cum dilecti. in fin. extr. eod. g c. sine fraternitatis. ext. ut lise non contestata. h c. fin. in alio in. extr. us lise non contestata.

monio rei, pro modo debiti, si personalis instituitur actio, custodia causa inducaris, ut radio affectus reus veniat aliquando responsurus. Quod si adhuc per annum in sua contumacia perseveraverit, iudice decretoe verus possessor efficietur, super proprietate dimittat adversæ parti defensione reservata. Sed si missus in possessionem b fructus dilapidet, sequestrandi erunt, & quod distractum est, in pristinum statum erit revocandum.

Si ob potentiam adversarii contumacis non possit actor possessionem ingredi, vel illam amiserit, nihilominus efficitur verus possessor elapso anno. h. d.

§. 3. Si tamen propter rei potentiam c sive dolum contigerit, ut intra annum rem custodiendam nascisci non possit, vel etiam acquisitam amittas, ne contumax melioris, quam obediens, conditionis existat, de Canonica æquitate sancitum est, ut hoc etiam casu verus, elapso anno, possessor actor constituatur.

i. Si res contumax dederit cautionem de stando juri, nec multandus est, quot adversarium non fueris passus esse in possessione. Et missionem passus resistetur. h. d.

§. 4. Hoc tamen d tunc obtinet, cum reus nullam cautionem præstitit: nam si de stando juri caverit, vel multandus, & missionem passus illico restituendus erit.

Actor anno lapsa non reducatur possessor, si per eum fuerit, quo minus intraverit possessionem. h. d.

§. 5. Idem e juris est, si annus lapsus esse proponatur, per reum tamen non steterit, quo minus ante terminum & possessionem receperit, & cautionem dederit.

Excommunicatus a delegato Principis, etiam delegato mortuo non potest ab ordinario absolvi, vel alio, præterquam in mortis articulo, vel de mandato Papa. h. d.

§. 6. Quæri f contigit, si delegatus, qui reum propter contumaciam manifestam excommunicationis vinculo innotadavit, vel petitorum causa rei servandæ in possessionem induxit, rebus eximatur humanis, an eidem juri parere volenti, & idoneam cautionem offerenti Ordinarius absolutionis beneficium impetiri, & possessionem restituere valeat? Et responsum est, quod cum delegatus, quoad hoc, sit Ordinarius major, excommunicatus ab eo non potest per alium, præterquam in mortis articulo, sine mandato summi Pontificis absolutionis gratiam obtinere, vel possessionem recuperare, nisi alius ei in onere successerit & honore.

Passus missionem, si mortuo delegato præstet infra annum cautionem de parendo juri, etiam post annum recuperabis possessionem. hoc dicit.

§. 7. Sed g ne missus in possessionem verus efficiatur post annum possessor, missionem passus coram Ordinario, vel, si ejus copiam habere nequiverit, coram publicis & honestis viris, ut quasi præscriptionem interrumpat analem, offerre, ac præstare poterit de parendo juri cautionem, ut sic etiam post annum per Apostolicam sedem possessionem recuperare mereatur.

In causis beneficiatibus non habet locum missio in possessionem, sed in locum ejus poterit procedi lite non contestata. h. d.

§. 8. Sed h ista quidem tunc procedent, cum de profanis rebus erit disceptatio: nam qui super dignitate, personatu, vel beneficio Ecclesiastico obtinendis cum aliquo litigat possessore, ob partis adversæ contumaciam in possessionem intendens non erit, ne per hoc ad ea ingressus vitiosus pateat. Licebit tamen Judici hoc casu etiam lite non contestata diligenter examinato negotio, ipsum sine debito terminare, contumaciam absentis divina replente præsentia.

Contra reum contumacem, si de causa liquet, potest ferri sententia etiam in causa profana, lite contestata: contra auctorem vero etiam lite non contestata. h. d.

§. 9. Quod interdum etiam in profanis obtinebit, ut puta a si contestata lite reus contumax fuerit, & de causa liqueat, vel actor ipse contumaciæ crimen incurrat: quo casu etiam lite non contestata instante teo Judex & testes recipere, & sententiam fore debebit.

Si actor non venerit in sermone, ad quem reum citare fecerit, debet reo restituere expensas: & cavere de in posterum comparando: alias non admittitur ad aliam citationem. h. d.

§. 10. Idem b quoque actor, si ad terminum, ad quem adversarium citari fecerit, venire contempserit, volenti reo in expensis propter hoc factis legitime condemnabitur, & ad aliam citationem minime admittendus erit, nisi de fideliter in posterum comparando idoneam cautionem dederit.

Judex debet esse contentus una pena ex pluribus, qua adversus contumacem competunt: & ex crescente contumacia potest etiam ad alias procedere. h. d.

§. 11. Quod autem diximus, juribus varie, contumaciam coerceri, non est ita accipiendum, quasi omnes simul poenas jus dicens infligere contumaci debeat, sed quod variarum poenarum sibi datur optio: unde alterutra, quo magis timeri debeat, Judex a principio contentus erit, ad aliam nihilominus processurus, si hoc meruerit protervitas contumaciæ.

## TITULUS VII.

### DE LIBELLI CONCEPTIONE, ET OBLATIONE.

Actor reo comparante debet clarum Judici libellum offerre: & quid sit Libellus. h. d.

I n primis igitur reo in assignato termino comparante Judici libellum actor offert e, & illum ita clarum & planum, ut ex ejus inspectione deliberare reus valeat, utrum cedere velit, an contendere, atque, ut, si contendendum sit, despicere valeat Judex, quemadmodum a se concipienda sit sententia. Nihil enim aliud est Libellus d, quam brevis scriptura, clarum actoris intentionem continens, & contra adversarium necessario concludens.

Libellorum alii sunt accusatorii, alii conventionales. h. d.

§. 2. Porro libellorum duæ sunt species e: alii enim sunt accusatorii, alii conventionales. Accusatorii sunt f, quibus quis aliquos apud Judicem alicujus criminis reos deferit: de quibus quidem in presenti nobis non est institutus sermo, sed infra suo loco & ordine dicitur. Conventionales sunt g, quibus in civilibus disceptationibus utimur, dum rem nostram, aut quam nobis deberi putamus, in judicio petimus.

Quæ debent continere libellus: & quod ineptus, vel obscurus libellus non obligat ad respondendum: & quod Judex illum potest lacerare. h. d.

§. 3. Exprimet igitur oblitus libellus, non solum agentis, & conventi nomen, sed & jus dicentis, & petitiæ rei h, & actionis qualitatem. Et si personali i expectandum sit actione, petendi quoque causæ exprimentæ erit: alioqui nec conventus respondere tenebitur, & Judex libellum non legitimæ conventionis formam continentem concerpere ac destruire poterit.

Plures dantur casus, in quibus solennis libelli portectio non est necessaria. h. d.

§. 4. Sunt tamen casus, in quibus solennis hæc libelli oblatio minime est necessaria: k: veluti in quibus de plano ac strepitu & figura judicii procedendum erit, & in quibus etiam non contestata lite testes recipi possunt, & alii plures.

a C. 1. extr. de eo qui mis. in poss. b c. 2. extr. de sequest. poss. c. c. conting. i. extr. cod. tit. de. 1. cod. tit. ec. 2. in fin. extr. de eo qui mis. in poss. l. c. pastoralis officii. §. præterea. extr. de off. ord. q. c. pastoralis officii. §. præterea. vers. verumamen. extr. de off. ord. h. c. unic. de eo qui mis. in poss. in 6.

a C. causam que. c. seq. ext. cod. b c. 1. cod. q. in 6. c. inducitur. §. offeratur. 3. q. 3. de. 1. in gl. 1. extr. de lib. obl. c. gl. 1. c. 1. c. 1. extr. cod. tit. c. præscripta sit. §. libel. 8. q. 8. g. d. gl. 1. can. 1. cod. tit. ext. h. c. 2. extr. cod. tit. de. fin. ext. cod. tit. de Cl. sep. de verb. sig.

*Beneficet Judex si rem terminare quæret sine tela judiciaria. h. d.*

§. 5. In his quoque casibus, in quibus libelli est necessaria correctio, probe Judex fecerit, si principales personas, vel in subsidium etiam advocatos factum ipsum proponere jussit, & sine tela judiciaria controversiam terminare tentaverit.

*Oblato libello debent reo dari dilationes ad excipiendum, & ad evitandam obscuritatem una materia est uno loco tractanda. h. d.*

§. 6. Oblato tamen secundum juris ordinem libello, certa reo convento indulgentia sunt inducia a, quibus deliberet, cedendum sibi sit, an contendendum: acceptandum, an recusandus Judex: denique, ut proponat, si quæ as habet, exceptiones. Quæ propterea comparata sunt, ut ii, adversus quos instituantur actiones, defendantur. Harum vero quædam ante litem contestationem opponendæ erunt, quædam vero etiam post contestatam litem. Sed ne, si qui inter has alieni tractatus medi fuerint intercepti, hujusmodi sectio obscuritatem pariat, videamus nunc generaliter de exceptionibus.

### TITULUS VIII. DE EXCEPTIONIBUS, ET REPLICATIONIBUS.

*Quid Exceptio, & quod duplex ejus est species, dilatoria & peremptoria. Et quod dilatoriarum quædam respiciunt Judicem, quædam actorem, quædam reum, quædam causam. h. d.*

**E**xceptio est h actionis vel intentionis exclusio. Exceptio summa divisio in duo genera deducitur: aut enim sunt dilatorie, aut peremptorie. Dilatorie sunt, quæ rem & judicium differunt. Harum quædam Judicis personam respiciunt, quædam agentis, quædam rei conventi, quædam vero actionis & causæ qualitatem. Personam Judicis respiciunt, vel quæ illius incompetentiam arguunt, vel quæ de ipso suspicionem ingerunt, secundum ea, quæ supra suo loco latius exposuimus. Et hæc declinatoria quoque poterunt appellari. Actoris partem illæ spectant, quæ illum non legitimam in judicio standi personam habere demonstrant: quales sunt procuratorie: ut puta, si quis per Monachum, aut Regularem, aut Clericum agere velit. Item si quis tutor, vel curator, vel procurator, vel syndicus compareat, & illum tutorem, vel curatorem, vel procuratorem, vel syndicum esse negetur, vel sua non interesse, vel audiri non debere proteclatur, & si quæ sunt his similes. Ex persona rei deducuntur: veluti si quis ab eo, qui alienam litem defendit, de judicio solvendo cautionem postulet, aut si ab actore se spoliatum esse reus conventus coram iudice queratur, & propterea restitutionis beneficium imploret, vel si actorem ex legitima causa domum revocet. Actionem & causam respiciunt, ut cum proponitur de ineptitudine, aut incertitudine libelli, aut de liti pendencia, aut cum nondum diem solutionis venisse præteritur.

*Declinatoria exceptiones proponi debent ante omnem exceptionem, aliqui amplius opponi non poterunt. h. d.*

§. 2. Hæc vero regulariter omnes ante litem contestationem proponi debent: sed quas declinatorias appellavimus, non modo ante litem contestatam, verum etiam ante omnem dilatoriam exceptionem opponere reum oportebit: alioquin si aliam primo proposuerit, cum per hoc in jurisdictionem ejus, coram quo proposuit, consensisse videatur, ejusdem jurisdictionem seò declinare conabitur.

*Dilatorie exceptiones, non declinatorie, regulariter proponuntur antelitem contestatam, quandoque tamen etiam post. h. d.*

*a Can. inducia. §. offeratur. 3. q. 3. b gl. in vers. irritati. c. dudum. Cl. 2. ex. de elect. gl. fin. c. ex parte. extr. de foro comp. c. gl. 1. c. exceptionum. extr. eod. de except.*

§. 3. Ergo initio liti declinatoriæ opponi debent, & probari: ceteræ post oblatam libellam ante litem contestatam intra terminum a iudice assignatum, quæcumque opponi & probari poterunt. Sed & lite contestata quandoque eas opponere licebit, veluti a si qua nupte reo competens exorta fuerit, vel is, qui eam opponere voluerit, postmodum ad suam notitiam pervenisse jurjurando fidem faciat, vel esset hujusmodi, quæ retroactum processum nullum redderet, ut est ea, quæ vel mandati, vel jurisdictionis defectum arguit.

*Et ex loco, & ex tempore, & ex aliis sensibus ducuntur exceptiones. h. d.*

§. 4. Ducuntur autem hujusmodi exceptiones non solum ex supra positis causis, sed etiam ex loco, ex tempore, & ex aliis pluribus, ut tam Pontificii, quam Cæsarei juris libris facile est legentibus cognoscere.

*Exceptio excommunicationis licet sit dilatoria, tamen potest opponi & ante & post litem contestatam. h. d.*

§. 5. His annumeranda est etiam excommunicationis exceptio, quæ licet & ipsa dilatoria sit, a cæteris tamen dissimilem naturam sortita esse deprehenditur: nec enim post oblatum tantum libellam ante contestatam litem velut ceteræ, sed in qualibet parte liti opponi poterit, peremptorio termino ad proponendum exceptiones declinatorias & dilatorias præfixo minime obstante. Quod est in hac exceptione specialiter observandum, ne quisquam in periculum animæ suæ excommunicatio communicare compellatur: quod si eam reus omiserit, ut alios sumptibus & laboribus fatigetur, in expensis legitimis condemnandus erit.

*In appendenda exceptione excommunicationis servanda est certa forma. h. d.*

§. 6. Sed cum per malitiam hæc exceptio in iudiciis opponeretur frequentius, Innocentiana constitutione consultius cautum est, ut certa in ea proponenda forma servari debeat, uti ex ipsius constitutionis tenore facile apparere potest.

*Exceptio excommunicationis potest actori opponi in prima tantum instantia, non in secunda. Idem de cæteris dilatoris. h. d.*

§. 7. Hæc est autem in prima tantum instantia sibi locum vendicant: quod si succumbens actor appellaverit prætextu excommunicationis oppositæ, a prosecutione appellationis minime excludendis erit: quod & in cæteris dilatoris multo magis locum obtinet.

*Reus excommunicatus licet reconvenire non possit, admittitur tamen ad proponendas suas legitimas defensiones. h. d.*

§. 8. Reus si autem nullo obstante excommunicationis vinculo, velut recte convenitur, ita ad legitimas defensiones semper admittitur. Satis enim absurdum esset, si actore impugnante defensionis copia reo denegaretur: quia sic multoties condemnaretur absolvendus. Reconventionis tamen potestas eidem minime permittitur.

*Superius dicta de excommunicatione, intelliguntur de majori. h. d.*

§. 9. Ceterum quæ supra de excommunicatione diximus, non de quacunque excommunicatione sunt intelligenda, sed de ea tantum, quæ a perceptione sacramentorum, & a fidelium communione separat, ut etiam ipsa Innocentiana constitutio verba demonstrant.

*Peremptoria exceptiones sunt, quæ ius actoris perimunt, & semper agentibus obstant. h. d.*

§. 10. Peremptoria, seu elisorie exceptiones sunt, quæ in totum jus agentis perimunt, & semper agentibus obstant: qualis est, doli mali, metus, pacti conventi, solutionis, jurjurandi, præscriptionis, transactionis, & rei iudicatæ; & si quid contra leges factum esse dicatur.

*Exco-*

*a C. pastorali. in fin. extr. eod. tit. b c. exceptionem excommunicationis. extr. eod. c. Cl. x. eod. tit. d. x. eod. tit. in 6. c. significavit. extr. eod. f. eorum inter. extr. eod. tit. g. c. 1. eod. tit. in 6. h. c. x. de liti contest. in 6. i. can. in fin. 3. q. 6.*

*Exceptiones peremptoriae litis finitae sunt, quae impediunt litem ingressum. h. d.*

§. 11. Harum quaedam dicuntur peremptoriae litis finitae, quaedam simpliciter peremptoriae. Peremptoriae litis finitae sunt, quae litem impediunt ingressum, & adversus agentem omni tempore opponi possunt a: qualis est exceptio transactionis, jurisjurandi, & rei iudicatae, quae vel in ipso limine iudicii proponi poterunt b. Cum enim super negotiis, transactione, iurejurando, & sententia decisiva, alias litem inchoata terminata fuerit, valde absolum visum fuit, super eisdem novum assumi debere iudicium, & quasi in infinitum forensia iurgia pertrahere. Inde quoque litis finitae exceptiones appelliantur, quod, ut aliquis esset finis litium, instituta fuerint. Idem iuris est in aliis etiam peremptoriis exceptionibus, quae vulgo manifestae sunt, & notoriae habentur.

*Exceptiones peremptoriae proponuntur post litem contestatam ante sententiam. h. d.*

§. 12. Caetera vero litem contestationem minime impediunt, atque ante sententiam erunt regulariter proponendae: quas quidem si doto malo suo tempore in prima instantia reus proponere dilulerit, etiam in causa appellationis opponendi sibi facultas denegabitur.

*Prajudiciales exceptiones sunt, quae alteri causae praedictum afferunt, puta exceptio consanguinitatis, causa restitutionis viri, exceptio natalium, petitio hereditatis. h. d.*

§. 13. Sunt etiam quaedam exceptiones, quae praedictae appellari possunt, ex eo quod alteri cognitioni praedictum afferunt: utpote, si qua mulier Titium in virum perat, qui ad mulieris intentionem elidendam consanguinitatis objiciat exceptionem c: qua probata, cum quaestio principalis perimatur, de ipsa est cognoscendum, antequam ad diffinitionis articulum procedatur. Idem d. si petenti hereditatem natalium obiecta sit exceptio. Cum enim successionis causa a causa natalium dependeat posteriore quoque loco cognoscenda erit.

*Spoliatus opponens de spolio in modum exceptionis, non cogitur respondere antequam sit restitutus. h. d.*

§. 14. Sed e & si quaestio spoli in modum exceptionis petentibus obiecta fuerit, probationes super spolio primitus erant audiendae: eoque legitime probato reus non cogitur respondere s. positionibus, donec integre restitutus fuerit.

*Non debet iudex in causa supersedere obsequio exceptionis spoli, nisi dicatur factum ab auctore, & hoc in civilibus in criminalibus vero potest etiam obijci de spolio a serio facto, si quis dicatur, vel tota sua substantia, vel majori parte spoliatus: nec agens super rebus Ecclesiasticis potest opponi exceptio spoli rerum privatarum, vel contra. h. d.*

§. 15. Sed quia huiusmodi exceptionem nonnunquam in iudiciis calumniose propositam causas Ecclesiasticas contingebat impedire, & per interpositas appellationes principalis causae cognitionem perimere: consultissime Innocentiana & constitutione decretum fuit, ut in civilibus negotiis spoliationis obiectu ab alio, quam ab auctore factae, iudex in causa principali procedere non postponat. In criminalibus vero etiam si a tertio spoliatus fuerit, dum rament, vel tota sua substantia, vel majori parte ipsius se per violentiam privatum affirmet, obiecta exceptio processum differet, poenis statutis, si eandem intra certa tempora non probaverit obijciens: eo quoque salubriter adiecto h, ut rerum privatarum spoliatio, agenti super Ecclesiasticis, vel ex contrario, non opponatur.

*Accusato excipiente de spolio a serio facto, debet indulgeri tempus, intra quod restitutionem petat, & causam s. potest finiri: quo elapso, non obstanti tali exceptione, accusari poterit. hoc dicit,*

a C. 2. de litem contest. in 6. b c. 2. §. 9. c. C. litteras tuas. ext. de rest. spol. d. c. pena. extr. de ord. cog. e. c. fin. ext. de ord. cog. s. positionibus. melius. g. c. de rest. spol. in 6. h. d. c. 2. §. 9.

§. 16. Inter scholares & olim dubitatum contigit, si spoliatus a tertio contra suum accusatorem de spolio excipiat, an ei tempus indulgeri debeat, infra quod restitutionem imploret. ne forte sic existens omnem accusationem eludat: & id aequitati & iuri satis consonum visum fuit. Unde si infra tempus indultum restitutionem non petierit, & causam, cum posset, ad finem non perduxerit, non obstante exceptione spoli, deinceps accusari poterit.

*Exceptiones contra testes, peremptoriae naturam sapient, ideo ante sententiam proponenda. h. d.*

§. 17. Sunt & aliae exceptiones, quas proprie neque dilatorias, neque peremptorias appellaveris: eiusmodi sunt, quae adversus productos testes opponuntur, utputa b, si quis Maxium examinatum, infamem, excommunicatum, vel alias criminisum effecit. Quae tamen cum ad peremptoriam naturam accedere videantur, ipsae quoque ante sententiam proponendae erunt.

*Posit differentiam, utrum testi obijciatur crimen, de quo nunquam alias fuerit convictus: vel obijciatur crimen, de quo alias quis confessus & convictus fuit. h. d.*

§. 18. Multum tamen interest, an per exceptionem tantum testibus opponatur crimina, de quibus nunquam accusati fuerint: an vero ea, de quibus alias convicti, vel confessi fuerint. Primo enim casu e obiectum criminum probatio antea exhibenda erit, quam causa per sententiam terminetur: & si convicti vel confessi fuerint, ordinaria cessante poena, sufficere, quod a perhibendo testimonio repellantur, praesertim cum obiectum crimen minime causam contingat. Posteriore vero, cum non sit cuiquam contra alios credendum, nisi se prius probaverit innocentem, a ferendo testimonio penitus repellere poterunt.

*Opponens exceptionem, quae adversus opponentem opponi potest, nihil agit, & hoc, si proprio nomine excipiat, secus, si nomine sua Ecclesiae. h. d.*

§. 19. Cavebit autem reus, ne quam contra adversarium suum exceptionem porrigat, cuius ipse nexibus implicetur: cum scire debeat, nullum hanc esse iuris effectum habituram: veluti d. si plura beneficia possidens de eadem pluralitate adversus alium excipiat: vel si perjurium e aut excommunicationem is obijciat, qui pejeravit, vel Ecclesiastica sententia innodatus fuerit. Hoc tamen ita recipiendum est, cum proprio nomine conventus excipit: ceterum si suam defendens Ecclesiam, tales exceptiones opposuerit, audiendus erit, nec quod opponens eisdem sit obnoxius, replicari poterit.

*Qui excipit, non conficitur agentis intentionem, & potest quis plures etiam contrarias exceptiones opponere, & si iudex non admittat, potest appellari, & iudex puniri. h. d.*

§. 20. Postremo sciendum est eum, qui excipit g, non propterea agentis intentionem confiteri illum videri, cum eidem non solum unam, sed etiam plures, quamquam contrarias, proponere liceat: quae si legitime fuerint, & iudex non admiserit, reo quidem per appellationis remedium succurratur, & iudex ipse meritis poenis coercendus erit.

*Adversus exceptiones dantur replicationes. h. d.*

§. 21. Dantur adversus exceptiones replicationes: de quibus multis quare supervacuum esset, cum instituta sint ad similitudinem exceptionum, quae adversus actiones, opponuntur: de quibus si quis plenius velit intelligere, ex his, quae superius diffuse de exceptionibus posuimus, mutuari poterit.

TITU-

a C. 1. §. soles autem, de rest. spol. in 6. b c. presentium. ubi gl. extr. de test. c. 1. extr. eod. tit. d. c. cum Ecclesia. extr. eod. tit. e. gl. in c. presentium. & c. testimonium. extr. de test. f. can. dilecti filii. extr. eod. tit. de exception. g. e. eum venerabilis. extr. eod. a. exceptionem, de regul. iur. in 6.

TITULUS IX.  
DE MUTUIS PETITIONIBUS.

*Si reus conventus nolit, vel non possit excipere, si habeat unde actorem reconveniat, poterit illum reconvenire. h. d.*

**I**gitur oblato ab actore libello, si reus conventus nulla sit exceptio munitus, quæ vel iudicium differat, vel litis ingressum impediat, mutuis petitionibus adversarium suum fatigare poterit, & agentem coram eodem Iudice, antequam litee contestetur, reum constituere. Cujus enim quis a in agendo observat arbitrium, eundem habere contra se Iudicem in eodem negotio dedignari non debet. Proposita ergo actoris intentione, & responsione facta super questionibus rei monitione præmissa, incontinenti actor respondere compellendus erit, ut vicissim postea rationes partium Iudex audiens, concordia vel iudicio utriusque negotium terminet.

*Etiam coram Iudice delegato potest reus actorem reconvenire. h. d.*

§. 2. Nec solum coram Ordinario reconventio talis sibi locum vendicat, verum etiam coram delegato; unde nisi reus literas impetrare maluerit, actorem sibi obnoxium eodem durante iudicio coram datis Iudicibus reconvenire poterit.

*Actoris & rei reconventionis aequalis debet esse conditio in iudicio. h. d.*

§. 3. Utriusque autem, tam actoris, quam rei reconventionis aqua debet esse conditio; unde e cum causa appellatione remota committitur si reus actorem reconvenit, uno eodemque iure circa appellationis remedium uterque defendendus erit.

*Coram arbitris non habet locum reconventio. h. p.*

§. 4. De arbitris dubitari poterit, an coram eis reconventioni locus esse possit? & cum arbitrii iudicare non possunt, nisi de his tantum super quibus in eos compromissum fuit, responsum est, coram eis reconventionem locum habere non posse.

*Reus conventus coram Iudice Laico non potest reconvenire actorem super causa spirituali. h. d.*

§. 5. Interdum etiam accidit, ut nec coram ordinario, nec coram delegato Iudice reo actorem convenire sit potestas, ut puta si coram Iudice Laico conventus, actorem super causa juris patronatus, decimarum, matrimonii, aut alia spirituali reconvenire velit.

*Excommunicatus non potest reconvenire. h. d.*

§. 6. Idem juris est, si conventus excommunicationis vinculo innodatus existat. Huic enim, licet aliquo excipiendi facultas minime sit interdicta, actorem tamen reconvenire non conceditur, ne quod (ut supra diximus) in defensionis remedium sustinetur, ad impugnationis materiam extendatur.

*Super causa criminali non admittitur reconventio: idem in causa depositi. h. d.*

§. 7. Illis quoque, qui coram Iudice criminaliter conventi fuerint, vel super deposito, nisi se prius innocentes probaverint, & depositum restituerint, alios criminandi, vel conveniendi licentia non conceditur.

TITULUS X.  
DE RESTITUTIONE SPO-  
LIATORUM.

*Intentans spolia non potest reconveniri, nisi super causa spolia. h. d.*

**I**s quoque, qui se quibusdam rebus, aut juribus, spoliatus conqueritur, ab adversario suo reconveniri non poterit: nam super spoliatione conventus, adversus restitutionem petentem non est, nisi super questione spolia, audiendus. Restitutionis enim petitio in

hoc privilegiata esse noscitur, ut ipsam intentans, non cogatur ante restitutionem spoliatoribus respondere. Unde a cum quis se de beneficii possessione violenter ejectione apud Iudicem conqueritur, si adversarius eundem non canonice dicat institutum, de violenta prius ejectione, quam de Canonica institutione cognoscendam erit.

*Spoliatus est ante omnia, & quoad omnia, restituendus. hoc dicit.*

§. 2. Sed etsi spoliatus non prius coram Iudice super spolio sibi illato consistat, sed criminali iudicio ab adversario lacessitus spoliatoris causam proponat, ita deum super petitione Iudex procedere poterit, si prius restitui spoliatum sua sententia iusserit: omnes enim leges tam Ecclesiasticæ, quam secularis ante omnia cuncta spoliatis, vel ejectionis redintegranda b, & damna facienda esse præcipiunt: fructus e quoque non tantum a violento possessore percepti, sed etiam qui a veteri possessore percipi verisimiliter potuissent, restituendi erunt: nec restitutionis solum sententia sufficiet, nisi re ipsa omnia Iudicis officio restituantur, ita ut ejectionis, vel spoliatus etiam naturalem possessionem recipiat, cunctaque, quæ sibi oblata fuerint, eodem, unde surrepta fuerunt, revocentur.

*Quæstio spolia per modum reconventionis proposita, non impedit processum super alia causa civiliter institutam. h. d.*

§. 3. Quod si civiliter conventus adversario spolia questionem regerat, cum mutux tunc intelligantur petitiones in idem iudicium deductæ, vicissimque tractatæ, unica simul erunt sententia terminandæ.

*Cum spoliium proponitur in modum exceptionis, nulla fertur restitutionis sententia: sed quamdiu non fuerit reus restitutus, non est cogendus actori respondere. h. d.*

§. 4. Sed hæc quidem obtinent, cum in modo actionis spolia quæstio proponitur: sed si citra litis contestationem de spolio quis excipiendum duxerit, super ipsa quidem exceptione, probationes primitus recipienda erunt: ea tamen legitime probata, nulla restitutionis erit ferenda sententia, sed tamdiu spoliatori super petitionibus suis respondere cogendus non erit d, donec ab ipso restitutus fuerit. Quemadmodum enim, si in modum exceptionis aliquod crimen testi obijciatur e, ut a testimonio repellatur, etsi crimen contra eum civiliter probatum fuerit, sibi poena non infligitur ordinaria, sed ejus duratæ testimonio non creditur: sic spoliatioe in modum exceptionis tantum probata, restitutionis sententia minime ferenda erit.

*Tribus casibus privatus a Iudice dicitur spoliatus, si non servavit juris ordinem, si nulliter prononciavit, si erat Iudex incompetens. h. d.*

§. 5. Spoliatus autem non solum is intelligitur, qui a privato quocunque homine rerum quarundam possessione indebite privatus fuit: sed etiam f ille, quem Iudex ipse juris ordine prætermisso beneficio, vel aliis rebus carere coegit, vel is, qui licet juris quidem ordinem servaverit, spoliatus tamen, & de facto damnatus Iudexerat incompetens: vel, si Iudex sit competens, circa privationem tamen nulliter prononciavit.

*Spoliatus & is intelligitur, qui mandavit spoliari, aut spoliium suo nomine factum ratum habuit, vel spoliatori successit in vitium.*

§. 6. Is quoque spoliatus intelligitur, qui licet ipse non spoliaverit, per alium tamen spoliari mandaverit g, aut spoliium suo patratum nomine ratum habuerit: unde & is restitutioni obligabitur, quemadmodum b & ille, qui rem indebite occupatam, scienter recipiendo spoliatori

a Can. 1. §. c. ius. 3. q. 8. b c. dispendia. de rescr. in 6. c. c. fin. extr. de mus. per. d. c. cum dilectus. extr. de arbit. c. c. cum inser. in fin. extr. de except. f. c. 1. & 2. q. 11.

Jur. Canon. Tom. II.

a c. in liceris tuis. extr. eod. tit. b c. redintegranda. 3. q. 8. c. c. gravis. extr. eod. tit. d. c. fin. extr. de ord. cogn. c. 2. extr. de except. f. c. conquirente. extr. eod. tit. g. Can. notum. ubi gl. 12. q. 1. & c. cum ad secundum. in fin. ubi gl. extr. eod. h. c. sape contingit. extr. eod.

tori succedit in id vitium. Licet enim is non spoliaverit, cum tamen, quoad periculum animæ, non multum intersit, utrum quis iniuste detineat, an alienum inyaserit, contra huiusmodi possessorem spoliato per restitutionis beneficium, non obstante juris civilis rigore, succurritur.

*Renunciatio facta post spoliolum non impedit spoliati restitutionem; secus si ante fuerit renunciatum, & testes super sponsanea renunciatio non sunt admissendi ante restitutionem h. d.*

§. 7. Illud quaesitum est, si post spoliolum Ecclesiæ renunciasset quis dicatur, an ob huiusmodi renunciatioem spoliato sit deneganda restitutio? & cum non sit verisimile, quod sponte proprio iuri renunciaverit, qui renunciat, spoliatus huiusmodi non obstante renunciatioem, restitendus erit. Testes etiam partis alterius de juramento, & renunciatioem sponte facta, non ante admittendi erunt, quam spoliatus plenarie fuerit restitutus. Quod si ante spoliolum Ecclesiam sponte abjurasse reperitur, perpetuum ei super negotio silentium imponendum erit.

*Ponit aliquos casus exceptos ab illa regula, spoliatus ante omnia est restituendus. h. d.*

§. 8. Sunt & alii casus, quibus iure denegabitur spoliatis restitutio, ut puta, cum agenti per modum exceptionis de alia spoliatioem opponitur, aut tam super proprietate, quam super spolio eodem tempore disceptati spoliatus ipse consenserit, aut ante restitutionis postulationem petitoria actione iudicium expertus succubuerit,

*Probatio spolioli, absentia spoliatoris, & lapsus temporis, non operantur restitutionem, si spoliator non absit per contumaciam, vel dolum. h. d.*

§. 9. Idem si spoliatore non per contumaciam, vel per dolum absente, ab Apostolica sede ad Iudices spoliatus literas obtinuerit, ut si eum spoliatum Iudicibus conduxerit, intra certum temporis spatium restituatur, si reus intra praefixum terminum sese Iudici exhibere non possit, quanquam temporis lapsus imminet, & actor sit suam possessionem & dejectionem probare paratus, nihilominus restituendus non erit.

*Si contra agentem de spolio opponatur exceptio, per quam concludatur actorem non possedisse, spoliatus ante omnia non restituatur. h. d.*

§. 10. Sed & si talis opponatur exceptio, qua agentem minime possedisse concludat, tamdiu sustinenda erit restitutio, donec super tali exceptione cognitum fuerit: ut ecce, nec Laici spiritualia possidere, nec Sacerdotes uxores habere possunt. Unde si vel illi beneficii spoliatus, vel hi ab uxoris se desituros coram Iudice conquerantur, & ab adversariis de secularitate, vel de Sacerdotio agentibus opponatur, proculdubio differenda erit restitutio.

*Cum pro spoliatore militat juris praesumptio, spoliatus non est ante omnia restituendus. h. d.*

§. 11. Quinimo & cum sola juris praesumptio pro spoliatore contra spoliatum militat, impedienda erit restitutio, ex quo apparet e, eum, qui (exempli gratia) restitui postulat ad decimas, quas intra alienæ parochiæ limites possedisse asserit, nequaquam restituendum esse, nisi evidenter docuerit, quod earum possessionem legitime assequutus fuerit: quia eas occupasse iniuste verisimiliter praesumitur, cum ex praediis perveniant intra alienam parochiam constitutis, manifestumque sit eas iure communi ad eandem Ecclesiam pertinere, nisi aliud offensum fuerit.

*Hæreticus non restituatur ante omnia; idem si in restitutione timeatur de periculo animæ vel scandalo, quia differtur restitutio. h. d.*

§. 12. Plures præterea sunt casus, quibus spoliatus illico non restituatur: veluti, cum hæresis labe pollutus

deprehenditur, vel facta restitutione animæ periculum immineret, vel scandalum timeri possit: & alii, qui non minus secularibus, quam Pontificis legibus continentur.

*Spoliatus potest suspensio petitorio ante conclusionem in causa, instigare possessorem; secus si sit conclusum; nisi samen aliter Iudici videatur. h. d.*

§. 13. Postremo sciendum est, in spoliantis modum constitutum esse a, si spoliatus proprietatis litem ingressus fuerit, nullam de illata sibi violentia mentionem faciens, antequam renunciatum sit, aut conclusum in proprietatis iudicio, ut idem debeat super possessorio, etiam petitorio suspensio, audiri. Quod si renunciatum fuerit, vel conclusum, ut iam possit causa proprietatis sententia terminari, ne lites litibus inculcentur, & via possit fraudibus aperiri, causa non decisa, possessorio non erit utendum; nisi Iudex, qui de causa cognovit, hoc ipsum ex iusta causa viderit expedire: puta, cum ex perspicuis indicis iniquitas invaloris facile arguitur, & spoliato casu, sive dolo spoliatoris, dominium probandi facultas subtrahatur,

## TITULUS XI. DE LITIS CONTESTATIONE.

*Litis contestatio est fundamentum iudicii, qua desiciente frustra super adificabitur: & quando dicatur lis contestata, hoc dicit.*

**H**actenus ea complexi fuimus, quæ plerumque ante causarum discussionem vertuntur, quæ non tam iudicii partes habentur, quam iudiciorum præparatoria: perveniamus nunc ad ea, quibus ipsum iudicium constituitur. Est autem iudiciorum quasi fundamentum quoddam, litis contestatio, nam b si illa a partibus prætermissa fuerit, proculdubio omnia, quæ sequuta fuerint, corruent, seque ipsos litigatores inanibus laboribus & sumptibus vexabunt: unde nec testes recipi, nec ad sententiam per Iudicem procedi poterit. Ea c vero fit per petitionem in iure propositam, & congruam repositionem sequatur, animo contestandi litem factam cum Iudex per narrationem negotii causam audire coeperit: unde si quis positionibus simpliciter respondeat, aut peremptoriam exceptionem proponat, nequaquam per hoc esse facta contestatio litis intelligitur.

*Procurator, tutor, & similes, possunt litem contestari. h. d.*

§. 2. Fit autem d litis contestatio non solum per principales, sed etiam per procuratorem, tutorem, & personas similes.

*Advocati responsio nisi sit statim revocata, facit litis contestationem. h. d.*

§. 3. An advocati responsio litis contestationem faciat, dubitari potest, & ex facto responsum est, nisi statim revocata fuerit, illius quoque responsione contestationem fieri.

*Cum officium Iudicis pro actione instituitur, est necessaria litis contestatio. h. d.*

§. 4. Nec solum, cum per actionem iudicium instituitur, erit litis contestatio necessaria: sed etiam ubicunque Iudicis officium pro ipsa proponitur actioem, veluti, cum restitutio in integrum non incidenter, sed principaliter postulatur.

*Qui effectus sequantur ex litis contestatione. h. d.*

§. 5. Igitur sequuta contestatione reus & Iudici subicitur, & actori obligatur, dilatoriis exceptionibus via pracluditur, actiones perpetuantur, praescriptio interrumpitur, alii quoque effectus emanant, ut tam civilibus, quam Ecclesiasticis constitutionibus suis locis traditur.

*Cum civiliter agitur, & probabiliter de morte testium, vel diuturna absentia timeatur, possunt examinari testes etiam lise non contestata. h. d.*

§. 6. Admonendi tamen sumus, quod traditum est, litem non contestata non posse testes recipi e, aut ad sententiam

a C. 2. extr. eod. tit. b c. accepta. extr. eod. tit. c. c. fin. eod. tit. in 6.

a C. is pastoralis. extr. de causa possess. & propriet. b. c. 1. extr. eod. tit. c. dudum. secundo. §. licet extr. de elect. d. c. 1. extr. eod. tit. c. extr. ist. lise non contest. per postoro. & c. 2. eod. tit. extr.

sentiam perveniri, non esse perpetuum. Nam si forte de morte testium timeatur, vel absentia diuturna, cum civiliter est agendum, ne veritas occultetur, & probationis copia fortuitis casibus subtrahatur, senes & valetudinarii, & alii testes, de quibus ex probabili causa timeatur, etiam lite non contestata sunt admittendi, seu pars conventa sit contumax, seu sine dolo sit absens, ut conveniri non possit.

*Qui testes examinavit ad perpetuam rei memoriam; debet intra annum vel convenire adversarium, vel examen denunciare. h. d.*

§. 7. Debet a tamen actor intra annum, ex quo facultas sibi data fuerit, adversarium convenire, aut saltem huiusmodi testium receptionem eidem denunciare; alioquin attestations sic receptæ non valebunt, ne forte hoc procuraretur in fraudem, ut scilicet processu temporis exceptiones legitimæ ad repellendum testes, vel alia, locum habere non possint.

*Nota ex isto §. bonam regulam ad cognoscendum, quando non est necessaria litis contestatio. h. d.*

§. 8. Sunt b & alii casus, in quibus absque litis contestatione legitime possunt testes produci, & lis sententia terminari; quos tam ex his, quæ supra de contumacia diximus, quam etiam ex aliis locis cognoscere licebit. Et generaliter, ubicunque libellus non exigitur, aut jus agendi contra certam personam non dirigitur, litis contestatio non est necessaria.

### TITULUS XII. DE JURAMENTO CALUMNIÆ.

*Actor recusans subire juramentum calumniæ, cadit ab actione, & reus habetur pro confesso. h. d.*

**S**ed ut veritate prævia iudicia expediantur, institutum est, ut litigatores in exordio litis de calumniâ vitanda jurare debeant. Quod juramentum si quis præstare recusaverit c, actor quidem ab instituta cadet actione, & pro confesso reus habendus erit.

*In causa sua Ecclesia Clericus non cogitur jurare de calumniâ, secus in propria: quo casu iurans propositis tantum scripturis, non tactis. h. d.*

§. 2. In hac tamen parte quibusdam casibus Clericis iura pepererunt. Veterant a enim, ne dum propria Ecclesiæ causa peragitur, inconvulsi illorum Prælati huiusmodi subire iurandum cogantur, licet in propriis causis huiusmodi privilegium minime gaudere noscantur. Sed & quo casu hoc juramentum subire vel permittuntur Prælati, vel iubentur, non tactis e, sed tantum propositis scripturis id implebitur.

*Hodie etiam in causis spiritualibus iuratur de calumniâ. h. d.*

§. 3. In causis spiritualibus olim de calumniâ minime iurabatur: sed quia & in illis litigatores frequenter calumniati compertum est, novissime sancitum est, ut in eis id, quod in cæteris constitutum est, observari debeat.

*Etiam procuratores iurare de calumniâ tenentur, quandoque iudici videbitur. h. d.*

§. 4. Et non tantum Principales, verum etiam procuratores g, & syndici h huiusmodi juramentum suscipere compellendi erunt, etiam si quid ponere aut responderi debeant, a dominis instructi fuerint: aut post hoc præstitum juramentum deputati fuerint: nec enim illud intra certa iudicii tempora coarctatum reperitur, sed i poterit iudex exigere, quoties expedire viderit.

*De calumniâ iuratur etiam in causa appellationis. h. d.*

§. 5. Præterea k, quanquam in prima instantia partes iuraverint, non tamen propterea in causa appellationis

a C. fin. §. sed si extr. ut lite non contest. b d. c. fin. §. sunt & alii. ut lit. non contest. c c. fin. extr. eod. tit. d c. 1. §. extr. eod. c c. fin. extr. eod. f c. 1. §. fin. eod. tit. in 6. g c. 2. §. procuratores. eod. tit. in 6. h c. pen. & fin. extr. eod. tit. i c. 2. in fin. eod. tit. in 6. k c. 2. in princ. eod. tit. in 6.

huiusmodi juramentum de linare poterunt, cum rursus, & de calumniâ vitanda, & dicenda veritate jurare partes sint compellenda.

*Juramenti de calumniâ omisso non visus processum. h. d.*  
§. 6. Illud postremo admonendi sumus, quod propter omissionem a tacite in tota causa calumniæ juramentum, judicialis processus alias factus legitime, nec est nullus, nec ob eam causam venit annullandus: cum huiusmodi juramenta præstari de substantia ordinis iudicarii non existat.

### TITULUS XIII. UT LITE PENDENTE NIHIL INNOVETUR.

*Lite pendente nihil innovandum: & lis tunc pendere dicitur, cum citatio legitima pervenit ad partem citatam, aut per eam factum est, quo minus perveniret. h. d.*

**I**nstituta ergo lite & solennibus præstitis satisfactionibus, & calumniâ juramento exhibito, ad probationes, & merita causæ descendendum erit, & interim pendente lite nihil innovari poterit. Lis b autem pendere hoc respectu tunc dicitur, non modo cum lis contestata fuerit, verum etiam postquam a iudice competentè citatio emanarit, & ad partem citatam pervenerit, vel per eam factum est, quo minus ad ejus notitiam perveniret, dum tamen in citatione ea sint expressa, per quæ possit quis instrui, super quibus in iudicio convenitur.

*Ob dilapidationem etiam lite pendente fit sequestratio. h. d.*

§. 2. Planè c ab eo, qui postquam a sententia provocavit, possessionis fructus dissipat, etiam lite pendente sequestrari poterunt.

*Litis pendenti non invalidat matrimonium contractum hoc dicit.*

§. 3. Sic etiam d si dum super matrimonio lis pendet, secundum quis matrimonium rite contraxerit, si primum non tenuisse declaratum fuerit, pendens litis obtentu secundum irritati non poterit. Et tamen qui in contemptum contraxerit competens poenitentia imponenda erit.

### TITULUS XIV. DE PROBATIONIBUS.

*Quid sit Probatio, & quibus modis fiat. h. d.*

**P**robatio igitur est, idoneis argumentis & legitimis mediis facta demonstratio. Contingit autem quidem probari variis modis, ut puta, confessione partium, depositione testium, instrumentorum exhibitione, iurandi religione, inspectione iudicis, notorietate rei, suspitione vehementi, fama, atque aliis adminiculis.

*Quomodo nascatur probatio ex confessione, & qua sint positiones. h. d.*

§. 3. Partium confessione tunc constat probatio, cum reus positionibus respondendo, vel alias in iudicio de intentione confitetur actoris. Sunt autem positiones, breves quædam narrationes, facti seriem continentes, ad elicendam veritatem conceptæ, super quibus quis petit ab adversario responderi, quas ad faciliorem & expeditionem litium propter partium confessiones, & probationum defectum usus longævus in causis admisit, & juris probavit auctoritas.

*Recusans respondere positionibus, habetur pro confesso. h. d.*

§. 3. Si quis igitur positionibus sibi factis respondere requisitus recusaverit, vel, ne responderet, se per contumaciam subtraxerit, pro confesso habendus erit. Hoc autem ita demum obtinet, si a iudice respondere iussus, illum absentem fieri contigerit: sed si antequam jubereur, contumaciter abesse fecerit, tunc pro confesso minime reputabitur, sed contra eundem, tanquam contumacem, procedendum erit, prout juris ratio dictaverit.

Com

a C. 1. in princ. & §. 1. eod. tit. in 6. b Clem. 2. eod. tit. c c. fin. extr. de sequest. poss. d c. cum in Apostolica. extr. de spons. e Clem. fin. de verb. sign. f c. 1. de confess. in 6.

H h h a



*Confessus & probationibus convictus, aequiparantur: & confessio erronea, si statim revocatur, non adest praejudicium.* h. d.

§. 4. Redditis igitur circa exhibitas positiones responsionibus, diligenter ab actore dispendendum erit, an a reo super controversia legitimam confessionem extorserit: quo quidem casu & ipse probationum oneribus relevabitur, & Judicis in cognoscendo partibus cessantibus statim super tali confessione pronuntiandum erit. Plane a si per errorem facti hujusmodi confessionem emanasse doceatur, confitenti, sed tamen confessionem suam statim revocanti, nullum praejudicium generabitur: alioqui, quod sua quisque voce dilucide testatus est, proprio non valebit amplius testimonio infirmare.

*Reus non tenetur credere actori, nisi instrumens communia.* hoc dicit.

§. 5. Non tamen b, quia positionibus reus respondere compellitur, documenta quoque, quae ad causam pertinentia penes se detinet, nisi sibi cum actore sint communia c, exhibere compellendus erit: nam grave nimis esset, illum ad eorum exhibitionem urgeri, per quae sibi postea praejudicium fieret. Sed actor ipse, inficiante reo, sumptis congruis dilationum temporibus, intentionis suae proprias probationes afferat, vel testes inducendo, vel instrumenta, & alias scripturas producendo.

*Reus citandus est ad videndum jurare, & deponere testes: & testi injurato non creditur, nisi fuerit remissum juramentum a parte.* h. d.

§. 6. Debet autem inprimis, si ex dictis testium rei sit eruenda veritas, admoneri adversarius, quod auditurus juramentum veniat d, ne, si pratermissum id fuerit, quod contra leges actum deprehenditur, nullam habeat firmitatem. Sed & testium depositiones non a liter recipiet Judex, quam prius jurisjurandi religione firmaverint, quod tantum, quae vera noverint, professione suae testificationis aperient: nullus enim testimonio quantumcumque religiosius existat, nisi juratus deposuerit, in praejudicium credi debet alterius, nisi forte juramentum ab adversa parte remittatur.

*Testes recusantes jurare, sunt sub poena excommunicationis cogendi, & juramentum de non deponendo non tenent.* h. d.

§. 7. Quod si testes a Judice moniti sese, vel odio, vel gratia, vel timore a ferendo testimonio subtraxerint, per censuras Ecclesiasticas testificari compellendi erunt, nec audientur, quod sese, quo minus deponant, proprii juramenti vinculo innodatos asserant. e

*Diligens debet esse Judex in examinando super omnibus qualitatibus totius causa.* h. d.

§. 8. Interrogabit f ergo Judex testes in qualibet causa ad minus duos ( nulla enim causa est regulariter ), quae unus testimonio quantumvis legitimo terminetur ) eosque diligenter examinabit g, de singulis circumstantiis diligenter inquirens, de causis videlicet, de personis, loco, tempore, visu, auditu, scientia, credulitate, fama, & consuetudine, ceterisque, quae ad rem facere, & negotio convenire existimabit. Illud quoque subtiliter animadvertente non omittet, quo vultu, qua constantia, quaeve animi trepidatione testes deponant, eum interdum ex his vel ipsis invitis testibus, magisquam ex verborum serie, rerum veritas elucefcet.

*Ex causa delegabit Judex examen testium.* h. d.

§. 9. Si qui tamen erunt, qui interrogandi sunt, valedudinarii h, vel senes, vel debilitate confecti habeantur, vel etiam ita paupertate depreffi, ut ad praesentiam Judicis venire non possint, idoneum deliget Judex, quem

ad suscipiendas illorum attestations dirigat.

*Testes considerantur conditione, natura, & vita.* h. d.  
§. 10. Testes vero non omnes recipiendi sunt, sed fideles duntaxat, & idonei. Censentur autem testes conditione, natura, & vita. Conditione, si liber testis sit, non servus: servus enim saepe metu dominantis, veritatis testimonium supprimit. Natura: si vir sit, non foemina: nam varium & mutabile semper foemina.

*Mulieres non sunt in forum trahenda gratia testimonii ferendi, sed ad easse mittendus tabellio.* h. d.

§. 11. Cujus tamen testimonium, si quando necessarium fuerit a, cum mulieres honestas ipsa, ac naturalis pudor virorum coetibus immisceri prohibeat, quacunquē auctoritate testimonii ferendi causa, vel alia, quae jure non exprimitur, in judicium personaliter evocari, vel trahi non poterit: sed ad eam mittendus tabellio, & juxta Bonifacianae constitutionis tenorem, procedendum erit. *Testis mala vita caret.* fide. h. d.

§. 12. Vita censetur testis, si innocens sit, & integer: nam si vita bona defuerit, fide carebit.

*Clerici possunt testificari pro Ecclesia, & singulares personae pro universitate sua, nisi tamen aliqua causa probabilis impediatur.* h. d.

§. 13. In summa, quicumque jure minime prohibentur, ad testimonium perhibendum sunt admittendi. Clerici b ergo a ferendo testimonio super negotio propriae Ecclesiae, vel alia singulari persona, in causa sua universitatis arcendi non erunt, nisi ad agendum, respondendumve fuerint instituti, vel ipsos alia causa probabilis impediatur.

*Monachi de consensu Abbatis, possunt testimonium dicere.* hoc dicit.

§. 14. Monachi quoque, & quicumque sub alterius obedientia constituti sunt, de sui Praesulis licentia recte testimonium dicent.

*Christianorum testimonia adversus infideles admittuntur, sed non contra.* h. d.

§. 15. Christianorum c quoque testimonia adversus Judaeos in omnibus causis recipienda erunt, nullis sibi contra hoc Principum privilegiis insurgantibus. Sed contra Christianum, nec Judaeum, nec Paganum, nec haereticum, aut alter infidelis, neque excommunicatus, aut aliter criminosis recte testimonium dicent.

*Criminosus perseverans in crimine non potest testificari, emendatus vero in causa civili potest, nisi fuerit reus perjurii, vel nisi sit affectus infamia: in causa criminali, licet emendatus, diffidius admittitur.* h. d.

§. 16. Plane quod de criminoso diximus, distinctionem recipit: nam si is, cui ab adversa parte opponitur d, adhuc in ipso crimine perseverat, tam in civili, quam in criminali causa ab omni prorsus testificandi officio excludendus erit: si vero sit de crimine emendatus, nec eum committetur infamia, non est in causa civili, vel etiam cum de crimine civiliter agitur, praeterquam pro reatu perjurii, repellendus. In criminali autem quaestione, si in alio judicio contra ipsum accusatione de crimine instituta confessus, vel convictus fuit, vel si tunc per exceptionem convincatur, aut ejus gravata sit opinio, ex eo quod quandoque fuit tali modo repulsus, quamvis hoc casu non excluderetur in causa civili, potest a testimonio, licet egerit poenitentiam, removeri.

*Validum ab initio tractu temporis non infirmatur, etiam nova superveniente causa.* h. d.

§. 17. Illud in dubium non venit, ejus testimonium, qui integer deposuit, infringi, debilitative minime posse, quanquam illum post depositionem factum esse contingit criminisum. Nec enim, quod recte factum est,

a C. fin. in gl. ext. de conf. b c. i. ubi tot. ext. cod. c. c. si perperuus. ext. de fide instrumentorum. d c. 2. ext. de testib. e. c. insimavit. ext. de test. f. c. licet universi. ext. de testib. g. can. cum causam. ext. de testib. h. c. si quis testium. ext. de testibus.

a C. 2. de jud. in 6. b c. cum nuncios. ext. de test. c. c. Judaei. ext. de testib. & Clem. l. cod. tit. d. c. testimonium. ext. de testibus.

est, ex hujusmodi eventu postea debet infirmari, cum culpandus non sit, qui idoneum nunc in testem producit, si aliquando eundem futurum malum non divinaverit.

*Domestici & similem habentes causam, non possunt esse testes. h. d.*

§ 18. Domestici quoque, & qui similem habentes causam consimili quoque morbo verisimiliter laborare existimandi sunt, si certum id sit, aut super eo legitime convinci possint, si ab alterutra partium testes adducti fuerint, ad testimonium admittendi non erunt.

*Non potest quis esse testis in causa, in qua fuit advocatus, vel procurator. h. d.*

§ 19. Is quoque a, qui in prima instantia alicujus causae advocacionem & patrocinium suscepit, licet advocatus & procurator esse desierit, quia tamen adhuc affectus causae praesumitur, in iudicio appellacionis in testem recipiendus non erit.

*Ad testes examinandos etiam tres dilationes dari possunt, & ex causa etiam quarta, sub certo tamen iurejurando. h. d.*

§ 20. Dabunt autem Iudices tam in Ecclesiasticis, quam in civilibus causis ad exhibendos testes, non solum unam, sed ex causa secundam etiam & tertiam dilationem: quartam vero disceptantibus non largientur, nisi praestito ab eo, qui postulat, iuramento, quod non per calliditatem aliquam quartam productionem postulet, sed quia illorum, quos infiat nunc de novo producere, prius notitiam habere nequiverit, quodque neque per se, neque per alium reificata subtraxerit, vel didicerit: quo casu quartam quoque dilationem accommodabit Iudex, maxime si productioni testimonii non fuerit a partibus renunciatum.

*Multa conceduntur, ne probationes intereant, qua alias non concederentur: quod probatur hic etibus exemplis. h. d.*

§ 21. Siquidem ne probationes depereant, multa permittuntur, quae alioqui non concederentur, ut ecce si in causa Iudex datus fuerit, quem in testem produci necessarium, removendus, & alius in ejus locum substituendus erit. Sic & alias citato adversario recipiuntur, & publicantur testes, quos reus inducendos duxerit. Sic & Ecclesia necessariae probationis omissione laesa, etiam adversus Ecclesiam restituenda erit.

*Publicato processu non possunt testes examinari super eisdem nec in prima, nec in secunda instantia: secus super emergentibus de novo. h. d.*

§ 22. Elapsi igitur tribus dilationibus, postquam renunciatum est probationibus, & publicata dicta testimia, regulariter producendi testes rursus non erit danda copia. Et sicut non licet super eisdem, vel directe contrariis articulis, alios, vel eosdem testes in principali causa producere: sic non debet in causa appellacionis licere, cum non minus in ea, quam in principali testimonium sit timenda subornatio. Quod si nova contingat emergere capitula, super quibus partes testes novos velint inducere, recepto solenni iuramento testimonium, non obstante publicatione super veteribus facta, nec in primo, nec in secundo iudicio rejiciendi erunt.

*Qualiter & quando possit in testes objici. h. d.*

§ 23. Sed interdum accidit, ut eos, qui iure in testes recipi non debuerant, admissos tamen esse ab aliqua partium pretendatur: in qua specie statutum est f, ut si quid in eos habent, ante publicationem debeant obijcere, postea vero tunc demum id licebit, cum iuramento partes firmaverint, quod non dolo velint ad opponendum descendere. Sed & si ostendere quis paratus fuerit post publicationem didicisse se, quod in personas vult obijcere, tunc quoque opponendi patere debet idus. Idem juris est, si forte quis ante publicationem id fuerit protestatus. Ceterum cum quis protestatus fuerit,

velle se post publicationem depositionum personas testimonium repellere, si quid in favorem protestantis dixerit, non de facili fides adhibebitur.

*Testes probatorios, & reprobatórios probatoriorum reprobatórios licet, sed reprobatórios probatoriorum non licet. h. d.*

§ 24. Illud a etiam admonendi sumus, quod non solum testes super principali negotio deponentes aliis testimonium licebit repellere, sed etiam contra secundos primum reprobatórios probationes profere licet. Et non admittente Iudice, appellacionis remedium licitum erit interponere. Ulterius autem partibus ad reprobatórum testimonium aspirare minime licebit, ne si producendi quatuor contra tertios, & sic deinceps partibus licentia tribuatur, negotium contingat in infinitum protelari.

*Qualiter Iudex pensare debet dicta testimia, & quod possit illos repetere, et interrogare, usque ad sententiam. h. d.*

§ 25. Publicatis igitur attestacionibus, non solum b ad multitudinem testimonium respicere Iudicem oportet, sed etiam ad qualitatem illorum: item depositiones rimari, & diligenter inspicere debet, & ex his, quibus potius veritatis lucem asistere iudicabit, animi sui motum informabit: quod si circa alicujus testis dictum Iudicis haesiterit intellectus, eundem rursus ad examen revocare poterit. Et generaliter Iudex usque ad prononiam sententiae interrogare sub facto poterit, ubicunque aliquis dubitationis incidit.

*Testi statim seipsum corrigenti, non admittit ob id fides, et potest Iudex testem repetere super omisso. h. d.*

§ 26. Eam quoque, qui non studiose, sed lingua lubrico erraverit, & sese confestim correxerit, reprobatore Iudex non debet: secus autem, si correctioni suae tempus interposuerit. Repetere autem non solum obscure deponentem poterit, sed etiam si a principio super certis capitulis eundem interrogare postulare adversario, vel negligentia, vel calliditate pratermiserit.

*Probationes fiunt non solum testibus, sed et instrumentis: et instrumentorum appellacione non large sumpra consistuntur solum scriptura, qua in iudicio exhibentur. h. d.*

§ 27. At si partes viva voce adminiculo in probando delituisse fuerint, ad instrumentorum productionem decurrere eas oportebit: & licet instrumentorum adeo late pateat appellatio, ut hoc nomine etiam testes contineantur, quippe & ipsi causam instruant, nos tamen in praesenti pro scripturis in iudicio exhibendis magis utimur, quae quidem in litibus exercendis eandem cum depositione testimonium vim obtinent.

*Instrumenta possunt exhiberi usque ad conclusionem in causa. h. d.*

§ 28. Exhiberi autem d in iure poterunt instrumenta, non solum ante attestacionum publicationem, sed & postea usque ad diffinitivum sententiae calculum: antea tamen, quam in causa conclusum fuerit. In causa etiam conclusum esse tunc dicimus, cum a partibus omnibus probationibus renunciatum fuerit.

*Scriptura solum publica in iudicio fidem facit, et quae sit scriptura publica. h. d.*

§ 29. Non tamen omnis scriptura in iudicio producta fidem facit, sed ita demum f, si per manum publicam scripta fuerit, ita ut appareat publica, aut authentico sigillo munijatur, alioqui nullius roboris firmitatem obtinebit.

*Exempla solenniter sumpra, fidem faciens. h. d.*

§ 30. Idem g & de exemplis dicendum erit, quae tamen, si solenniter sumpra fuerint, eandem cum originalibus habitura sunt auctoritatem. Solenniter autem tunc dicentur sumpra b, cum coram Ordinario Iudice, vel ad

a C. 2. §. testes. vers. patroni. 4. g. 3. b c. pen. ext. de test. c. c. constitutis. in fin. ext. de testib. d. Clem. 2. de testib. e. c. cura causam. ext. de testib. f. c. praesentium. ext. de testib.

Jur. Canon. Tom II.

a C. licet ei 3. extr. de testib. b c. in nostra. et c. cum causam. ext. de testib. c. c. cum clamor. ext. de testib. d. c. cum dilectus. ext. de fide inst. e. gl. in d. c. cum dilectus. f. c. ext. de fid. inst. g. gl. 2. c. 1. extr. de fid. inst. h. c. fin. ext. de fid. inst.

H h h 3

ad hoc ab ipso specialiter delegato presentata fuerint, atque is diligenter inspecta, dum nulla parte sui vitata competit, per publicam personam exempla sumi præcipit.

*Redacta in publicam formam post mortem tabellionis, faciunt fidem. h. d.*

§. 31. Eandem etiam auctoritatem & ea obtinebunt, quæ ad petitionem eorum a, ad quos pertinent, & permissu Judicis ordinarii, in publicam formam redacta fuerint, si tabellio morte præventus ea non perfecerit, sed in notas tantum redacta moriens reliquerit.

*Instrumentis non vitatis, & de vitio non suspectis creditur, & error unius literæ, & raso in loco non suspecto, non vitiat instrumentum. h. d.*

§. 32. Exhibebuntur b ergo instrumenta publica non cancellata, neque abolita, nec ulla parte sui vitata, aut aliquo pacto de falsitate suspecta, quanquam si exceptor literam c imprudens omiserit, aut documentum in loco non suspecto d interceverit, non propterea veri fides, & instrumenti auctoritas vacillabit.

*Ad supplendum probationem potest iurjurandum deferri, hoc dicit.*

§. 33. Quod e si nec testibus, nec instrumentis intentionem suam actor legitime deduxerit, permittente Judice non plene probationes iurjurandi religione suppleri, & causa terminari poterit. Nec enim aliud est juramentum, quam veritatis confirmatio, cum aliquid Deo teste asseritur.

*Juramentum aliud voluntarium, aliud necessarium: & necessarium, nisi ex causa, recusari non potest. h. d.*

§. 34. Sed cum sit juramentum multiplex, duplex tantum in proposito considerari poterit f; aut enim est necessarium, aut voluntarium. Necessarium est, quod ad supplendas probationes a Judice parti deferretur: quod propterea necessarium nuncupatur, & quod a Judice illud omnino deferri partibus oportet, & quod rite delatum ab eisdem, nisi ex iustis causis recusari poterit.

*Qua sine iusta causa recusandi juramentum. h. d.*

§. 35. Sunt autem iustæ recusandi causæ, ut puta si actor plene probaverit, aut si sibi non plene cognitam rem ipsam asserat: & si quæ sunt huiusmodi.

*Si pro reo sunt præsumptiones, sibi deferendum est juramentum, nisi aliter Juxta arbitratu. h. d.*

§. 39. Sed et si g pro reo præsumptiones fuerint, eidem hoc sacramentum Juxta deferretur ad suam tuendam innocentiam, nisi inspectis personarum & causæ qualitatibus, illud actori deferendum censetur.

*Voluntarium juramentum est, quod deferretur a parte parti, quod deferretur potest deferri, nisi simus in famosis actionibus. h. d.*

§. 37. Voluntarium h est, quod a parte parti in iudicio deferretur: quod quia litem terminat, decisorium quoque nuncupari poterit. Et appellatur voluntarium, quia pars non nisi volens deferret, & ab eo, cui refertur licite recusari ac referri poterit. Plane i si reus famosis actionibus conventus fuerit, huiusmodi iurjurandum agenti referri minime permittetur, cum non actor, sed ipse, qui convenitur, facti proprii conficius esse debeat.

*Ponit exempla plura, in quibus probationes respiciunt personam Judicis. h. d.*

§. 38. Judicis inspectione consistunt probationes: ut puta, cum pro terminandis finalibus quæstionibus propriis oculis loca Juxta subjicit, aut ex aspectu corporis iratem colligit, aut cum ex literis Ordinarii, vel Apostolicis excommunicatus, aut dignitatis honestatus quis deprehenditur, vel cum ad probandum virginitatem ab honestis & prudentibus matronis, vice sua Juxta inspicere mulierem jubet.

*Notorium probatione non indiget. h. d.*

§. 39. Sed & si quid notorium fuerit a, testium depositionibus, vel instrumentorum exhibitione amplius declarari non debet, cum talia probationem, vel ordinem iudicium non requirant.

*Judex debet adversare, ne dubium recipiat pro notorio. h. d.*

§. 40. Sed cum multa dicantur notoria b, quæ non sunt, prospicere debet Juxta, ne quod dubium est, pro notorio recipiat.

*Vehemens suspicio inserendum habet vim notorii. h. d.*

§. 41. Ad notorium prope accedit vehemens suspicio: nam si (exempli gratia) de c carnali copula quærat, & sit, qui non solum cum sola, nudum cum nuda, in eodem lecto jacentem, locis secretis, & ad hoc commodis, & horis electis se vidisse deponant, proculdubio ex suspitionibus tam vehementibus sequuntur copulam pronunciarum poterit: Plane si de gravi crimine actum fuerit, propter solam suspitionem quanquam vehementem, nemo condemnabitur.

*Fama præfatis adminiculum cæteris probationibus. Et Juxta ex variis debet animum suum instruere. h. d.*

§. 42. Fama quoque si de aliquo facto invulgata fuerit, cæteris præsumptionibus non leve, præsertim in quibusdam, præstabit adminiculum. Demum circumspicere Juxta motum animi sui non ex una tantum re, sed ex variis argumentis, & testimoniis, quæ rei aptiora esse comperit, confirmabit. Judicium enim oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquisitione discutere, nec sententiam prius ferre, quam peractis omnibus nihil habeat in quæstione, quod non prononant.

## TITULUS XV. DE SENTENTIIS ET RE JUDICATA.

*Dux sunt species sententiarum, interlocutoria, & definitiva: & interlocutoria potest revocari antequam definitiva, hoc dicit.*

Videamus nunc de Sententiis, & Re Judicata. Est autem Sententia nihil aliud, quam controversiæ propositæ a Judice rite facta definitio. Sententiarum dux sunt species: aut enim interlocutoria sunt, aut definitiva. Interlocutoria est illa, quæ inter principium & finem causæ fertur super his, quæ incident, vel emergunt: qualis est cum Juxta dandam, vel negandam dilationem ad examinandos testes, vel exhibenda instrumenta interloquitur, vel super aliquibus exceptionibus pronunciat: quam nec in scriptis ferri oportet, & ante definitivam sententiam quandoque Juxta revocare poterit.

*Definitiva sententia est, qua condemnando, vel absolvendo liti finem imponit, nec requiritur de necessitate in ea verbum, Condemno, vel Absolvo, sed sufficit aequivalens. h. d.*

§. 2. Definitiva vero sententia est definitio judicialis, quæ condemnando, vel absolvendo principali controversiæ finem imponit. Definitiva d enim, quæ nec condemnationem, nec absolutionem continet, pro nulla habetur: hanc simul ac talei, retractandi copia Juxta denegabitur. Non tamen ut sententia valeat, condemnandi, vel absolvendi verbum necessario continere debet: sed satis erit, quod verbum æquivalens continet. Unde rescriptum est, ejus definitionem, qui ita se statueret & præcipere pronunciasset, legitimæ sententiæ obtinere firmitatem.

*Sententia debet ferri sedendo, & de scripti recitatione, alias non valet, et Episcopus sacro potest, quod alius pro se recitet. h. d.*

§. 3. Vocatis igitur partibus, loco & tempore congruis, Juxta ipse ledens, sententiam de rescripti recitatione

ne

a C. pen. ext. de sid. instr. b c. inser dilectos. ext. de fide instr. c. c. Ex parte. ext. d. sit. d. c. ex literis. d. sit. ext. c. c. fin. de jurejur. f. gl. 1. c. fin. ext. de jurejur. g. c. fin. ext. de jurejur. h. d. c. fin. in gl. de jurejur. i. c. fin. in princ. ext. de jurejur.

a C. de manifest. a. 2. q. 1. b c. sua nos. extr. de coh. Cler. et mul. c. c. consuluit nos. ext. de appel. d. c. l. l. l. fratris. ext. de præsump. e. c. ei qui appel. §. definitiva. 2. q. 6. f. c. fin. cod. tit. in 6.

ne proferet: alias si non Judex, sed alius legerit, vel scriptam litigatoribus tantum eviderit, vel stando, non fecerit tulerit, nullius penitus momenti erit, ut ab ea nec appellare sit necesse, Episcopo tamen, quem tantæ dignitatis apex attollit, instat personarum illustrium sententiam per alium recitare permittitur.

Ex pluribus Judicibus sufficit, quod unus recitet sententiam usus plurali numero: secus in actu electionis. h. d.

§. 4. Sed a & si plures Judices sint, vel arbitri, si ceteris presentibus, ac mandantibus per unum tantum sententia recietur, si plurali numero perlegendo usus fuerit, perinde habebitur, ac si ab omnibus recitata fuerit, licet aliud in electione servetur.

Si duo Judices ordinarii sententias diversas ferant, tenet sententia lata pro reo, nisi actoris causa sit favorabilis, si vero delegati, sententia pendet ex voluntate delegantis: si vero arbitri, neutra tenet: si vero unustantum ex pluribus pronuntiaverit, nulla erit sententia. h. d.

§. 5. Ex facto b dubitatum fuit, duobus Judicibus diversas proferentibus sententias, utra sit habenda potior: in qua specie responsum est, quod si ex jurisdictione ordinaria processerunt, tenet pro reo non pro actore lata sententia, nisi agentis causa sit favorabilis: ut puta libertatis, dotis, matrimonii. Si vero ex delegata, utraque ex delegantis pendebit arbitrio. Quod si ex compromisso, utraque firmitatis robore destituitur. Quod si pluribus c Judicibus datus unum tantum ex eis pronuntiasse proponatur, adeo nullas sententia vires obtinebit, ut nec provocacionis remedium necessarium sit futurum.

Judicare secundum leges & consuetudinem debet quilibet Judex, etiam summus Pontifex, qui tamen ex causa potest ab illis recedere. h. d.

§. 6. Sed sive ordinarius sit, sive delegatus Judex, imprimis illud observare debet, ne contra id iudicet, quod legibus, aut canonibus proditum sit, alioqui ipso iure sententia non subsistet d. In causis quoque, quæ summi Pontificis e judicio deciduntur, cum in similibus causis ceteri teneantur iudicare, similiter juris ordo, & vigor æquitatis subtiliter observandus erit, nisi cum ille aliquid causa necessitatis, & utilitatis dispensative duxerit statuendum.

Licet sententia lata contra jus constitutionis sit nulla, secus tamen est in sententia lata contra jus litigatoris. Et quando dicatur lata contra jus constitutionis, vel contra jus litigatoris. h. d.

§. 7. Si tamen sententia non contra jus constitutionis expressè a Judice lata fuerit, sed contra jus litigatoris, cum jure quidem teneat, legitimis mediis retractanda erit. Dicitur autem Judex contra jus constitutionis pronuntiasse, veluti cum defunctus, & minor quatuordecim annis fuisset asseritur, & testamentum jure fecisse pronuntietur. Contra jus vero litigatoris, veluti cum minor quatuordecim annis, annum quartum decimum implevisse, ac per hoc testamentum jure fecisse asseritur.

Qui contra leges & conscientiam, corruptus iudicat, varie punitur. h. d.

§. 8. Is autem f, qui in gravamen partis alterius in iudicio aliquid injuste fecerit per gratiam, vel per sordes, sive ordinarius, sive delegatus sit, ab executione officii per annum suspendendus erit, & ad æstimationem litis parti, quam leserit, nihilominus condemnabitur, & si suspensione durante divinis sese ingererit, irregularitatis quoque laqueo innodabitur, a qua non, nisi per summum Pontificem, liberari poterit, aliis quoque legum animadversionibus coerceretur: cum dignum sit, ut qui in multis audeat offendere, pœnæ etiam multiplices subdat.

a C. pen. eod. tit. in 6. b c. fin. extr. eod. tit. c. ei qui § si vero. vers. si plures. 2. q. 6. d. c. 3. ext. eod. tit. c. c. in causis. extr. eod. tit. f. c. 1. eod. tit. in 6.

Sententia lata, postquam per decem dies non fuit appellatum, regulariter retractari non potest. h. d.

§ 9. Lata tamen sententia, nisi per appellationem intra terminum lege constitutum suspensa fuerit, amplius revocari non poterit. Cum enim a post decem dies in spatio sententia in auctoritatem rei judicata transeat, qui ad provocacionis subsidium intra id temporis spatium non recurrit, ideo appellandi sibi aditum præcludit, quia per hoc videtur interpretacione juris velle lata sententia obtemperare. Excipiuntur tamen multi casus, in quibus sententia etiam post decem dies rei judicata firmitatem sibi vindicare non valent, veluti cum de matrimonio b est questio, aut servata sententia salus animæ in discrimen adducitur, & alii plures.

Res inter alios acta aliis præjudicium regulariter non adfert. h. d.

§. 10. De eo quoque admonendi sumus, quod etsi sententia tranierit in rem judicatum, præter eos inter quos dicta fuerit, regulariter neminem lædat: si quis tamen c, cum sibi primum de ea re actio, vel defensio competere, sustinuit sequentem agere, aut passus est eum, a quo causam habuit, experiri, ipse quoque sentiet ex re judicata præjudicium.

### TITULUS XVI.

#### DE EXECUTIONE REI JUDICATÆ.

Sententia lata in reali actione mandatur executioni statim, in personali vero post quatuor menses: qui terminus potest breviri, & prorogari. h. d.

§. 1. Igitur sententia lata legitima appellatio non occurrerit, intra statuta tempora executioni mandanda erit. Sed mæltum intererit, utrum super reali, an vero super personali actione sententia lata fuerit. Primo enim casu, statim: secundo non, nisi post emensa quatuor mensium spatia executioni mandabitur. Licet autem quadrimestre tempus in personali actione sit regulariter statutum, ex causa tamen nonnunquam & arctari, & prorogari potest. Sed qui ab initio terminum recipit sponte brevior, sibi id imputare debet, cum ex voluntate propria juris beneficium contempnissè videatur: Unde postea non audiet appellans, nisi forte adversus eum modus executionis Canonicus excedatur, sive ab ordinario, sive a Judice delegato, sive etiam ab arbitrio res judicata fuerit.

Delegatus a Principe potest propriam sententiam intra annum exequi. h. d.

§. 2. Sed d si ordinarius ad mandatum Judicis a Principe delegati nolit, aut quibusdam obsistentibus sententiam ab eo latam suo effectui mancipare nequeat, datus ipse Judex illam executioni mandare poterit, & resistentes Ecclesiastica sententia coercere, & non solum usque ad quadrimestre tempus, quod ad solvendum debitum a lege reo conceditur, sed usque ad annum integrum ad exequendam sententiam, jurisdictionem exercere poterit.

Judex deputatus super executione sententiam, admissis exceptionem fraudis seu nullitatis, non us super eum pronunciet, sed us negotium ad superiorem, qui judicavit, transmittat. h. d.

§. 3. Quod e si Principe propriam sententiam per aliquem executioni mandati jubeat, & circa negotium fraus intervenisse dicatur, executori de toto negotio cognoscendi facultas non erit, sed ad superiores quaestiones, si qua inciderint, deferri oportebit.

Judex ordinarius tenetur exequi sententiam delegati a Principe etiam injustam. h. d.

§. 4. Cum igitur regulariter contingat, quod executio sententia ordinario demandetur, quaeri poterit, an si ipsam injustam esse cognoverit, executioni eam mandare debeat,

a C. quod ad consultas. §. saliter extr. eod. tit. b c. labor. extr. eod. tit. c. c. pen. extr. eod. tit. d. c. significasti nobis. extr. de off. deleg. c. c. de castro. extr. de sent. & rejud.

debeat, an sit ei subsistendum potius? in qua specie responsum est, quod cum ordinarius delegato teneatur obsequi licet sententiam non esse justam noverit, nihilominus tenebitur, cum sibi non cognitio, sed executio tantum fuerit demandata: nisi a dato Judice impetrare valeat, ut ab hoc opere ipsum liberet: nec enim debet Judicis delegati mandato violentere resistere, sed & apud eundem instare poterit ut executionem tamdiu differri pariat, donec Principi rei veritas innotescat.

*Si Papa scienter commisit appellacionem interpositam a suo delegato dato cum clausula, appellacione remota, jurisdictionis primi delegati est suspensa, quoad executionem. h. d.*

§. 5. Sed quid si cum a sententia lata auctoritate litterarum Apostolicarum, in quibus inhibita fuerat appellatio, provocatum fuerit, & littera post appellacionem ad alios Judices emanaverint, an ad mandatum posterorum Judicum executio sententia a prioribus delegata retardari debeat? & quidem cum Apostolicis aliis Judicibus appellacionis causam ex certa scientia committit, & appellacionem videri recipere, & simul priorum Judicum revocare jurisdictionem. Usque quo igitur sententia suspenditur executio, donec appellacionis merita plenius discussa fuerint.

*Postulatio restitutionis in integrum differt executionem. h. d.*

§. 6. Dantur & casus alii, in quibus licet sententia in rem transferri judicatum, differenda nihilominus erit executio: ut puta, si non protelanda causa in integrum restitutio a petita fuerit, & alii plures.

## TITULUS XVII.

### DE APPELLATIONIBUS.

*Quid sit Appellatio, & quare inventa. h. d.*

**A**pellandi usus præcipue judicantium iniquitatem corrigit, & imperitiam detegit. Est autem Appellatio jurisdictionis prioris judicis per superioris invocationem legitime facta suspensio: vel, appellatio est provocatio ad majorem Judicem ratione gravaminis illati, vel inferendi.

*Appellatio alia extrajudicialis, alia judicialis. Et de jure Canonico etiam extra judicium appellatur, qua appellatio provocatio dicitur. h. d.*

§. 2. Appellationum duæ sunt species. Aut enim extrajudicium appellatur, aut in judicio. Extra judicium appellatur, cum quis ante litis ingressum & ab aliquo gravamine appellat, ut puta d. ab electionibus, postulationibus, provisionibus, & quibuslibet extrajudicialibus actibus, ex quibus se gravatum putat. Licet enim seculares leges e non, nisi in casibus, ante sententiam appellacionem admittant: sacri tamen Canones, etiam extra judicium passim appellare permittunt, nec solent hujusmodi dicit proprie appellaciones, sed provocaciones.

*Appellatio judicialis dividitur in duas species. h. d.*

§. 3. Rursus in judicio appellatur, aut ante diffinitivam sententiam, aut postea. Antea appellatur, ut cum ab interlocutoria, vel ante gravamine provocatur. Postea, ut cum ab ipsa diffinitiva sententia appellatur.

*Appellans ab interlocutoria, debet in scriptis appellare, & intra triginta dies Apostolos petere, & exhibere contentiones causas appellacionis, alias causa censetur deserta. hoc dicit.*

§. 4. Multum autem interest, ab interlocutoria quis provocet, vel alio gravamine, an a diffinitiva: nam g primo casu, & causam appellacionis in scriptis assignare, & a Judice infra triginta dies instanter petere debet litteras dimissorias, & eadem intra dictum temporis spa-

rium debent ab eodem Judice exhiberi, continentes, & appellacionis causam, & cur appellatio non sit admissa, vel si appellacioni forsitan ex superioris reverentia sit desatum. Alioquin a si eos intra idem tempus appellans petere prætermittat, appellacioni sua renunciassè putabitur, etiam si vadat, aut mittat ad appellacionem hujusmodi prosequendam.

*Ponit tres casus, in quibus ob non petitos Apostolos causa deseritur. h. d.*

§. 5. Idem b juris est, si Judex, a quo appellatur, certum terminum appellanti ad recipiendos Apostolos assignaverit, & appellans in assignato sibi termino non compareat, nec eos sibi tradi petat: idem & si Judex appellanti responderit intra juris terminum se daturum, nec intra dictum spatium congruo loco & tempore instanter & sæpius saltem uno contextu petierit, vel sibi oblatos appellans recipere recusaverit.

*Tracti & expressi eadem est virtus. h. d.*

§. 6. Quod si Judex c in termino per eum præfixo ipsos petenti non dederit, aut si dum peterentur, vel intra juris terminum, vel nullo certo termino præfixo, se daturum asseruerit, postea per appellantem congruo loco & tempore, sæpius & instanter, unico etiam contextu requisitus eos exhibere non curaverit, perinde propriam appellacionem prosequi appellans poterit, ac si ei expresse fuissent Apostoli denegati. Alia quoque agenda erunt, prout ex tenore tam Innocentianæ d, quam aliarum constitutionum luculenter apparet.

*In appellacione a diffinitiva non est necesse causam inserere. hoc dicit.*

§. 7. In appellacionibus autem e a sententia diffinitiva interponendis nec causam redere tenetur appellans, nec etiam supra dicta diligens observatio per omnia sibi locum vindicat.

*In Appellacione ab interlocutoria debet salis causa allegari, qua si esset vera, repararetur legitima. h. d.*

§. 8. Cum autem ex probabili causa ab interlocutoria quis duxerit appellandum, talem tenetur proponere, quæ si probata fuisset, deberet legitima reputari, de quo postea superior cognosceret: nec enim sufficit s appellanti probare, quod ex causa hujusmodi appellavit, si eam non doceat esse veram, nisi hoc se offerens probaturum non fuisset admissus.

*Is qui minus rationabiliter appellavit, condemnatur in expensis ad inferiorem Judicem remissetur, nec potest quis alias causas prosequi, quam expressas. h. d.*

§. 9. Quod g si Judex minus probabiliter appellatum esse comperit, appellanti ad inferiorem Judicem remittet, & in expensis alteri parti condemnabit, alioquin ipse procedet, nec licebit appellanti alias causas prosequi, quam quas in appellacione sua nominatim expresserit.

*Si dicitur ex injusta causa appellatum, Judex ad quem inibere non potest, nisi prius recepta appellacione, ut probabili, incipiat cognoscere de causa veritate. h. d.*

§. 10. Quod h si objiciatur h non ex legitima causa ante sententiam appellacionem interpositam, & propterea non admittendam esse, nisi prius appellacione recepta, velut emissa ex causa probabili, Judex superior cognoscere incipiat, ne procedatur, inferiori prohibere non poterit.

*Cessante causa cessat effectus. h. d.*

§. 11. Sed & si Judex sano usus consilio i ab ejus executione destiterit, quod comminando, vel interlocuendo in gravamen partis protulit, non obstante, quod ab hujusmodi comminatione, vel interlocutione provocatum

*a C. si quando. extr. de off. del. b. c. suscitata extr. de in integ. restit. c. can. cum sit. §. si vero. extr. cod. d. c. conserationi. cod. tit. in 6. c. can. sup. ex. Clem. secundo. extr. cod. f. d. vob. cum sit. extr. cod. b. c. vob. sit. in 6.*

*a C. ab eo. cod. tit. in 6. b. Cl. 2. cod. tit. in princ. c. Cl. §. fin. cod. tit. de c. 1. cod. tit. in 6. c. c. 1. vers. is qui. ubi gloss. cod. tit. in 6. f. c. interposita. in princ. extr. cod. g. c. cum appellacioni. cod. tit. in 6. h. c. Romanæ. §. quod si objiciatur. cod. tit. in 6. i. c. cum cessante. extr. cod. tit.*

datum fuerit, ne processus negotii frivolis occasionibus retardetur, in causa cognitione libere procedere poterit.

*Judex a quo compellere non potest appellatam a gravamine ipsius veritatem probare, licet citare possit ad ipsius revocationem a audiendam, quia facta in causa procedere poterit, ejus contumacia non obstante, ac si nunquam appellasset.* h. d.

§. 12. Sed a videamus, an jus dicens obtemperare tenearis, a quo propter gravamen, quod tibi illatum asferis, appellaveris, si tibi is ad docendum de gravamine, & si de ipso liquerit, ad eisdem revocationem audiendam terminum praefixerit: & sane cum id ipsum a Judice perspicendum sit, nec coram eo de gravamine docere, nec etiam tanquam coram Judice (cum per appellationem ejus suspensa sit jurisdictione) comparere teneberis. Quod si tantum, ut revocationem audias, revocandum duxerit licet non compareas, ipse tamen in termino gravamen revocaverit, perinde in causa procedere poterit, ac si appellatio nunquam fuisset interposita.

*Potesse appellatam ab interlocutoria puniri, & facere, ut prior Judex cognoscat: sed appellatio sunt rescindenda expensis, quas is fecit ob appellationem.* h. d.

§. 13. Ac veluti in potestate Judicis gravamen revocantis positum est, non obstante appellatione causam resumere: sic contra, si is, qui vocem appellationis emisit, cujus adhuc nemini est demandata cognitio, petierit, ut ad Judicem, a quo provocavit, rursus causa remittatur, id ei alterius partis contradictione minime obstante indulgendum erit. Sed hoc ita, ut in legitimis expensis adversario, quas cum propter hoc fecisse constiterit, condemnetur.

*Ponis quam plures casus, in quibus appellationi non est deferendum.* h. d.

§. 14. Non omnis ergo appellatio indistincte recipienda erit: nam sive adeo sit vaga, & generalis, ut incertitudinem asserat, sive quod omisso medio sit interposita, a parte opponatur, causa non devolvitur. Idem juris est si super notorio crimine, vel de quo quis in iure confessus fuit, provocetur: nec enim ad defensionem iniquitatis, sed ad praesidium innocentiae est appellationis remedium institutum.

*Regulares non appellans a correctione sui Praelati. Nec a Judice seculari sedi Apostolica non subdito appellatur ad Papam. Et qui non desert legitimam appellationem, puniuntur.* h. d.

§. 15. Et ideo nec Regularis, cum pro aliquo excessu corrigendi fuerint, contra Regularem Praelatum sui, vel Capituli disciplinam appellabunt, sed quod sibi pro salute injungitur, humiliter suscipient: sed nec tunc appellationi deferendum erit, cum a seculari Judice, qui temporali sedis Apostolicae jurisdictioni non subicitur, ad Apostolicum appellatum fuerit: & aliis quibusdam casibus. Alioquin is, qui legitimae appellationi etiam de minima causa interpositae non detulit, Canonice poenis coercendus erit.

*Appellans ab ordinario potest coram eodem super alia causa conveniri.* h. d.

§. 16. Licet autem provocatione Canonice a partibus interjecta, Judicis, a quo appellatum fuit, officium in illa quidem causa penitus conquiescat, si d tamen is, qui ab ordinario appellavit, super alia causa coram eodem conveniatur, praesertim pro gravi & manifesto crimine, appellationis obtentu, quo minus Canonice censura puniatur, effugere non potest.

*Innovata per Judicem post definitivam sententiam, a qua appellatum fuit, revocatur statim per Judicem Apostolicum, etiamsi ante appellationem fuerint innovata.* h. d.

§. 17. Interposita ergo a definitiva sententia appellatione non solum post eam innovata e debent per Judi-

cem appellationis penitus, & ante omnia revocari: exceptis tamen casibus, in quibus jura post sententiam prohibent appellare) sed etiam ea omnia, quae medio tempore inter sententiam, & appellationem contigerint innovari, perinde ac si post appellationem innovata fuissent.

*Assensata post appellationem definitivam non revocatur, nisi primo de veritate confiteris, vel nisi post inhibitionem debito modo factam assensata fuerint.* h. d.

§. 18. Illa a vero, quae post appellationem interpositam ante definitivam sententiam innovantur, donec appellationis causam veram esse constiterit, revocari non debent, nisi Judex appellationis, postquam sibi constiterit, per appellationem emissam ex causa probabili fore ad fe negotium devolutum, inhibeat canonice Judici, a quo appellatum fuit, ne procedat: tunc enim, quicquid post inhibitionem hujusmodi fuerit innovatum, est per appellationis Judicem ante omnia in statum pristinum reducendum, licet eandem causam non esse veram contingat.

*Non refert, quid ex equipollentibus fiat, & facta plus operantur, quam verba.* h. d.

§. 19. Appellasse autem dicitur non solum is, qui vocem appellationis emisit, sed etiam qui aliquo indubitate facto provocandi propositum declaravit. Unde rescriptum b est, cum, in quem post iter ad sedem Apostolicam arreptum excommunicationis sententia ab ordinario promulgata fuerit, excommunicationis vinculo non teneri, quasi appellatione pendente lata fuerit: cum plus sit facto, quam verbo provocare. Idem & in eo responsum est c, qui licet ex simplicitate forte verbum appellationis non expresserit, se tamen & Ecclesiam suam, cum molestaretur, Rom. Pontificis protectioni subiecit.

*Iustus metus excusat adeo, quod non appellans habetur pro appellante, si fuerit protestatus, & causas appellationis expresserit.* hoc dicit.

§. 20. Is quoque d, quem quo minus appellaret, iustus metus impedit, ad appellationis beneficium convolasse reputabitur, dummodo infra tempus, quo licite provocatur coram Judice, a quo appellasse vellet, vel si ipsius copiam habere nequiverit, coram probatis viris contestatione super hoc proposita causas appellationis expresserit.

*Sufficit appellare coram majori parte Judicum. Et omnium actorum intimatio parvi appellata est facienda.* h. d.

§. 21. Quod e si a pluribus Judicibus appellandum fuerit, quia non semper facile eorum praesentia simul haberi possent, coram majori parte ipsorum appellare, & Apostolos separatim petere licebit, valebitque haec appellatio perinde, atque si coram omnibus interposita fuisset: omnium tamen subsecutorum appellato ignorantium intimatio legitime facienda erit.

*Si unus ex pluribus appelles, & obineas in causa appellationis, prodest victoria consensibus, si sit idem negotium, & causa.* hoc dicit.

§. 22. Idem ex contrario f, si plures sententia condemnati fuerint, & unus solus ad appellationis beneficium convolaverit, istius victoria ceteris quoque suffragabitur, si communi jure ventur, idemque negotium & eadem causa defensionis exiit.

*Si per rescriptum committantur plures articuli conexi, & in uno removeatur appellatio, intelligitur remota etiam in aliis.* h. d.

§. 23. Jam dubitari poterit, si ex pluribus g articulis unis precibus comprehensis in uno tantum contingat appellationem veteri, utrum appellatio teneat, si super aliis provocatum fuerit: & cum delegantis haec sit intentio, ut de

a C. si a Judice. eod. tit. in 6. b c. interposita. §. ille. extr. eod. tit. c. si duob. §. fin. extr. eod. tit. d. can. ad hac. extr. eod. c. c. praesentia. et. primo. eod. tit. e. non solum. eod. tit. in 6.

d D. c. non solum. §. illa. eod. tit. in 6. b c. dilecti filii. et. secundo. extr. eod. tit. c. ad audientiam. extr. eod. tit. d. c. fin. extr. eod. c. Clem. 1. eod. tit. f. c. pen. extr. eod. tit. g. c. secundo requiritur. extr. eod. tit.

ne de omnibus articulis, quibus in precibus ponuntur, iustitia suam consequatur effectum, in omnibus appellatio interdicta intelligitur. Unde nihil intererit, utrum appellatio inhiberetur in primo, an in secundo: in medio, an in fine. Sed hoc ita intelligi oportet, si capitula connexa fuerint: ceterum a quoties clausula, per quam appellations remedium tollitur, in medio literarum ponitur, si sunt plura negotia se minime contingentia, tantum præmissa complectitur, nisi forte & in fine literarum prædicta clausula iteretur.

*Appellari potest, si locus non tutus partibus assignatur, vel sententia contineat manifestam iniquitatem, etiam si sit rescriptum appellatione remota.* h. d.

§. 29. Interdum etiam non obstante prohibitione appellari poterit, ut decretum est in *b. eo.*, qui per delegatos Judices in iudicium ad locum non tutum vocatus fuerit: nisi enim locum idoneum Judices assignent, non erit propterea appellations remedium interclusum, quod appellatione remota procedi debere mandatum fuerit. Idem etiam obtinet, cum sententia fertur iniqua: licet enim causa appellatione remota commissa fuerit, sententia tamen statim non debet, si iniquitatem contineat manifestam.

*Lapsa anno, & ex causa biennio, appellatio est deserta.* h. d.

§. 25. Illud tam iudiciali appellationi, quam ei, qui extra iudicium interponitur, commune est, quod e huiusmodi appellationibus annus, & ex iusta causa biennium a die appellations interpositæ indulgetur: quo temporis spatium & prosequi, & finire appellations causam compellendi erunt: alioqui si per negligentiam appellantis hoc temporis spatium fluxerit, adeo causa deserta censetur, ut etiam si appellans ipse cum appellato, aut appellatus etiam per se, & principaliter prosequatur, non propterea minus in rem iudicatam censetur transmissa sententia, a qua fuerit appellatum.

*Ponit casus, quibus tempus ad prosequendum non currit.* hoc dicit.

§. 26. Quamdiu tamen per compromissum, vel alias de partium expresso consensu differitur prosecutio, tempus ad prosequendam appellationem ab homine, vel a iure præfixum minime currit appellanti, nisi forte iudex ex dilatione periculum imminere videns, in illa procedi præciperet.

*Tempus datum a iure ad prosequendam appellationem, potest breviori per iudicem ex causa.* h. d.

§. 27. Et licet anni, vel biennii spatium appellantis indulgetur, poterit tamen iudex a quo, secundum locorum distantiam, personarumque & negotii qualitatem brevis tempus moderari, intra quod si is, qui appellavit, causam appellations non fuerit prosecutus, tenebit sententia. Cogit ergo iudex partes appellatione non admissa, ut vel appellationem interpositam prosequatur, vel eoram eo juris parent aequitati.

*Quando periculum est in mora, debet iudex brevior terminum prosequenda appellationis.* h. d.

§. 28. Superior quoque iudex si ex dilatione videbit imminere periculum, potest & debet neutro appellations prosequente, ut periculum evitetur, occurrere: puta si a sententia lata super confirmatione alicujus electi provocatum fuerit, & utraque pars velit etiam ad annum appellations prosecutionem differre, potest utique, imo debet is, ad quem appellatum fuit, provide terminum moderari, ne dñi gregi dominico cura pastoris desit.

*Interdum ad prosequendam appellationem datur plus, quam biennium.* h. d.

§. 29. Accidit tamen aliquando, ut non per annum vel biennium, sed etiam ulterius causam appellations alicui prosequi concedatur, ut puta si quem per impotentiam a prosecutionem omisisse confiterit, vel cum iudici ex proprio officio super causa electionis etiam lapsa biennio cognoscere conceditur.

*Pars potest sibi terminum prosequenda appellationis brevior, non prorogare.* h. d.

§. 30. Pars quoque interdum sibi prosequendæ appellations terminum præfigit. Sed cum hoc gratia litium citius expediendarum indultum fuerit, juris terminus a parte præveniri, non prorogari poterit, sicut nec in una causa tertio provocari licebit.

*Confirmatio in forma communi non præjudicat appellationi, nec laudum invalidum roborat, aut processum impedit, sed obtenta super re ab aliquo pacifice possessa, facit ut quis non possit conveniri absque mandato sedis Apostolicæ.* h. d.

§. 31. Postremo sciendum, est quod si sententiam appellatione suspensam, antequam ipsius appellations causa commissa fuerit, vel laudum contra juris vel compromissi formam laudum Apostolico rescripto in forma communi confirmari obtentum fuerit, talis confirmatio nec appellations præjudicium afferat, nec invalidum laudum ullo firmitatis robore muniat. Nam etiam ante laudum sententiam litigiosa rei confirmationem ab Apostolica sede quis impetraverit, non propterea minus de causa poterit iudex cognoscere, & eam sine debito terminare. Quanquam si rem pacifice quis possideret, cum inde confirmationem obtinuit, non erit licitum iudici de questione postmodum exorta absque mandato sedis Apostolicæ decernere: nisi certum sit, quod per falsi suggestionem fuerit elicitæ.

#### TITULUS XVIII. DE RESTITUTIONE IN INTEGRUM.

*Minor & Ecclesia restituntur adversus sententiam, etiam a sede Apostolica laam.* h. d.

**A**dhuc autem iis, qui [appellationis remedio destituti sunt, auxilio restitutionis in integrum succurritur, sed nec omnibus, nec semper, nec ab omnibus. Minor igitur & Ecclesia, si se prolatione sententiæ graviter læsos conquerantur, & appellandi tempora jam fluxerint, restitutionem in integrum implorare poterunt. Quod quidem adeo obtinet, ut etiam ab Apostolico e sententia lata fuerit, non propterea magis in integrum restitutionis petitio impediatur. Nec enim negatur d, Romanæ sedis sententiam in melius posse commutari, cum aut surreptum aliquid fuerit, aut ipsa pro consideratione ætatum, & temporum, seu gravium necessitatum aliquid ordinavit.

*Restituitur Ecclesia adversus quamlibet læsionem, etiam adversus aliam Ecclesiam.* h. d.

§. 2. Sed si non sententia, sed vel contractu, vel confessione, vel probationis omissione, vel temporis fluxu, Ecclesia læsa fuerit, restitutio indulgenda erit: nec solum contra privatos homines, sed etiam adversus aliam Ecclesiam. h.

*Beneficium restitutionis in integrum non indulgetur nisi si intra quatuor annos, si non subitis aliqua rationabilis causa, ut dictum spatium prorogetur.* h. d.

§. 3. Sed si sive sententia, sive contractu, vel aliter se læsam prætendat Ecclesia, & propterea se ad beneficium restitutionis in integrum admitti possit, & si quadriennii spatium a die læsionis lapsum fuerit, amplius restituenda non erit, nisi prævaricationis, vel manifestæ fraudis.

a C. inquisitioni sua. extr. cod. tit. b can. ex parte sua. cl. primo. extr. cod. tit. c can. cum sit Romana. extr. cod. tit. can. & qui. 2. quæst. 6. d Clem. pen. de appellat. d Clem. quamdiu. cod. tit. c can. cum sit Romana. extr. cod. tit. f c. ad hac. ul. 3. extr. cod. g c. oblatæ. s. superior. extr. cod.

a Cap. ex ratione. extr. cod. b c. 1. cap. ex literis. & c. s. 20 extr. cod. c c. cum ex lit. cod. tit. extr. d d. c. cum ex lit. s. n. vers. præsertim c. 1. extr. cod. f c. 2. cod. tit. in 6 g Clem. ult. cod. tit. h c. auditus. extr. vag. cod. tit. i can. 1. cod. tit.

fraudis probetur, super hoc intervenisse commentum aut alia causa subit, quæ Judicem ad hoc beneficium concedendum movere debeat. Et a si tempore laesa assestatur, non fiet restitutio, nisi ad tantum temporis, in quantum se laesam esse legitime probaverit.

*Restitutio in integrum semel negata non conceditur amplius, etiam in alio judicio, nisi duobus casibus hic consensit. h. d.*

§. 4. Quod si semel restitutio in integrum in alio judicio denegata fuerit, præterquam ab appellationem omiffam, non erit eidem amplius concedenda, nisi novis defensionibus ad hujusmodi beneficium admittendus fuerit.

*Ponit, qui & quando possunt de restitutione in integrum cognoscere. h.*

§. 5. Hujusmodi vero restitutionum causa solum coram Judicibus ordinariis administrationem habentibus, vel delegatis ab eis tractari poterunt, & terminari: si ve hoc ipsis delegatis specialiter demandatum fuerit,

sive comisso eis negotio, hujusmodi quæstionem incidere contingat. Delegati vero ab Ordinariis, qui administrationem non habent, sed tantummodo judicandi facultatem, si ve arbitri, de his causis cognoscere nequeunt, nisi coram eis incidenter motæ fuerint.


*Per querelam & supplicationem retractatur sententia. Et sub qua forma supplicatio porrigatur. h. d.*

§. 6. Per supplicationem a quoque Principi porrectam, aut per querelam appellationis remedio destitutus subve-niri solet. Erit autem supplicatio intra decem dies post sententiam offerenda: quo subsecuto sententia non aliter executioni mandabitur, quam si victrix pars idoneam fidejussionem præbuerit, tantum restituendi cum legitimis augmentis, quantum fuerit in condemnatione, si legitima retractatione sententia resolvatur. Et nisi sub hac forma supplicatio porrigatur, executio sententiæ sine fidejussio-ne procedet, retractationis jure illi servando, qui gra-vatum putaverit, ut intra biennium supplicare valeat.

*a Clem. unic. eod. tit. a. c. fin. eod. tit. extr. c. c. pen. extr. eod. tit.*

*a Gl. in vers. supplicavit. c. ex literis. extrav. eod. tit.*

## FINIS LIBRI TERTII.



# INSTITUTIONUM JURIS CANONICI LIBER QUARTUS.

### TITULUS PRIMUS.

#### DE ACCUSATIONIBUS, DENUNCIATIONIBUS, ET INQUISITIONIBUS.

*Criminalia Judicia non habens aliquid simile cum Civilibus. Et instituuntur per Accusationem Denunciationem, & Inquisitionem. Et Accusationem inscriptio, Denunciationem charitativa munus præcedere debet. hoc dicit.*

**C**RIMINALIA Judicia nihil ferme simile habent cum cæteris Judiciis, de quibus proxime locuti sumus: magnaque diversitas eorum est, & in exercendis. Instituuntur autem aut per Accusationem, aut per Denunciationem, aut per Inquisitionem, cum solenni præcedente inscriptione a per Accusato-rem Rei crimen ad Judicem deferitur. Per Denunciatio-

nem, ut cum nulla præcedente inscriptione, sed tantum charitativa monitione ad Judicis notitiam crimen deducitur. Ideo autem, cum in modum accusationis crimen objicitur, est inscriptio necessaria, non cum in modum Denunciationis: quoniam ad depositionem instituitur accusatio, sed ad correctionem est denunciatio facienda.

*Accusator non probans objectum crimen, tenetur ad penam talionis, nisi suam innocentiam purgaverit; & interim dum purgat, est suspendendus. h. d.*

§. 2. Accusator igitur, si legitimis destitutus sit probationibus, eam penam a debet incurrere, quam si probasset, reus sustinere debebat. Denuncians vero licet ad talionem non teneatur, si tamen in probatione deficiat, donec suam purgaverit innocentiam, & ab officio suspendendus erit: ut cæteri simili poena perterriti ad aliorum infamiam facile non prosiliant.

*Ponit, quando procedendum sit per inquisitionem. hoc dicit.*

§. 3. Per

*a Canon. qui crimen. 2. quest. 8. & c. super his. in princ. extr. eod. tit.*

*a Can. qui non probare. 2. quest. 3. & can. qui crimen. 2. quest. 8. b. a. a. extr. de calum.*



§. 3. Per inquisitionem criminale iudicium instituitur, cum precedente diffamatione a, ac quasi denunciante fama, de crimine Iudex inquirat. Constitutum est enim, ne criminum facilis nimis sit objectio: ut sicut accusationem legitima procedere debet inscriptio, & b denuncia-tionem charitativa monitio: ita & inquisitionem clamorosa insinuatio c procedere debeat.

*Confessus crimina coram inquisitore, non poterit confessionem suam ex pretextu revocare, quod non processerit fama inquisitionem.* h. d.

§. 4. Si quis d tamen, postquam coram eo, qui contra ipsum super certis criminibus inquisitor deputatus fuerat, eadem crimina confessus fuerit, frustra postmodum eo pretextu confessionem suam impugnare contendet, quod super eisdem criminibus non fuerit antea dif-famatus.

*Si Iudex processerit non excipiens inquisitor de non diffamatione, processus tenebit.* h. d.

§. 6. Idem etiam erit e, si is, cui contra te commissa super certis criminibus fuerit inquisitio, te presente, nec quicquam super hoc excipiente, infamia inquisitione om-issa ad veritatem eorundem criminum inquirendam processerit. Nec enim processum huiusmodi, eo quod non fuit de infamia primitus inquisitum, ulterius impugna-re poterit.

*Si crimen opponatur excipiendo, non est necessaria inscriptio.* h. d.

§. 6. Accidit autem interdum, ut alicui nec accusando, nec denunciando, nec inquirendo, sed excipiendo crimen opponatur, ut puta f, cum quid obicitur, ut quis ab accusatione, vel testificatione repellatur: quo casu non erit inscriptio necessaria.

*Non est necessaria inscriptio, si crimen obicitur, ut quis ab officii vel beneficii affectatione excludatur: quo tamen casu si post confirmationem opponatur, deficiens in probatione punitur pena extraordinaria.* h. d.

§. 7. Sed g an, si propterea crimen opponatur, ut quis a promotione officii, vel beneficii affectatione excludatur, necessaria tunc sit inscriptio? Et proditum est, si ante confirmationem obicitur, non cogi quemquam inscribere: quia crimen hoc modo probatum promovendum quidem impedit, non tamen iam promotum dejicit. Post confirmationem vero, cum scilicet ordinandus fuerit aliquis, aut etiam consecrandus, quia & ab obtinendo repellit, & ab obtento dejicit, ad extraordinariam penam secundum arbitrium Iudicis citra vinculum inscrip-tionis, si defecerit in probando, est excipiens adstrin-gendus.

### TITULUS II. DE DUPLI CI PURGATIONE.

*Quid sit Purgatio & quosplex. Et quod vulgaris pur-gatio est penitus improba.* h. d.

**C**ontingit etiam interdum, ut licet adversus crimino-sum nec accusator consistat, neque testibus, aut propria sit confessione convictus, ita tamen alicuius criminis, vel maculae publica laborat infamia, quod super manifesta fere nota eidem purgatio sit indicienda. Est autem purgatio, demonstratio innocentiae super ob-jecto crimine. Purgationis duae sunt species h, vulgaris scilicet, & Canonica. Vulgaris purgatio est, quam vul-gus vel invenit, vel sequitur: ut, cum aqua frigida, vel candentis ferri, vel singularis certaminis quis subit iudicium: quae cum Deus in ea tentari videatur, merito

iusta est sacris Canonibus exulare: licet enim quosdam san-gulare certamen invivile divina producat historia, nunquam tamen ut id pro lege teneatur, divina sanxit auctoritas.

*Qua sit Canonica purgatio. Et quales esse debent com-purgatores.* h. d.

§. 2. Canonica purgatio dicitur, quae sacris Canonibus est comprobata: ut cum a de crimine infamatus, jurat se non esse tali crimine, vel macula inquinatum, & cer-ta compurgatorum manus eundem a crimine immunem, & verum credere illum jurasse, ipsa quoque iurejurando firmat. Erunt autem compurgatores huiusmodi honestatis & opinionis, ut verisimilit, eos amatores vel odio, vel obtentu pecuniae non dejerare: necesse etiam est, ut ejus, quem purgare intendunt, vitam & mores notos habeant.

*Deficiens in purgatione habetur pro convicto. Et super no-torio non est indicenda purgatio.* h. d.

§. 3. Quicumque b vero in Canonica purgatione defecerint, perinde puniendi sunt, atque si de crimine, de quo diffamati fuerint, legitime convicti, vel confessi fuissent nisi tamen aliud indicantis aequitas statuendum duxerit. Plane super notorio c nulli erit indicenda purgatio, sed tantum condemnationis promulganda sententia: cum pa-trati sceleris evidentia, neque accusatoris clamore indi-geat.

*Criminum quaedam solum Deum laedunt, quaedam etiam homines.* h. d.

§. 4. Criminum autem quaedam divinae majestatis laesio-nem continent: quaedam vero & hominibus damnum irrogant. Quae Deum principaliter laedunt, haec ferme habentur, simonia, haeresis, schisma, apostasia, fortilige-gium, maledicentia, sacrilegium. Hominibus vero laesio-nem inferunt, homicidium, adulterium, stuprum, rapina, furtum, usura, falsum, injuria: de quibus distin-guius, sed tamen breviter videamus.

### TITULUS III. DE SIMONIA.

*Quid sit Simonia, & unde dicta. hoc dicit.*

**S**imoniam nihil aliud est, quam studiosa voluntas, sive cupiditas emendi, vel vendendi spiritualia, vel spiritualibus annexa. Vel, simonia est rei spiritua-lis, vel spiritualibus annexa, cum aliquo temporali facta commutatio. Appellata est autem a Simone mago, quis primus hujus detestandi sceleris auctor fuit.

*Simonia autem est simplex conventionalis, aut realis. Et realis subdividitur in realem conventionalem, & realem mentalem.* hoc dicit.

§. 2. Simoniae duplex est species. Nam aut est conven-tionalis, aut mentalis. Conventionalis est, cum aut ali-quid datum est, vel de dando in posterum tractatus in-tercesserit, & conventio. Mentalis est, cum nullum qui-dem intercessit factum e, sed sola prava dantis, aut re-cipientis mens & intentio concurret: & propterea rudi, sed congruenti vocabulo mentalis appellatur.

*Cuiuscumque muneris receptio Simonia contrahitur. Et appellatione pecunia consistitur, quicquid homines habent in terra.* hoc dicit.

§. 3. Contrahitur f autem Simonia, non modo cum pecunia ipsa pro re sacra datur, aut recipitur, vel de-danda & recipienda tacite vel expresse conventum fuerit: verum etiam cum dans a lingua, vel obsequio recipien-tis minus exigit. Cum enim spiritualia tribuens, manus ab omni munere excutere debeat, id tunc facere in-telligitur, cum pro divinis rebus non solum pecuniam nullam, sed nec humanum obsequium, aut gratiam ali-quam

a C. qualiter & quando. el. extr. eod. b c. 2. extr. eod. c. c. in-quisitionis. §. tertia. vers. ad hac extr. eod. d. c. i. eod. tit. in 6. c. c. fin. eod. tit. in 6. f. c. super his §. cum aut. extr. eod. tit. g. d. c. super his. §. cum autem. extr. eod. tit. h. gl. rub. extr. de purg. vulg.

a Cap. quotiens. extr. de purg. can. & can. mentem. eod. tit. b c. cum lex. ubi gl. & c. inser. sollicitudines. extr. de purg. can. c. c. pen. extr. did. tit. d. gl. 1. in sum. 1. & extr. com. 2. eod. tit. f. gl. in sum. 1. q. 1.

quam requirit. Et sicut pro manus impositione non debet Episcopus *a*, ita nec minister, nec notarius, in ordinatione, pro voce vel calamo, pecuniam recipere. Pecuniam vero hoc loco accipimus, quicquid homines habent: hoc enim nomine omnia continentur, quia antiqui, quicquid fœmæ habebant, in pecoribus habebant. Contrahitur ergo simonia, cum quis sacra quodammodo in commercium deducit.

*Ponit plura capita, ex quibus committitur simonia. h. d.*

§. 4. Sed *b* & tunc quoque simonia committi dicitur, cum quid pro personis Ecclesiasticis deducendis, in sedem, vel Sacerdotibus instituendis, aut sepeliendis mortuis, seu pro nubentium benedictionibus, accipitur. Is quoque, qui pro electione præmia largitur, quia per electionem pervenitur ad consecrationem, perinde simoniacus habetur, ac si pro consecratione munera dedisset.

*Simoniace dicitur quis electus, etiamsi quod ignorante eo datum fuerit, vel promissum. h. d.*

§. 5. Nec distinguemus *c*, sciente, an ignorante eo, qui promissionis, vel dationis alicujus interventu postmodum electus fuit, promissum quid, vel datum fuerit: quamvis enim electus tempore dationis, vel promissionis conficius non fuerit, non propterea minus electio rei probanda erit.

*Episcopus non potest dispensare cum electo simoniace, licet ignoranter, sed bene super affirmatione beneficii simplicis, prævia tamen resignatione. h. d.*

§. 6. Sed videamus, an post reprobam electionem cum eo super prælatione, ad quam quis sic electus fuerit, possit Episcopus dispensare, & constitutum est, non posse: quamvis *d* circa eum, qui per simoniacam pravitatem simplex beneficium recipit, post liberam resignationem Episcopi dispensatio toleretur.

*Datum in dispensium eligendi, vel illo etiam reclamante, non facit electionem simoniacam. h. d.*

§. 7. Plane si constet eos, qui quid dederint, vel promiserint *e*, quod per fraudem in dispensium eligendi dolo malo id fecerint, aut electo ipso non modo ignorante, sed etiam reclamante, nec aliquando ratum habente, secuta electio minime reprobanda erit: alioquin contingeret, quod factum insidias inimico parentis innocenti damnosum existeret, & vir majus de fraude sua commodum reportaret.

*Simoniace ordinans cum suo ordinato & Clerico mediatore est deponendus, Laicus vero mediator excommunicatur. h. d.*

§. 8. Ac veluti variis modis simoniaca labe committitur, sic etiam variis pœnis simoniacos percelli, admonendi sumus. Nam si quis, ut ordinetur, pecuniam Episcopo obtulerit *f*, ut qui turpissimi lucri commodo sancti Spiritus gratiam vendere *g* tentaverit, amissionis propti gradus periculo subjacebit: & qui ordinatus est, a dignitate, quam pecuniis acquisivit, erit proorsus alienus. Si quis vero *h* tam turpibus & nefandis datis, vel acceptis mediator extiterit, siquidem Clericus, erit a proprio gradu deiciendus: si vero Laicus, anathematizandus erit.

*Ordinato a simoniaco non simoniace, & simoniace non simoniace ordinem conferens, non sunt deponendi. h. d.*

§. 9. Hæc tamen de illis intelligere non oportet, quos nec ignorantia, nec attractionis excusat violentia, sed simoniaci simoniace ordinati, vel ordinatores existunt. Cæterum si quis a simoniaco quidem, non tamen simoniace, ordinem susceperit, aut simoniace non simoniacus ordinem contulerit, misericorditer in Ecclesia susti-

nendi erunt: hos enim facit simoniacos, non reatus criminis, sed ordinatio, vel susceptio simoniaci.

*Beneficium consecutus simoniace per accusat onem convictus privatur beneficio, & deponitur: per inquisitionem vero privatur quidem beneficio, sed post peractam penitentiam in suo ordine permittitur ministrare. h. d.*

§. 10. Quod *a* si non ordinem quis, sed beneficium Ecclesiasticum data pecunia consecutus fuerit, multum interest, per accusationem, an per inquisitionem quis convictus fuerit. Primo enim casu non solum Ecclesia privandus, verum etiam honore Sacerdotii Presbyter spoliandus erit: posteriore vero, postquam ab Ecclesia, quam sibi per pecuniam comparaverat, amotus fuerit, & junctam penitentiam egerit, in susceptis ordinibus ministrare permittendus erit.

*Cum parvulis, qui cupiditate parentum Ecclesias sunt consecuti, post liberam resignationem potest dispensari. h. d.*

§. 12. Quinimo *b* qui parvuli parentum cupiditate Ecclesias per pecuniam sunt consecuti, ob paternum factum non modo a sacris ordinibus non sunt removendi, verum etiam postquam eas omnino dimiserint, si Canonice in eisdem vivere voluerint, pro magna misericordia sustineri poterunt.

*Idem juris esse de accessario, quod de principali.*

§. 12. Nec obijciat quis, non consecrationes emisse se, sed quæ ex consecratione proveniant. Nam sicut anima sine corpore corporaliter vivere non potest, sic corporalis Ecclesia, vel dignitas, & ordo Ecclesiasticus sine rebus corporaliter parum proficiet. Quisquis igitur eorum alterum vendit, sine quo alterum haberi non contingit, neutrum inventum reliquisse intelligitur.

*Quilibet admittitur ad accusandum simoniacum. Et solus simoniacus inter peccatores Missam non celebrat. h. d.*

§. 13. Hujus autem criminis tanta est labe *c*, ut etiam servi adversus dominos, & quilibet criminosis admittantur, ad accusationem. Item omnis peccator Missam celebrare potest, præterquam simoniacus: quem adeo quilibet, ut ab ordine male accepto removeatur, accusare potest, ut nec meretrix excludatur.

*Oblatum sponte, vel datum gratia redimenda molestia super jure quæsito indebite illata, non inducit simoniam. h. d.*

§. 15. Sciendum tamen est, non datione qualibet, aut receptione Simoniam contrahi: nam si quid sponte, pure *d*, sine pacto, & conventionione, & taxatione qualibet fuerit gratis oblatum, id sine scrupulo simoniacæ pravitatis recipi poterit. Idem obtinet ex contrario, si quid non sponte quis dederit, sed ut indebite illatam molestiam super quæsito jure redimat, dare coactus fuerit.

*Puniuntur Pralati committentes vices suas sub annuo censu. h. d.*

§. 15. Demum sciendum est tam Lateranensi, quam Turonensi Concilio statuente, Canonice districti Pralatos eos subjacere, qui vices suas *e*, vel Ecclesias sub annuo censu concedunt: quia dum Sacerdotium sub hujusmodi mercede venale disponitur, ad æternæ retributionis præmium consideratio non habetur.

*Puniuntur aliquid recipientes pro concedenda docendi licentia. h. d.*

§. 16. Pro docendi *f* quoque licentia concedenda nullus cujusque consuetudinis obtentu aliquid exigere debet, & qui secus fecerit, ab Ecclesiastico beneficio fiet alienus: dignum enim videtur, ut in Ecclesia fructus sui laboris non habeat, qui cupiditate animi, dum vendit docendi licentiam, Ecclesiasticum profectum nititur impedire.

TI-

*a* Can. 1. extr. eod. s. b cap. non satis. & cap. seq. extr. eod. s. c cap. nobis suis extr. eod. s. d c. pen. extr. de elect. e cap. nobis suis. extr. eod. s. f can. si quis. 1. g. 1. g can. quando Episcopus. §. quod si aliter. 24. dist. h can. si quis Episcopus. 1. q. 1.

*a* Can. dilectus. ubi etiam gl. in vers. amatos. eod. tit. extr. b c. sicut tuis. §. quamvis. extr. eod. e c. tanta. extr. eod. s. d c. sua nos. §. si vero. extr. eod. s. & can. 1. 2. & seq. extr. ne Pralati. vices suas. f can. 2. & per totum tit. extr. de magist.

TITULUS IV.  
DE HÆRETICIS ET SCHISMATICIS,  
ET APOSTATIS.

*Qui sint hæretici, & qui schismatici, & quomodo differant. h. d.*

**H**æretici sunt, qui vanæ gloriæ, principatusque sui causa falsas opiniones gignunt, vel sequuntur. Schismatici sunt, qui se ab unitate Ecclesiæ, per inobedientiam separant. Licet autem inter hos a principio quædam videatur esse diversitas, nullam tamen est schisma, quod sibi aliquam tandem hæresim non confingat, ut ab Ecclesiâ recte recessisse videatur.

*Schismatici excommunicatione, depositione, bonorum confiscatione, & a se gestorum annullatione puniuntur. h. d.*

§. 2. Utrumque a vero crimine atrocissime Ecclesiastica disciplina prosequitur; nam Schismaticos excommunicationis sententia Canones infestantur; & si nec sic resipuerint, ab omni ministerio Ecclesiastico deponuntur, adhibito etiam, si necesse fuerit, brachii secularis auxilio, ad illorum insolentiam coercendam, cum omnium etiam bonorum confiscatione. Ordinationes quoque ab his factas, & dignitates sive beneficiorum concessiones, alienationes rerum Ecclesiasticarum, omni penitus firmitate caetero voluerunt.

*Hæretici nisi hæresim abjurerint, omni Ecclesiastica prærogativa nudati traduntur seculari curiæ puniendi. h. d.*

§. 3. In hæresi b autem deprehensi, præter perpetuum vinculum anathematis, si Clerici sint, vel religiosi, totius ordinis Ecclesiastici prærogativa spoliandi erunt, & omni officio, & beneficio nudati, secularis relinquuntur arbitrio potestatis, animadversione debita puniendi, nisi continuo post deprehensionem erroris ad fidei Catholicæ unitatem recurrere, & errorem suum publice abjurare, & congruam satisfactionem exhibere consenserint. Laici vero, nisi (prout dictum est) abjurata hæresi & satisfactione exhibita, ad fidem redierint orthodoxam, secularis Judicis arbitrio relinquuntur, debitam pro qualitate factoris ultionem recepturi.

*Sona hæreticorum post latam sententiam confiscantur. h. d.*

§. 4. Bona quoque c damnatorum, propter hæresim ipso jure, & omni spe potiundæ hæreditatis filiis adempta, confiscata intelliguntur: aut si Clerici fuerint, Ecclesiis, a quibus integritas receperunt, applicabuntur. Confiscationis tamen hujusmodi executio, vel bonorum occupatio faciendâ non erit, antequam super crimine sententia fuerit promulgata.

*Ob hæresim maritorum dotes uxorum non sunt confiscanda, nisi scienter contraxerint matrimonium cum hæreticis. h. d.*

§. 5. Sed & cum alteri per alterum iniqua conditio inferri non debeat, propter hæresim maritorum, uxorum Catholicarum dotes d. confiscari non debent, nisi forte eum vitis matrimonii contraxerint, quos hæreticos esse sciebant.

*Etiâ post mortem bona hæreticorum confiscantur. h. d.*

§. 6. Post mortem e quoque ob sceleris immanitatem hæreticos pœna prosequitur: ideoque & si criminoso vivente nihil fuerit super bonorum confiscatione declaratum, nihilominus ad eam etiam ipso mortuo procedendum erit.

*Hæretici non possunt tradi Ecclesiastica sepultura. Et tumulantur eos excommunicantur, nec ante absoluntur, quam propriis manibus exhumaverint. h. d.*

§. 7. Ecclesiastica f quoque sepultura usque adeo carere debent, ut si qui eosdem credentes, aut fautores eorum scienter Ecclesiasticæ sepulturæ tradere ausi fuerint, excommunicationis sententiæ subjacere debeant, nec an-

te absolutionis mereantur beneficium, quam propriis manibus hujusmodi cordora extumulent, & projiciant: locus autem ille perpetuo carebit sepultura.

*Deponentes ab hæresico usque ad secundum gradum, ab hæresico usque ad primum, non possunt habere beneficium Ecclesiasticum, nisi pater aut mater decesserint emendati. h. d.*

§. 8. Sed a & eorum filii ad beneficia Ecclesiastica, seu publica officia admittendi non erunt: quod quidem per paternam lineam usque ad secundum gradum, per maternam vero usque ad primum tantum extenditur. Cum enim secundum legitimas functiones reis læsæ majestatis capite punitis, & bonis confiscatis, eorum filii vita solummodo ex misericordiâ conservatur, quanto magis, qui aberrantes in fide Deum offendunt, muneribus, bonis, honoribus debent spoliari: & cum longe sit gravior æternam, quam temporalem lædere majestatem. Hoc b tamen intelligendum est de filiis & posteris eorum, qui tales esse, vel etiam decessisse probantur: non autem illorum, quos emendatos & Ecclesiæ unitati reincorporatos esse constitit.

*Qui receperunt penitentiam Ecclesiæ, vel recipere sunt parati, sunt reincorporandi: post abjuratorem vero relapsi non sunt amplius reincorporandi, sed traduntur curiæ seculari: eis tamen non negatur sacramentum penitentis. h. d.*

§. 9. Sed videamus, qui & quando incorporari debeant: & constat eos, qui pro culpa hujusmodi ad mandatum Ecclesiæ penitentiam acceptaverint, eamque vel perfecterint, vel humiliter profectioni ejus insistant, recipiendos esse. Idem juris est, si penitentia nec perfecta sit, nec imposita, dum tamen crimini obnoxii ad eam recipiendam parati fuerint. Quod si qui post e abjuratorem actoris, vel postquam se proprii Antistitis examinatione purgaverint, in abjuratam hæresim reincidisse deprehensi fuerint, seculari judicio sine ulla penitus audientia relinquendi erunt: licet si postmodum peniteant, & penitentis signa in eis apparuerint manifesta, nequamquam sint relapsi humiliter petita sacramenta penitentis & Eucharistiæ deneganda.

*Quando quis dicatur relapsus. h. d.*

§. 10. Relapsi autem intelligendi sunt, non solum ii, quorum ante abjuratorem crimen plene probatum fuerit, verum etiam d ii, qui postquam accusati, vel vehementer suspecti semel hæresim in judicio abjurerint, & postmodum in eandem iterum reincidunt. Plane si ex modica & levi suspitione semel quis abjurerint, reincidens, quanquam ex hoc sit gravior puniendus, non tamen debet in hæresim relapsum pœna puniri.

*Qui abjurerint in uno articulo, si post sit hæreticus in alio, dicitur relapsus. h. d.*

§. 11. Is vero e, qui in una hæresis specie, vel secta commissit, aut in uno fidei articulo, seu Ecclesiæ sacramento erravit, & postmodum hæresim simpliciter vel generaliter abjuravit, si deinde in aliam etiam hæresis speciem, sive sectam, aut alio articulo seu sacramento committat, ut relapsus in hæresim, judicandus erit.

*Suspecti de hæresi, nisi se purgent, sunt excommunicandi, & excommunicati si in excommunicatione inordinaverint, condemnantur sicut hæretici. h. d.*

§. 12. Qui f vero inventi fuerint sola suspitione notabiles, ob eam quantumvis vehementem de tan gravi crimine condemnandi non erunt, sed nisi juxta considerationem suspitionis, qualitatemque personæ propriam innocentiam congrua purgatione monstraverint, anathematis gladio læsè feriendus exponunt, & usque ad satisfactionem ab omnibus evitabuntur, & si per annum in excommunicatione persistierint, velut hæretici condemnabuntur.

Flura

z. c. 2. & per totum tit. de schismat. in 6. v. c. ad abolendam. & c. excommunicamus. §. 1. ext. cod. tit. de har. c. c. cum secundum. cod. tit. in 6. d. r. decrevit. de har. in 6. c. c. accusatus. §. pen. cod. tit. in 6. h. c. 2. in princ. cod. tit. in 6.

a. c. statutum. cod. tit. in 6. b. d. c. statutum. §. hoc. c. c. super. cod. tit. in fin. d. e. accusatus, in princ. cod. tit. in 6. & d. e. accusatus. §. 1. cod. tit. in 6. f. c. cum consensu. cod. 2. in 6.

Plura specialiter indulta sunt in causa hæreticorum, & processu contra eos. h. d.

§. 13. Plura a quoque ad hoc atrocissimum crimen vindicandum specialiter & præter ordinarias Juris regulas indulta sunt, tam circa iudicium & processum institutum, & testium depositiones, & carcerum custodiam, & immutationis poenam: quam etiam contra fautores, redeptores & defensores eorum, ut clare ex latione sacrarum constitutionum apparere potest.

*Apostata qui sint, & quod duplex Apostasia: & qua pena puniantur Apostata. h. d.*

### Et est tertia pars principalis hujus tituli.

§. 14. Apostata sunt, qui a statu fidei, obedientiæ vel religionis, quam se tenere professi sunt, temerarie recedunt. Apostasia b triplex est species: alia enim est perfidia, alia inobediendiæ, alia irregularitatis. Apostasia perfidia est, cum qui a fide recedunt: ut puta, cum Christiani effecti in Christi fide prævaricantur c, & ad Judæos, vel alios detestabiles ritus se convertunt. Apostasia inobediendiæ est d, cum quis præceptum superioris sui sponte transgreditur, sive patrum regulis, vel constitutionibus non obtemperat. Irregularitatis Apostasia est, eum quis ab ordine suo e, sive adsumptæ religionis recedit. Apostatas autem sacri Canones tam inter infames f deputant, quam etiam excommunicationis & aliarum poenarum vinculis innodandos esse præcipiunt.

## TITULUS V. DE SORTILEGIS, MALEDICIS, ET SACRILEGIS.

*Inquisitor hæretica pravitatis non potest procedere contra sortilegos, nisi sortilegium expresse contineat hæresim.*

**S**ciendum est, hæreticæ pestis inquisitores de divinationibus, & sortilegiis, nisi hæresim sapient manifeste, sese intromittere non debere, nec talia exercentes posse punire, sed eos suis debere iudicibus puniendos relinquere, cum negotium fidei, quod summe privilegiatum esse convenit, per occupationes alias non debeat impediri.

*Qui sint sortilegi: & quod ab Ecclesia sint omnino ejiciendi. h. d.*

§. 2. Sunt autem g sortilegi, qui prætextu religionis per quasdam sortes divinationis scientiam profitentur, aut quarumcunque scripturarum inspectione facta, futura promittunt. Ariolorum h igitur, aruspicum, incantatorum, & omnium sortilegorum artes, cum sint ex quadam pestifera societate dæmonum atque hominum quasi pacta infidelis & dolosæ amicitia constituta, penitus sunt ab Ecclesia eliminanda, & superstitiosi artifices, nisi per poenitentiam resipiscant, perpetuo anathemate feriendi: & si Clerici sint, degradandi.

*Si blasphemus injunctam sibi poenitentiam peragere recuset, & vivens ab ingressu Ecclesia arcebitur, & mortuus Ecclesiastica carebit sepultura. h. d.*

§. 3. Diversa est poena maledicorum i: nam si quis in Deum, vel aliquem sanctorum linguam in blasphemiam publice relaxare ausus fuerit, poenæ, juxta Gregorianæ Constitutionis tenorem, subdendus erit: quam si recipere, & poenitentiam peragere recusaverit, & Ecclesiæ eidem interdicitur ingressus, & in obitu Ecclesiastica carebit sepultura.

*Sacrilegi variis poenis puniuntur. h. d.*

a In 6. & Ll. b gl. x. c. 1. extr. de Apostat. c can. non potest. 2. q. 7. d. c. 2. & c. illud. extr. de major. & obed. e can. sicut dist. 50. & c. 1. extr. de Apost. f can. infames. 6. q. 1. gl. in t. 1. de temp. ord. in 6. g can. 1. 26. q. 1. h extr. de sortileg. & 26. q. 1. 2. 3. 4. & 5. i c. 1. extr. de maled.

§. 4. Similibus interdumque acrioribus urgentur poenis, qui in sacrilegii crimen incidunt, & Ecclesias incendere & violare minime verentur: nam pro modo sceleris admitti, facinorisque perpetrati, nisi plene satisfecerint, aut de satisfaciendo plenam securitatem exhibuerint, nunc poenitentia beneficium sacrilego penitus denegatur, nunc anathemate vincitur, nunc perpetua damnatus infamia carceri traditur, aut exilio perpetua deportationis, & depositionis animadversione coercetur: aliquando etiam pecuniaria poena multabitur.

*Consentientes sacrilegis, & Sacerdotes ipsis poenitentiam dantes, vel sepultura eorum intervenientes, vel ab eis elemosynas recipientes, pari poena cum eis puniuntur. h. d.*

§. 5. Nec solum talibus poenis illi plectendi erunt, qui sacrilegium admiserint, sed etiam consentientes eis. Presbyteri quoque, vel Clerici, qui in vita, vel morte sacrilegis poenitentias dare, aut sepultura interesse, vel eorum elemosynas accipere ausi fuerint, sive rapinæ participes inventi fuerint, Ecclesiastico beneficio privati ordinis sui damnum irrecuperabiliter patientur.

*Sacrilegium committitur tam intuitu rerum, quam personarum. Et qualiter intuitu rerum. h. d.*

§. 6. Sacrilegium autem admitti dicitur, tam ratione rerum, quam personarum. Rerum a, ut cum quis sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro, vel non sacrum de sacro aufert. Sed & si non de sacro aliquid ablatum fuerit, sed intra certos passus, qui in circuitu Ecclesiæ sunt, adhuc sacrilegium committi dicitur.

*Ratione personarum committitur sacrilegium, cum quis Clericum percussit, vel cum Moniali rem haber. h. d.*

§. 7. Personarum ratione sacrilegium perpetratur, cum quis in Clericum, vel Monachum violentas & impias manus b injicit: vel cum personæ Deo dicatæ per coitum appetuntur: de quibus infra suo loco latius dicturi sumus.

## TITULUS VI. DE FURTIS.

*Furti nomine omnis illicita usurpatio continetur: & fures promoveri non possunt, imo promoti, deponuntur, & si sint incorrigibiles, debent excommunicari, & si occisi fuerint in furto, non est pro eis orandum, nisi ante mortem sint confessi. h. d.*

**F**urti quidem nomine omnis illicita usurpatio alienæ rei includitur: sed nunc de iis tantum agimus, quæ speciali nomine ditissima generali furti appellatione continentur. Fures autem non solum seculares leges, verum etiam Canones acriter intectantur: nam nec ad sacros ordines promoveri, nisi secundum ea, quæ supra primo libro diximus, & promoti ab iisdem dejecti, & si depositi incorrigibiles fuerint, excommunicari, & demum potestati seculari tradi debent. Et si e, dum furtum committitur, occisi fuerint, pro eis minime orandum erit: quoniam si comprehensi, aut vulnerati confessi fuerint, communio eis non sit deneganda.

*Furtum commissentes ob necessitatem mitius puniuntur, & poena furum puniuntur partientes cum eis, & qui furorum sunt conscii. h. d.*

§. 2. Sed hæc de illis intelligere nos oportet, qui nulle necessitate adacti, furtum commiserunt. Cæterum si quis propter necessitatem d cibaria, vestem, vel pecus furatus fuerit, longe mitiori poena puniendus erit. Nec fures solum supra dictis poenis tenentur, sed ii quoque e, qui aut cum furibus partiuntur, aut qui furorum conscii fures quærentibus possessoribus non indicant.

TI.

a C. quisquis. §. sacrilegium. 17. q. 4. b c. si quis consumax. §. sacrilegium. 17. q. 4. c c. 2. extr. cod. d. c. si quis propter. extr. cod. e c. 2. qui cum fure. cod. sit. extr.

TITULUS VII.  
DE USURIS.

*Usura quid sit, & unde dicta: & habens possessionem in pignus, recepta propria pecunia, si recuset fructus in fortem computare, usuras commissis.* h. d.

**U**sura est, quicquid ultra fortem mutuam percipitur: dicta ab usu, quia scilicet pro usu pecuniæ recipitur. Unde a & si quis pignoris obtentu rei alicujus nactus fuerit possessionem, si fortem suam deductis expensis de fructibus jam perciperit, si eandem debitori restituere recuset, & perceptos fructus in fortem computare, proculdubio usurarum committitur crimen.

*Pœna usurariorum sunt, infamia, excommunicatio, beneficiorum & officiorum & Ecclesiastica sepultura amissio.* h. d.

§. 2. Multiplicibus autem pœnis sacri Canones usurarios insequuntur: nam præter inusitam infamiam, nec ad Christianam, nec ad communionem b admittuntur altaris, nec quicquam de manu eorum oblationes accipiet. Et si Clerici fuerint c, tam officii, quam beneficii Ecclesiastici periculum patientur. Nullus quoque sub pœnis Gregoriana constitutione comprehensus, manifestis usurariis aut locabit domos, aut conductas habere permittet: sed & si in hoc scelere decesserint, Ecclesiastica carebunt sepultura.

*Licet quis de usuris satisfieri mandet per heredem, non tamen est tradendus Ecclesiastica sepultura, donec fuerit satisfactum: & contra faciens incurrit pœnas eorundem, & testamenta usurariorum non valent.* h. d.

§. 3. Et id adeo obtinet, ut e etiam si morituri in ultima voluntate de usuris satisfieri expressa quantitate, vel indistincte mandaverint, donec secundum Gregorianam constitutionis tenorem satisfactum fuerit, Ecclesiastica sepultura carere debeant. Quicunque vero manifestos usurarios contra prædictæ sanctionis formam tumulare ausi fuerint, pœna Lateranensis Concilii contra usurarios promulgatæ subjiciendi erunt. Testamenta f quoque ab eisdem facta, aliter quam secundum dictæ constitutionis formam non valent, sed ipso jure erunt irrita.

*Non debemus facere malum, ut postea faciamus bonum: & si non sint, quibus restituipossint usura, eroganda sunt in pauperes: & pauperas excusat a restitutione.* h. d.

§. 4. Nec quicquam q proficit, quod quis pro captivis redimendis, vel elemosynis dandis sese usuras exercuisse alleget: nec enim propterea magis cum usurario dispensari poterit, cum pro vita alterius nec mentiri quidem, nedum rapere liceat. Planesi necii, a quibus quis usuras extorsit, nec illorum sunt hæredes superstites, non solum pauperibus usurarum nomine acceptum erogare poterit, verum etiam compellendus erit, nisi cum nota paupertas evidenter excuset.

*Non solum fœneratores, sed etiam illorum hæredes debent usuras restituere, nulla obstante appellatione.* h. d.

§. 5. Nec is tantum Ecclesiastica districtione extortas usuras restituere cogendus erit, qui fœneratur, verum etiam h filii, & quicunque extranei hæredes, qui omnes super usuris conventi nullius appellationis remedio restitutionem subterfugere permittendum erit.

*Judex fœneratori potest præcipere sub pœna excommunicationis, tam ne usuras exigat, quam ut exactas restituat, non obstante juramento præstito de non repetendis usuris.* h. d.

§. 6. Sed & si quis sub usuris pecuniam acceperit, & de eis nunquam repetendis fœneratori juraverit i, adhuc Judex usurarios per censuram Ecclesiasticam compellere poterit, tam ut ab earum desistant exactioe & ju-

ramentum remittant, quam etiam, ut exactas restituunt, ne de dolo & fraude quenquam contingat commodum reportare.

*Judai satisfacere debent de immoderato gravamine Christianis, alias excommunicantur modo quo pœnis.* h. d.

§. 7. Judæi a quoque, si a Christianis quocunque prætextu graves immoderate usuras extorsent, & per seculares Principes & potestates illas remittere sunt compellendi: & donec de immoderato gravamine competenter satisfecerint, ab universis Christi fidelibus tam in mercimoniis, quam in aliis per excommunicationis sententiam eis omnimoda communio denegabitur.

*Ponuntur plures casus, quibus quis fructus in fortem computare non tenetur.* h. d.

§. 8. Sunt tamen casus, in quibus aliquid ultra fortem absque vitio usurarum licite recipitur: ut puta, si Clericus Ecclesiasticum beneficium aliter redimere non valens prætextu pignoris de manu Laici illud acceperit: nec enim hic in fortem fructus tenebitur computare. Idem, si terra non sit beneficii alicujus Ecclesiastici, sed ad accipientem in pignus jure domini directi pertinere noscatur. Idem b, si possessiones pro non numerata dote genero a focero pignori obligatæ fuerint: cum enim frequenter dotis fructus non sufficiant ad onera matrimonii supportanda, pignoratium possessionum fructus in fortem computandi non erunt.

*Non est usurarius rem emens minus justo pretio, si tunc verisimiliter dubitatur, an tempore solutionis plus vel minus est res valitura, vel aliter dubius eventus usurarum suspensionem remouet.* h. d.

§. 9. Ille c quoque, qui dat decem solidos, ut alio tempore totidem sibi granis vini vel olei mensuræ reddantur; ex hoc usurarius censi non debet: quia licet tunc plus valeant, utrum plus vel minus, solutionis tempore fuerint vilitura, verisimiliter dubitatur.

*Usurarius est, qui a debitore recipit aliquid ultra fortem, etiamsi suscipiat in se periculum.* h. d.

§. 10. Aliud tamen juris est, si quis naviganti d, vel ad nudinas eunti certam pecuniæ quantitatem mutuat, & ex eo, quod in se mutuans periculum suscipit, aliquid ultra fortem ut recipiat, conuenit: nam hic usurarius reputandus erit.

TITULUS VIII.

DE ADULTERIIS, ET ALIIS CONJUNCTIONIBUS ILLICITIS.

*Adulterii appellatio est generalis: proprie tamen in nuptiarum commissis: & qua sit adulterii pœna.* h. d.

**A**dulterii generalis est appellatio: continet enim non modo alieni tori & violationem, sed omnem prope illicitam fornicationem. Proprie tamen adulterium in nuptiarum committitur. Pœna in Laico, excommunicatio: in Clerico, depositio, vel in utroque certa poenitentia impositio.

*Arbitraria est pœna incestus, Sodomia, & rei habitæ cum brutis.* h. d.

§. 2. Eadem vel etiam pro Judicis arbitrio major, aut minor, eos manet pœna, qui incestum commiserunt: ut puta, cum qui contra naturam humanæ societatis parentibus, vel liberis, vel aliis ejusmodi personis impudice adhærent: aut si cum illa, quam quis de sacro fonte susceperit, aut quam ante Episcopum tenuerit, cum sacro Chrismate inungeretur, fornicationis scelus perpetraverit: aut cum relicto naturali usu contra naturam f more Sodomitico fornicabitur: aut humani generis naturam transgressus, sese brutis commiscuerit.

Qua

a C. 1. 2. & c. conquestus. extrav. eod. t. b c. quia in extrav. eod. c. præterea. eod. s. ext. d. c. 1. & seq. eod. t. in 6. c. c. 2. eod. s. in 6. f. d. c. 2. in fin. g. c. super eo. gl. ext. eod. h. c. 2. u. 1. ext. eod. t. i. c. sua dudum extrav. eod.

a C. post miserabilem, cum seq. ext. eod. t. b c. salubrifer. extrav. eod. c. c. fin. §. ille ext. eod. t. d. c. fin. in princ. extrav. eod. c. can. 2. §. adulterium, 36. q. 2. f. c. Clerici. ext. de excess. prel.

*Qua poenafit fupprantis mulierem honefte viventem, & virginem deflorantis. h. d.*

§. 3. Quod fi quis fuprum admiferit, multum intererit, utrum cum muliere honefte vivente rem habuerit, an virginem defloraverit. Primo enim cafu fuprator poenitentia fubditus, pecuniaria etiam poena coercendus erit; pofteriore vero a dotata virgine eadem patre confentiente habebit uxorem: fi vero pater virginis dare noluerit, aut fuprator eam uxorem habere legibus impediatur, reddet pecuniam juxta modum dotis, quam virgines accipere confueverunt. Quod fi confentiente patre fuprator ipfe corruptam virginem in uxorem ducere tenuerit, corporaliter castigatus excommunicatusque in monafterium ad agendam poenitentiam retradatur, de quo nulla erit ei egrediendi fine Judicis permiffione licentia. d.

*Raptorum poena, excommunicatio, depofitio, & fervitus, cum facultate tamen feipfum redimendi. h. d.*

§. 4. Major b legum feveritas raptores cohibet: nam praeter fecularium fanktionum poenas, anathemate cum fuis adjutoribus feriri, aut fi Clerici fint, proprii ordinis & honoris amiffionem fufficere debent.

*In propria fponfa non cadit raptus, & raptus per confenfum purgari poteft. h. d.*

§. 5. Raptus e autem tunc committitur dicitur, cum illa, de cujus nuptiis nihil actum fuerit anica, abducitur. Unde qui fibi defponfam, vel parentibus reclamantibus, abduxerit, in crimen raptus, & in poenas minime incidit. Rapta quoque puella legitime cum raptore matrimonium contrahet, fi prior diffidio in confenfum tranfeat. Raptor enim & rapta, nomina funt vitiorum, non perfonarum: vitia autem cum purgata fuerint, eorum etiam nomina abolentur.

*Raptus Monialis purgari non poteft. h. d.*

§. 6. Sed haec de illis intelligenda funt, qui mulierum Laicarum confenfum habuerunt, nam fi quis Deo dicatas virgines d vel rapuerit, vel volentes matrimonio fibi fociare tentaverit, tanquam facilegium admittens, pro tam nefandis criminis atrocitate plectendus erit, nulla e potius voluntatis facrarum virginum habita ratione.

*Poena fimplicis fornicationis eft arbitraria. h. d.*

§. 7. Demum fi quis cum muliere foluta & impudica fimpliciter fornicatus fuerit, tam poenitentiae modus, quam etiam alia poena in Judicis potiffimum reponetur arbitrio, qui ex qualitatibus variis minorem, vel majorem poenam ftatuet.

## TITULUS IX. DE CRIMINE FALSI.

*Qui per fe, vel per alios literas Papa falians, excommunicati funt cum fuis fautoribus: & Clerici officiis & beneficiis privantur, & degradati traduntur Curia feculari. h. d.*

**A**Dversus eos quoque, qui falfi crimen commiferunt, varie ftatutum reperitur; illos tamen caeteris acris Canonis infeftantur, qui literis Apoftolicis falſis ufi fuerint. Talium enim literarum falſarii f, cum fautoribus & defenforibus fuis anathemate feriuntur: & fi Clerici fuerint, omnibus officiis & beneficiis Eccleſiaſticis perpetuo privabuntur, ita, ut qui per fe falſitatis vitium exercuerint, poſtquam per Eccleſiaſticum Judicem degradati fuerint, feculari poteſtati tradendi ſint fecundum legitimas conſtitutiones puniendi: per quam & Laici, qui fuerint de falſitate convicti, legitime punientur.

*Qui falſis literis utitur, fi Clericus eſt, officiis & beneficiis privatur: ſi Laicus, excommunicatur. h. d.*

§. 2. Mitius cum illis agitur, qui licet his utantur, tamen ipſi non falſificaverunt: ſi enim Clerici fuerint, of-

ficiis & beneficiis Eccleſiaſticis ſpoliandi erunt, ſi Laici, tamdiu excommunicationi ſubſciantur, quamdiu competenter ſatiſfecerint. In utriſque tamen malitia gravius, quam negligentia punietur, quod & de his, qui falſas literas impetrant, obſervabitur.

## TITULUS X. DE HOMICIDIO.

*Aſſinium, ſicuti omnium homicidiorum atrociffimum, ita etiam atrociffime punitur. h. d.*

**C**UM non ad opera tantum ſit reſpiciendum: ſed tempus, cauſa, vo untas, perſonarum differentia, & omnia quae operibus accidunt, ſint perveſtiganda, ſequitur, ut non ſit omnium homicidiorum eadem conditio. Conſtarum vero illud atrociffimum a videatur, quod Aſſinium vulgo nuncupant. Unde non ſolum aſſini ipſi, ſed etiam receptatores, occultatores, conſultatores & defenſores eorum, & qui per eodem quenquam interfici fecerit, aut mandaverit, dignitatibus, honoribus, officiis, beneficiis, omnibuſque bonis nudatus excommunicationis & depofitionis incurret ipſo jure ſententiam, & tanquam Chriſtianae religionis hoſtis a toto Chriſtiano populo perpetuo diffidatus erit.

*Interficiens per induſtriam ſimilis eſt Aſſino. h. d.*

§. 2. Non b aſſimilis eum tenet poena, qui licet non per aſſinium, per inſidias tamen & induſtriam hominem interfecerit.

*Interficiens latronem, non ex neceſſitate, punitur, ſecus, ſi ex neceſſitate. h. d.*

§. 3. Quod ſi e quis latronem & furem per emerit, videamus, an ſit puniendus: & ſi quidem furem abſque occiſione comprehendere potuit, certa adverſus eum ſtatuta poenitentia reperitur. quod ſi non potuit, nulla occiſori erit ex neceſſitate injungenda poena.

*Non punitur homicidium fortuitum, ſi nulla culpa caſum praeciſit. h. d.*

§. 4. Idem etiam obtinebit, ſi caſu perpetratum fuerit homicidium, ut puta, ſi quis d neceſſario inſiſtens operi arborem inciderit, & aliquis ſubtus tranſiens opprimatur: nam ſi neque voluntate, nec ulla incidentis culpa factum fuerit, ut pertranſiens opprimeretur, arborem incidens homicidii poenis obnoxius non erit.

*Poenitentia certorum annorum eſt injungenda parentibus opprimenſibus filios. h. d.*

§. 5. Alia ratio eſt eorum, qui proprios filios oppreſſiſſe reperiuntur. Cum enim hos graviter deliquiſſe non ſit dubium, certorum annorum erit illis injungenda poenitentia.

*Filius a patre, vel ab alio, patre ſciente, expoſitus, liberatur a patria poſſeſtate: & expoſitum ſuſcipiens nulum in eo habet jus. h. d.*

§. 6. Quod ſi e filius a patre, vel ab alio, patre ſciente fuerit expoſitus, aut eodem alimenta denegata fuerint, hoc ipſo a poſſeſtate patria liberabitur. Nec tamen propterea, qui expoſitus ſuſceperit, aliquid in eis jus vendicare, poterit.

*Impediens conceptionem, vel abortum procurans, punitur ut homicidia: ſecus, ſi id caſu fieri conſingat. h. d.*

§. 7. Is quoque, qui vel cauſa explendae libidinis, vel odii meditatione, viro aut mulieri aliquid fecerit, vel potandum dederit, quo minus poſſit generare, vel concipere, vel naſci foetoles, ut homicida puniendus erit. Quamquam alias, ſi conceptus nondum vivificatus fuerit, nec ut abigeretur, quiſquam dolo malo fecerit, qui abortui f occaſionem tradidit, puniendus non erit.

Qui

a C. 1. & ſeq. extr. cod. ſis. b c. 1. 36. q. 2. c. c. pen. & ſin. extr. de rapt. d. can. 2. 36. q. 2. cum ſeq. egl. 1. d. can. 2. f. c. ad falſariorum. extr. cod. ſis.

Jur. Canon. Tom. II.

a C. 1. cod. ſis. in 6. b c. 2. extr. cod. ſis. c. c. 2. extr. cod. ſis. d. can. ſape contingit. 50 diſt. e c. unic. extr. de infanti lang. & impoſt. f c. ſicut ex literarum. extr. cod.

Qui sibi mortem inferunt, habentur similes illis qui impunitus moriuntur. h. d.

§. 8. Novissime sciendum est pro his, qui quocunque prae-textu voluntarie ferro, vel veneno, vel suspensio, vel quolibet modo sibi mortem inferunt, nullam in oblatione faciendam esse commemorationem, & Ecclesiastica eos debere carere sepultura, non aliter atque illos, qui pro suis sceleribus impunitus moriuntur.

T I T U L U S XI.  
DE INJURIIS, ET DAMNO  
DATO.

Inferens injuriam & damnum, debet damnum passo satisfacere, nec illum excusari ignorantia h. d.

**M**itius a cum his agitur, qui in pugna vel rixa aliquem lapide, vel pugno percusserint. Si enim ille mortuus non fuerit, sed in lecto jacuerit, vel operas exercere fuerit impeditus, qui percusserit, & opera ejus, & impensas b immodicas restituet. Et generaliter, si culpa e tua datum est damnum, vel injuria irrogata, vel aliis irrogantibus opem tulisti, aut hac imperitia tua, sive negligentia evenerunt, jure te super his satisfacere oportebit: nec te excusabit ignorantia, si scire debuisti ex facto tuo injuriam, verisimiliter posse contingere, vel jacturam.

Si tuum animal damnum dedit, potes liberari illad dando, nisi sis ferum animal & nocere solitam, & non fuerit adhibita debita diligentia. h. d.

§. 2. Quod d si animalia tua nocuisse proponantur, nihilominus ad satisfactionem tenebris, nisi ea pro noxa dando damnum passis, te ipsum velis liberari, quod tamen ad liberationem non sufficit, si fera fuissent animalia, & quae nocere consueverant, & quam debueras diligentiam non adhibuisti. Diversum statuitur in eo, qui ut damnum non contingeret, nihil omisit.

Injuria inferuntur re, verbis, literis: & poena est arbitraria h. d.

§. 3. Inferuntur e autem injuriae tribus modis: Re, Verbis, & Literis. Re, ut cum manus inferuntur. Verbis, ut cum convicium dicitur. Literis, ut cum in alterius vituperationem carmen, aut famosus libellus describitur: quibus omnibus casibus pro qualitatibus admissi & atrocitate, prudens Judex poenas irrogabit.

Consciens famosam libellam, & manifestans, pari poena puniuntur. h. d.

§. 4. Eo amplius si quis famosum libellum invenerit, & non statim corruperit, vel combusserit, sed ejus tenorem dolose manifestaverit, quasi auctor plectendus erit.

T I T U L U S XII.  
DE ECCLESIASTICIS CENSURIS.

Posit continuationem praecedentium & sequentium. h. d.

**P**ostquam tam primo lib. personarum, quam secundo rerum Ecclesiasticarum tractatum cum his, quae annexa sunt, summam complexi fuimus, subinde ad reliquos venientes, judiciorum tam Civilium, quam Criminalium materiam & seriem explanavimus, delictorum & naturam & poenas breviter pertrahentes: cum tam ratione contumaciae, quam etiam aliorum excessuum Ecclesiasticis censuris interdum aliquos innodari variis locis admonuerimus, superest nunc, ut operi finem imponentes, de ipsis censuris fusius & distinctius differamus.

Quid veniat appellatione censurae Ecclesiasticae, quid sit Excommunicatio, quid Interdictum, quid Suspendio. h. d.

§. 2. Ecclesiasticae censurae nuncupatio tria regulariter complectitur: scilicet. Excommunicationis, Interdicti, & Suspensionis sententiam; Excommunicatio, est a communione exclusio. Interdictum Ecclesiasticum, est a certis sacramentis, & omnibus divinis officiis & sepultura Ecclesiastica facta prohibitio. Suspendio, est inhabilitas quaedam ordinum, vel officiorum executionem impediens. Sed ne de omnibus simul tractantes, legendibus difficultatem ingeramus, distincte de singulis differamus, ac primo de Excommunicatione.

T I T U L U S XIII.  
DE SENTENTIA EXCOMMUNICACIONIS

Minor excommunicatio a perceptione sacramentorum, Major etiam a fidelium communione separatur. h. d.

**E**xcommunicationum duae sunt species, minor scilicet, & major. Minor est, per quam quis a sacramentorum participatione conscientia, vel sententia arcetur. Major est, per quam quis non solum a sacramentorum excluditur perceptione, verum etiam a communione fidelium, quae ab omni actu legitimo separatur ac dividitur: & haec alio nomine a *Anathema* appellatur.

Excommunicationum aliae sunt latae sententiae, aliae ferenda. Et latae sententiae est, cum quis sine facto Judicis a jure excommunicatur. h. d.

§. 2. Rursus excommunicationum alia Canonis, alia Judicis. Canonis est, qua quis ab ipso solum Canone abque Judicis ministerio innodatur, quae etiam alio vocabulo *latae sententiae excommunicatio* nuncupatur. Sciendum est enim complures esse casus, in quibus adeo quis delinquere existimatur, ut nulla expectata Judicis pronuntiatione ipso jure excommunicationis vinculis innoderetur: quod quidem, quantum innumerabilibus prope exemplis declarari possit, unius tamen tantum profectu contenti erimus.

Qui Deo dicatur homines corporaliter offendunt, incidunt in excommunicationem latae sententiae, a qua non possunt absolvi, nisi per Papam. h. d.

§. 3. Si quis igitur b in Clericos, Regulares, Monachos, professos, vel novitios, vel conversos, violentas & impias manus injecerit, ipso jure Canonis incurrit sententiam, a qua praeterquam a Romano Pontifice, vel ejus de latere legato c, a quoquam absolvi non poterit.

Complices inferentium manus violentas Clericis, pari poena cum inferentibus puniuntur. h. d.

§. 4. Sed & si manus quis violentas non injecerit, inferenti tamen vel auctor, vel fautor, vel adjuutor fuerit, aut factum ratum habuerit, pari poena illum plectendum Catholica sanxit auctoritas, eos etiam delinquentibus favere interpretata, qui cum possunt, manifesto sceleris desinunt obviare.

Dirigens, vel ducens Clericos in vincula, incurrit excommunicationem latae sententiae, nisi faciat de voluntate suorum Praelatorum. h. d.

§. 5. Interdum etiam si nullam corporis lationem Clericis quis intulerit, excommunicationis tamen poenam non evadet: ut puta d, si Laicos in publica, vel privata custodia illos detinuerit, vel in vincula conjecerit, nisi tamen id de mandato faciat Praelatorum, quorum illi sunt jurisdictioni subjecti: tunc enim citra excommunicationis metum, & capere Clericos, & ad iudicium violenter ducere Laici poterunt, cum hoc non ipsi, sed illi quorum auctoritate hoc faciunt, agere videantur, dum tamen non amplius eorum se extendat violentia, quam defensio Clericorum exigat.

Si

a c. i. extr. eod. tit. b in medicos, melius. c. c. fin. extr. eod. tit. d. c. fin. §. quod c. extr. eod. tit. e gl. in var. injuria c. fin. extr. eod. tit.

a Can. fin. §. 9. q. 4 b c. non dubium. extr. eod. tit. c. c. ad eminentiam. extr. eod. d. c. nuper a nobis. extr. eod. tit.

*Si Abbas imparet Laico, ut Monachum etiam causa disciplina verberet, uterque incidit in excommunicationem: secus autem, si imparet Clerico ex causa necessitatis. h. d.*

§. 6. Quod autem diximus, non facientes, sed eos, quorum sit auctoritate, quid facere videri, absolute non procedit. Nam a si Laicus, qui in Abbatis ipsius servitio commoratur, ejusdem jussu in Clericum, vel Conversum, vel Monachum eadem subsistente causa manus injecerit, tam qui tales verberari precipit, quam qui mandato verberet alterius, excommunicationis sententiam non evadent. Nam si disciplina regularis gratia id faciendum sit, vel Abbas id per seipsum faciat, vel si necessitas urgeat, per Clericum, vel Monachum id fieri jubebit.

*Tam percussus volentem Clericum, quam Clericus consentiens, sunt excommunicati. h. d.*

§. 7. Volentem b quoque Clericum si quis percusserit, nihilominus excommunicationis censuram incurret: ut responsum est de eo Clerico, qui cum Laico injuriam intulisset, volens secundum consuetudinem patrie pro injuria illata offensionem satisfacere, sponte sua fustium se subjecit percussioibus. Quamquam enim hæc manuum injectio non sit violenta, tamen injuriosa videtur: & Canon respexit non tam favorem Clerici ordinati, quam Clericali ordinis: unde hoc casu tam percussus, quam seipsum percussioibus sponte subijciens excommunicationis sententiam innotabitur.

*Pone tres casus, in quibus percussus Clericos in Canonem lata sententia non incidit. h. d.*

§. 8. Ex contrario accidit interdum, ut etiam pro violenta manuum injectione excommunicationi quis non subijciatur: veluti c si Clericum sibi manus inferentem ita quis incontinenti vi repellat, ut lationem inferat, aut in eum, quem cum uxore, matre, sorore, vel filia turpiter se gerentem invenerit, manus violentas injecerit. Idem statuitur, & de eo, qui illum percusserit, quem probabiliter ignorabat esse Clericum.

*Inserentes Clericos, qui posthabito habitu committunt enormitates, non sunt excommunicati. h. d.*

§. 9. Quinimo etiam occiderit quis Clericos, vel Presbyteros, qui contempto Clericali habitu sceleribus sese immiscuerint, in odium Clericali excessus Canone laicæ sententiæ minime coercetur: frustra enim Ecclesia implorat auxilium, qui in Ecclesiam ipsam committit. d

*Qui ratione officii vel intuitu disciplina Clericos percussit, non sunt excommunicati. h. d.*

§. 10. Item si qui ratione & officii, quod obtinent in Ecclesia, aut si Clerici seniores, pueros, vel adolefcentes in minoribus ordinibus constitutos divinum turbantes officium, vel etiam si qui magisterii, vel prælationis obtentu subditos & scholares correctionis causa percusserint, excommunicationis sententiam non incurrent. Quod & de his intelligendum est, qui aliquos de familia sua, vel propinquos inferiorum graduum simili modo, ut ab excessibus prohibeantur, & scientia bonique moribus informetur, corrigendos duxerint, & aliis casibus compluribus.

*Ex causa potest quis absolvi ab alio, quam ab Apostolico. hoc dicit.*

§. 11. Quod f autem supra diximus, ab hac excommunicatione, ab alio quam ab Apostolico, aut ejus legato absolvi neminem posse, non est perpetuum. Nam si quis excommunicationis laicæ sententiæ vinculis innodatus, in mortis articulo constitutus reperitur, aut capitales habeat inimicitias, aut alias justas excusationes,

ita, ut sine periculo Apostolico se nequeat conspectui præsentare, licebit diocæsano Episcopo, juramento secundum morem Ecclesiæ recepto, sibi absolutionis gratiam impertiri.

*Cessante causa cessat effectus. h. d.*

§. 12. Periculo a tamen & impedimento cessantibus, quam cito commode poterunt, ad sedem Apostolicam se præsentabunt, mandatum illius super negotiis, pro quibus excommunicati fuerant, humiliter excepturi, & pro ut iustitia suadebit, satisfacturi, alioqui si id facere contempserint, ne temere & impune censuræ Ecclesiasticæ illudatur, ipso jure in eandem sententiam recident: quod generaliter constitutum est, quotiescunque legitima subsistente causa, ab alio quis, quam ab eo, a quo alias de jure absolvendus fuerat, absolutionis beneficium consecutus fuerit: & quibusdam casibus similibus.

*Si modica sit illata injuria Clerico, vel qui insultis non provelta sit aetatis, potest Ordinarius absolvere eum, qui incidit in Canonem lata sententia. h. d.*

§. 13. Item b si non enormis, sed modica & levis injuria fuerit Clericis irrogata, inferens per Episcopum absolvi poterit. Item aetatis intuitu juris rigor mansuetudine temperatur. Unde c si in pueritia constitutus in Canonem incidit sententiæ promulgata, sive ante, sive post pubertatem sese absolvi postulet, diocæsanus Episcopus absolutionis beneficium impertiri poterit.

*Monachi, vel Moniales se invicem, vel conversos percussiones, sunt ab Abbate, vel Episcopo absolventi. h. d.*

§. 14. Monachi quoque, & alii Regulares quomodocunque d in claustris sese invicem percusserint, non ad Apostolicam sedem remittendi, sed secundum providentiam proprii Abbatis coercendi erunt, quod si Abbas non sufficit, Episcopus adhibendus erit. Simile statuitur de Monialibus: Nam si vel in se invicem, vel Conversos, aut Conversas suas, aut etiam Clericos violentas manus injecerint, ne contra muliebris sexus verecundiam, & regularis observantia decorem peregrini compellantur, per Episcopum, in cujus diocesi monasteria fuerint, absolutionem consequuntur. Sunt & alii casus, quibus ab alio quis, quam ab Apostolico ab hac excommunicatione absolvi poterit, ut ex ipsis Decretalium libris facile apparere potest.

*Ex causa certis casibus absolutio potest delegari. h. d.*

§. 15. His autem e quibus id certis casibus ex officio competit, non solum per seipsum absolvere, verum etiam aliis, cum expedire viderint, hujusmodi absolutionem committere poterunt.

*Excommunicatio judicialis est, quam infert Judex, & cui causa committitur, omnia qua causam contingunt, consentur permissa. h. d.*

§. 16. Judicialis, sive judicialis excommunicatio est, quæ Judicis, ministerio infertur. Judicem autem hoc loco intelligimus, non solum ordinarium, verum etiam delegatum. Nam si cui per Apostolicum causa etiam simpliciter delegetur, nec literæ commissionis de excommunicatione quicquam contineat, poterit nihilominus delegatus concessæ sibi auctoritatis ratione contumaces, ut supra diximus, Ecclesiastica severitate coercere.

*Excommunicationis sententiam debet præcedere monitio: & debet ferri in scriptis, ita ut causam contineat. hoc dicit.*

§. 17. Quoties autem causa suberit, ut Judex subditum suum Ecclesiastica distributione coercer (cum medicinalis f, non lethalis excommunicatio esse debeat) non aliter, quam competentibus præmissis monitionibus & ad hujusmodi sententiam descendere, quam etiam de scripti

a C. universitatis. extr. eod. tit. b c. contingit interdum. extr. eod. tit. c. si vero ei. x. §. si vero. extr. eod. d. c. in audientia. §. ad hac. extr. eod. tit. c. c. cum voluntate. §. fin. extr. eod. tit. f. c. quamvis incidens. extr. eod. tit.

a Cap. eos qui. eod. tit. in 6. bc. perversis. extr. eod. tit. c. c. fin. eod. tit. d. c. can. extr. eod. tit. e. c. fin. extr. de off. ord. f. c. x. eod. tit. g. can. sacro approbante. extr. eod. tit.



scripti recitatione proferet, ita ut causam, ob quam profertur, expresse contineat, aliaque observabit, quæ tam generali, quam Lugdunensi Concilio editis constitutionibus sunt comprehensa, earundem poenæ, si contra fecerit, subiciendus.

*Judex aliquem excommunicans, in dubio censetur inferre majorem excommunicationem.* h. d.

§. 18. Sed quæri poterit a, si Judex illa verborum formula usus fuerit, illum excommunico, vel simili, quæ de majori vel minori excommunicatione quicquam non expresserit, utra magis quis excommunicatus censetur? Et responsum est, non tantum minorem, sed etiam majorem censeri per Judicem illatam: quam non modo a sacramentis, & fidelium participatione exclusio, sed alii præterea multi consequuntur.

*Communicans excommunicatis incidit in excommunicationem: & Judices jurare debent, quod excommunicati ab actibus legitimis, & commercio aliorum abstineant.* h. d.

§. 19. Quorum ille prætereundus non est, quod quædam de excommunicatorum absolutione legitime non constat, qui cum ipsis communicaverint, ipsi quoque nullo obstante privilegio, ipso jure excommunicationem incurrunr, decretumque est b propterea, ut ab Ecclesiasticis Judicibus seculares Judices Canonica præmissa monitione Ecclesiastica censura compellantur, ut excommunicatos ab agendo, patrocinando, & testificando in suis curiis & judicibus repellant.

*Defectu, qui obvenit mihi ex eo, non potes usi contra me ad sumum commodum.* h. d.

§. 20. Dubitatum est tamen fuit, num is, qui excommunicato in locutione, vel oratione scienter communicat, excommunicatum ipsum a judicio contra se instituendo immovere possit: cum ille communionem hujusmodi contra eum replicet: & cum is, qui impetitur, a sacramentorum perceptione sit remotus, alius vero etiam a fidelium communione, replicatione minime suffragante, judicium procedere non poterit.

*Excommunicato communicari non potest ante absolutionem, etiamsi dederit cautionem juratoriam de parendo mandatis Ecclesiæ, & Episcopus ei communionem reddiderit, etiamsi morte præventus non passerit absolvi.* h. d.

§. 21. Nec d ideo magis agere volenti communicari poterit, quod ipse ex consuetudine de parendo mandatis Ecclesiæ juratoriam dederit cautionem, eique communionem Episcopus reddiderit, aut quod eos, cum quibus participavit, postmodum impugnavit: nam nisi post juramentum præstitum secundum formam Ecclesiæ absolutus fuerit, nec cautio, nec perperam restituta communicatio quicquam proderit. Quod ipsum obtinere etiam, si post prædicta, morte quis præventus, absolutionis beneficium obtinere non poterit: nec enim ei, cui vivo non communicamus, defuncto communicabimus.

*Excommunicatus si ante mortem offenderis signa poenitentia, etiam mortuus potest absolvi.* h. d.

§. 22. Plane f si de mortui poenitentia, per evidentia signa, dum viveret, confiterit, defuncto quoque absolutionis beneficium a proprio Judice impendendum erit, hæretesque ejus ut pro ipso satisfaciunt, si sponte nolint, Ecclesiastica censura compelli poterunt.

*Diffamatio de excommunicatione non possimus communicare, nisi se purget, vel ad cautelam se faciat absolvi: & toleratus ab Ecclesiâ non debet vitari, nisi in occulto.* h. d.

§. 23. Sed g et si qui pro sacrilega manuum injectione in edictum excommunicationis incidit, denunciatus quidem non sit, sed de patrato scelere publica laboret in-

famia, nemo sibi pari ratione communicare debet, nisi vel ad arbitrium Episcopi de hoc se purgaverit, vel ad cautelam absolutionis beneficium consequatur: nisi forte a soli tibi de facinore constet: hoc enim casu, quamdiu toleratur ab Ecclesiâ, privatim tantummodo a te vitandus erit, ut saltem verecundiæ rubore suffusus, pro latenti excessu satisfacere compellatur.

*Participatio criminosa cum excommunicatis implicat participantem eadem excommunicatione.* h. d.

§. 24. Sed multum interest, qualiter excommunicato communicetur: nam si quidem crimini & criminoso communicavit quis consilium, puta auxilium, vel favorem impendendo, vel forte cum Clerico ab Apostolico excommunicatis scienter b & sponte participaverit, & ipsos in officiis receperit: eadem excommunicationis sententia involvetur, qua illi ipsi sunt obstricti, quibuscum ita ab eo communicatum fuit, eumque ratione damnati criminis c in eum, qui damnavit, delinquere videatur, merito ab eo, vel si videtur, ejus Superiore, juramento præstito, delicti tunc erit absolutio requirenda. Et idem statuetur, si qui cum participibus suis excommunicati fuerint.

*Participatio cum excommunicato non criminosa, illegas participantem minori excommunicatione, a qua per ordinarium absolvi potest.* h. d.

§. 25. Quod si aliter, puta d in choro, in mensa, in osculo, aut sermone excommunicato communicatum fuerit, tunc minor tantum incurritur, & nulla interveniente juratoria cautione a proprio Sacerdote, vel Episcopo, absolutionis beneficium obtineri poterit: quamvis enim & tunc non Judicis, sed Juris sententia excommunicato communicans sit illegatus, quia tamen conditor Canonis ejus absolutionem sibi specialiter non retinuit, eo ipso relaxandi facultatem aliis concessisse videtur.

*Communicans excommunicato in contemptum, incidit in majorem excommunicationem.* h. d.

§. 26. Hoc e tamen sic obtinet, cum non in contemptum Ecclesiasticæ disciplinæ cum excommunicatis quis commercium habuerit: nam qui contra prohibitionem sui Præfulis excommunicatorum communioni sese ingesserit, anathemate feriendus erit.

*Si excommunicatus minori indurefcat in ea, poterit excommunicari majori.* h. d.

§. 27. Quod si ex locutione & aliis similibus minori excommunicatione irretitus fortius indurefcat, poterit Judex post Canonicam monitionem f etiam majori excommunicatione, & consimili participantem illegare. Quod & in suspensionis, & interdicti sententiis observandum erit.

*Qua sit monitio Canonica.* h. d.

§. 28. Tunc g autem Canonica censetur esse monitio, si competentibus intervallis atque aliis rite observatis, eos qui monentur, expriment nominatim.

*Ignorantia excusat participantem cum excommunicato, hoc dicit.*

§. 29. Interdum tamen excommunicato communicans neutrius excommunicationis vinculo obstringitur, ut accidit in eo, qui cum illo conversatus fuerit, quem excommunicatum probabiliter ignorabat.

*Episcopi debent proplare nomina excommunicatorum.* h. d.

§. 30. Unde ut excusationis causa omnibus auferatur, providere debent Episcopi b, ut excommunicatorum omnium nomina tam suis parochianis, quam vicinis Episcopis pariter indicent, eaque in celebri loco posita pro foribus Ecclesiæ cunctis convenientibus inculcent,

ut

a C. pen. extr. eod. b c. discernimus. eod. tit. in 6. c. c. 2. extr. de except. d. c. cum desideras. & c. a nobis. el. secundo. extr. eod. tit. c. d. c. a nobis. f. c. a nobis. el. secundo. ver. potest. extr. eod. tit. & in fin. g c. cum desideras. §. secundum. extr. eod. tit.

a C. cum non ab homine. extr. eod. tit. b c. significavit nobis. extr. eod. tit. c. nuper a nobis §. in primo. extr. eod. d. c. nuper a nobis. §. in secundo. extr. eod. tit. e c. fin. extr. de Cler. excomm. f. c. constitutionem. eod. tit. in 6. g d. c. constitutionem. eod. tit. in 6. h can. supra sit. xl. q. 1.

ut hujusmodi adhibita diligentia excommunicatis Ecclesiasticis aditus adimatur.

*Omnes qui ante prolationem sententiæ tenebantur excommunicato communicare, tenentur etiam post. h. d.*

§. 31. Uxores quoque excommunicatorum, filii, servi, ancillæ, rustici, servientes, & omnes qui ante sententiæ prolationem excommunicati obsequio tenebantur familiariter adherere, non solum a communione excusantur, verum etiam (præterquam a in criminibus) communicare tenentur, cum sine illa debita præstare nequeant obsequia.

*Necessitas, vel simplicitas excusat a communione cum hæreticis. h. d.*

§. 32. Mercatores autem, & viatores, nisi aut creditores sint excommunicatorum, aut necessitatis imminet articulus, abstinere debent: sed si in terram excommunicatorum devenerint, ubi vel non possint ab aliis emere, vel unde emant, non habeant, ab eisdem accipere possunt: nec illos excommunicationis metas impedit. Prædicatores quoque, præsertim qui alias sustentari non possunt, ab excommunicatis, & alienorum bonorum detentoribus elemosinam licite recipere possunt. Idem juris est de iis, qui adeo sunt rudes, ut eorum consilio verisimiliter scelera perpetrari non possint: aut qui cum iis communicant, qui communicant excommunicatis.

*Omnia eodém modo excommunicatis communicans non cadit in excommunicationem: secus, si quis solum metu communicet. hoc dicit.*

§. 33. Sed an in vitus b excommunicatis communicans excommunicationis labe inquinetur, videamus: siquidem sit per coactionem astrictus, cum magis hoc casu pati, quam agere videatur, excommunicatione non tenebitur. Aliud statuendum erit, si quis per metum sit inductus: licet enim merus culpam minuatur, quia tamen eam non proflans excludit, cum nullius metu obtentu mortale peccatum quis incurrere debeat, excommunicationis poenam non evadet.

*Communicans excommunicato in convertendo, non est excommunicatus. h. d.*

§. 34. Item cum voluntate c & proposito maleficia distinguantur, excommunicationis sententiam non incurrit is, qui excommunicato in his, quæ ad absolutionem, vel alias ad salutem ejus pertinent, in locutione participat, licet & alia verba incidenter, ut apud eum magis proficiat, interponat.

*Absolutio ab excommunicatione ad cautelam peti potest. hoc dicit.*

§. 35. Si quis tamen d ex his dubitet, vel ex aliis, ne non Judicis, vel canonis sententia sit innodatus, se se per competentem Judicem, juxta Innocentianarum constitutionum tenorem ad cautelam absolvi postulare poterit, quod & is qui minori innodatus excommunicatione, exequi poterit.

*Excommunicationis absolutio non debet peti omisso medio, nisi in contrarium sit consuetudo. h. d.*

§. 36. Sed hoc casu advertendum erit, ne omisso medio ab eo, qui tuus Judex non sit, absolutionis beneficium postulet. Pone enim, quod Suffraganei cujusdam subditus, puta Archidiaconus, excommunicationis in teulerit sententiam, non jam a Metropolitanano, cum nec excommunicantis Judex sit, nec excommunicati, sed ab ipso Suffraganeo absolutio petenda erit, nisi consuetudo e contrarium induxerit.

*Sede vacante absolvis, qui habet Episcopalem jurisdictionem. h. d.*

§. 37. Episcopali vero sede vacante f, Capitulum, seu is, ad quem Episcopalis jurisdictio tunc temporis

pertinere noscitur, his, quibus possit Episcopus, si viveret, ab excommunicationis sententia, sive juris, sive hominis fuerit, absolutionis beneficium impertiri poterit: nisi e fuerit ab Apostolica sede specialiter interdicta potestas.

*Superior de excommunicatione cognoscens, videns illam justam, debet excommunicatum ad inferiorem remittere, nisi is malitiose differat absolvere: secus autem, si comperiat illam injustam: sed si dubitetur, honeste faciet, si remittet. h. d.*

§. 38. Ubi vero superiori competit de excommunicatione cognoscere, si eam justam esse constiterit, veluti a eum propter manifestum excessum est in aliquem promulgata, superior Judex, nisi sit in mora periculum, excommunicatum ad excommunicatorem prorsus remittere debet: nec eum absolvet, nisi excommunicator requisitus dolo illi absolutionis beneficium exhibere denegerit. Si vero hujusmodi sententiam injustam esse constet, excommunicatus ad suam excommunicatorem nequaquam remittendus erit, sed sine difficultate debet absolvi. Quod si dubitetur, utrum iusta sit vel injusta, superior illam tollere poterit: quanquam hoc casu honestius & convenientius egerit, si excommunicatori deferat.

*Ubi manifestum est delictum, non conceditur absolutio, nisi prævia cautione: alias secus. h. d.*

§. 39. Manifestum b autem excessum illum esse intelligimus, qui vel per confessionem juridice motus fuerit, vel si sit adeo res evidens, ut nulla possit tergiversatione celari. Quo casu c non ante concedenda erit absolutio, quam idonea pro delicto præstatur satisfactio: ceterum si de admissio dubitetur, ut sententia relaxetur, sufficere, si de parendo mandatis Ecclesiæ legitime cautum fuerit: quanquam si pro simplici contumacia excommunicatus, solum de stando juri cautionem exhibuerit, absolvendus erit.

*Si pars se dicat post appellationem, vel alias nulliter fuisse excommunicatum, sunt super hoc pariter admittenda probationes, ut appareat, an quis indigeat, absolutione. h. d.*

§. 40. Multum etiam intererit, utram absolutionis beneficium postulans, se post appellationem ad Rom. Pontificem legitime interpositam, vel alias nulliter excommunicatione innodatum conquirerat: an vero simpliciter injuste se proponat excommunicatum. In prima enim specie, si Episcopus sit probare paratus, se in illum, antequam vocem appellationis emitteret, sententiam protulisse e antequam decerneretur aliquid, utriusque partis super hoc probationes sunt admittendæ, per quas denique apparebit, an absolutione indigeat conquirerens, vel potius non ligatus sit denunciandus.

*Si quis dicat se injuste excommunicatum, prius est absolvendus, antequam sint admittenda probationes super iustitia excommunicationis. h. d.*

§. 41. Aliud juris erit, cum injuste se quis excommunicatum asserit: tunc enim si Episcopus, ut ostendat, quod iuste excommunicaverit, probationes suas admitti postulet, audiendus non erit: nam est constaret excommunicationis sententiam iuste promulgatam, nihilominus humiliter postulantem esse absolutio impendenda: ideoque hoc casu protinus juxta formam Ecclesiæ congruentem absolvendus erit, ut demum probationibus utriusque partis admissis, utrum iuste qui ligatus fuerit, decerneretur.

*Innodatus pluribus non potest ab una tantum excommunicatione absolvi. Et absolutio subreptitia non tenet. h. d.*

§. 42. Quod si quis pluribus innodatus d excommunicationibus, etiam ex eodem facto descendentibus, de una tantum causa velit satisfacere, communioni ob id restituendus non erit, nec per veritatis suppressionem extorta absolutio sibi quicquam proderit. e

Si or-

a C. si concubina. extr. eod. tit. b c. sacris est canonib. extr. de iis qui sunt vi, metusve causi. c. c. voluntate. extr. eod. tit. d. c. 2. eod. tit. in 6. e. gl. 2. c. referente. extr. d. e. p. b. f. c. ant. de major. & obed. in 6.

Jur. Can. Tom. II.

a C. venerabilibus. §. sane. eod. tit. in 6. b e. cum olim extr. de verb. sign. c. c. ex parte. in fin. de verb. sign. extr. d. c. cum pro causa. extr. eod. tit. c. c. officii. in fin. extr. eod. tit.

Si ordinarius scias per surreptionem impetratam ab Apostolica sede absolutionem, debet remittere perperam absolutum ad sedem Apostolicam: si vero hoc sibi non constet, sed suspicetur, debet absolutum cogere ad purgationem. h. d.

§. 43. Quinimo si confiterit a excommunicatum occultatis excessibus, pro quibus in eum sententia lata fuerit, ab excommunicationis suæ causam aliam prætendentem, ab Apostolica sede absolutionis beneficium impetrasse, eundem debet ordinarius Ecclesiastica censura compellere, ut cum literis suis rei veritatem continentibus ad sedem Apostolicam redeat: si vero illud liquido non confiterit, cum tamen ordinarius, quod veritatem confessus non fuerit, suspectum habeat, ad purgationem præstandam, quod verum falsus fuerit, compellet.

Absolutus vi, vel metu, duplici excommunicatione innotatur. hoc dicit.

§. 44. Illud etiam admonendi sumus, quod licet vi vel metu facta regulariter merito jure teneant: si quis tamen ab excommunicationis, suspensionis, vel interdicti sententia, absolutionis aut revocationis cujuscunque beneficium per vim vel metum extorserit, vtriusque omnino caritatum: quin potius ne sine vindicta violentia creat audacia, qui absolutionem, vel revocationem, vi vel metu extorserit, quasi propria confosus sagitta, iterato excommunicationis sententia subiacet.

Excommunicatus, cui Papa communicat, non propterea censetur absolutus, nisi Papa id exprimat. h. d.

§. 45. Novissime b sciendum est, quod si Apostolicus etiam scienter excommunicato participet literis, forte cum salutationis alioquo destinatis verbis c, osculo seu alio quovis modo, ipsum per hoc absolvere nulla ratione censetur, nisi forsitan exprimat, velle illum ex hoc pro absoluto haberi.

Hac de excommunicationis sententia delibasse sufficiant: nunc de interdicto Ecclesiastico & suspensione pauca et discipiamus.

#### TITULUS XIV. DE ECCLESIASTICO INTERDICTO.

Interdictum aliud Juris, aliud Judicis: qua distinctio exemplis declaratur. h. d.

**H**abent Ecclesiastica interdicta cum excommunicatione multa communia: nam & illorum alia ipso jure inducuntur, alia Judicis sententia. Juris ipsius dispositione interdictum inducitur, veluti cum civitas, vel universitas in electione Romani Pontificis servanda non servaverit, aut in necem Cardinalis aliquid machinata fuerit, sive ab Ecclesiis, vel personis Ecclesiasticis aliquid extorserit, aut usurarias domos commodaverit. Item cum in Ecclesia d sanguinis vel humani seminis effusione polluta, aut simoniace consecrata, celebrari jure vetatur.

Celebrans in Ecclesia polluta, vel simoniace consecrata, non incurrit irregularitatem: secus, si alia ratione violas interdictum. h. d.

§. 2. Est e autem inter hæc differentia non modica: nam si quis in ea Ecclesia celebret, quæ vel polluta sit, vel simoniace consecrata, licet hoc temerarie faciat, nullam tamen ob id irregularitatis laqueum incurrit: is vero, qui scienter celebrat in locis alia ratione interdicto suppositis: irregularitatem incurrit, a qua per alium, quam per Romanum Pontificem, liberari non poterit, nisi aliqui super hoc privilegio, vel jure muniti fuerint.

Quid sit judiciale interdictum. h. d.

a C. ex parte tua extr. de off. ord. b Clem. fin. eod. tit. c c. si aliquando. extr. eod. tit. d c. is qui. de sent. excomm. in 6. e d. c. is qui. §. fin. & d. c. is qui. §. fin.

§. 3. Judicis sententia tunc inducitur interdictum, cum competens Judex ex aliqua causa terram, vel homines a divinis arcendos pronunciat ac præcipit.

Interdictorum quedam generalia, quedam specialia. hoc dicit.

§. 4. Rursus interdictum, quod prolatione Judicis inducitur, aliud est generale, aliud speciale. Generale interdictum est, non solum cum regno & provinciæ, sed etiam cum castro & villæ divinis interdicuntur. Speciale est, cum inter plures Ecclesias paucæ, vel una interdicitur.

Interdicto loco principali censetur interdictus accessorius vicinus & contiguus: & dispositio Judicis non debet posse reddi elusoria. h. d.

§. 5. Et si quidem civitas, castrum, aut villa a generali subjiciatur interdicto, non solum quæ murorum continentur ambitu, censetur interdicto supposita, sed etiam illorum suburbia & ædificia b continentia: alioquin si in illis locis possit licite celebrari, Ecclesiastica censura facile contemni possit. Eadem quoque ratione si specialiter Ecclesia fit interdicto supposita, nec in capella ejus celebrari, nec in cosmeterio eidem Ecclesiæ contiguus sepeliri poterit.

Respectu personarum interdictum Ecclesiasticum est stricte interpretandum: & unus non potest pro delicto alterius excommunicari. h. d.

§. 6. At non sicut in locis, ita & in personis lata fit interpretatio: ideoque c, si sententia interdicti proferatur in populum, Clerus interdictus non intelligitur, nec e converso: unde interdicto alterutro ad divina licite alter admittitur. Sed & si propter delictum domini (nam pro pecuniaria causa sine speciali sedis Apostolicæ, & per patentes literas expressa licentia, interdicti sententia ferri non poterit) vel Rectoris civitas fit interdicta, cives, qui culpabiles non existunt, alibi divinis licite interesse poterunt, nisi cives quoque propter dominum, vel Rectorem puniendum interdicti fuerint. Quod quidem in excommunicationis sententia contingere non poterit, neque enim pro peccato auius, alius, puta ipsius familia, excommunicari poterit.

Interdicta universitate, & singuli de universitate censentur interdicti, ne interdictum reddatur elusivum. h. d.

§. 7. Idem d cum loci alicujus populus Ecclesiastico supponitur interdicto, singulares ex eo personæ, quas interdictas esse constat, ne sententia effecta careat, non debent alicubi, casibus expressis a jure duntaxat exceptis, audire divina, vel Ecclesiastica recipere sacramenta, cum divinatorum auditio, & sacerdotum percipio populo, ut universis, non competat.

Regulariter tempore interdicti potest quis baptizari, chrismani, & verbum divinum audire h. d.

§. 8. Excepti e vero casus sunt: si qui ad baptismum, chrismatum, & penitentiam sacramenta, vel ad verbum divinum audiendum admitti velint, tam si infirmi sint, quam si sint in bona valetudine constituti. Quod tamen in his, qui interdicto causam dederunt, non obinet irridicte: sed in eis Bonifaciana f constitutionis forma observanda erit. Quæ & alia quedam interdicti tempore fieri benigne indulget, ut ex ipsius constitutionis perpenso tenore facile apparere poterit.

Tempore interdicti potest consci sacrorum Chrisma: sed Unctio extrema, Ecclesiastica sepultura, & divinatorum celebratio sint prohibita, nisi concessa quibusdam sint ex privilegio: & violantes interdictum incurrunts excommunicationem, non obstantibus privilegiis. h. d.

§. 9. Ve-

a C. si civitas. de sent. excomm. in 6 b consigua, forse. c c. si sent. de sentent. excomm. in 6. d c. si sentent. § cum vero. de sent. excomm. in 6. e c. responsa nostro. exp. de sent. excomm. l. c fin. de sent. excomm. in 6.

§. 9. Velut a igitur interdicti tempore jure Chrismatibus utimur auctoritate, sic licet regio sit interdictio supposita, Chrisma die Coenae Domini posse confici dubium esse non debet. Unctio autem extrema, & Ecclesiastica sepultura, & divinorum officiorum celebratio tempore generalis interdicti omnibus denegatur, nisi quibusdam, quibus id ex gratia certa servata forma conceditur: ceteri autem, sive Clerici, sive Laici, qui interdictum violando nervum Ecclesiasticae disciplinae conantur infringere, quibuscunque privilegiis non obstantibus, sententiae excommunicationis subjiciuntur: a qua per sedem duntaxat Apostolicam absolvi poterunt.

*Appellationis praetextus violatoribus interdicti minime suffragatur. h. d.*

§. 10. Nec aliquid violatoribus proderit, quod appellasse, atque adeo se interdicti sententiam minime teneri contendat, sicut enim post appellationem excommunicari non possunt, sic interdictum, cui ante appellationem eos constat esse suppositos, declinare nequeunt.

### T I T U L U S XV. DE SUSPENSIONE.

*Suspensio est duplex, ut excommunicatio, & interdictum, hoc dicit.*

**S**uspensio quoque alia est Canonis, alia Judicis, sicuti excommunicatio, & interdictum. Canonis est, veluti cum quis ob Simoniam, vel ob notoriam fornicationem, vel aliud crimen ipso jure a sui executione ordinis vel officii arceatur.

*Ob mortale peccatum non notorium est quis suspensus, quoad seipsum, non quoad alios. h. d.*

§. 2. At si b crimen per sententiam, vel per confessionem factam in jure, aut per rei ipsius evidentiam notorium non sit: & si quilibet pro mortali peccato, quoad seipsum, sit suspensus, quoad alios tamen pro suspensus non habetur: ideoque in officiis Ecclesiasticis vitandus non erit.

*Quid sit suspensio Judicis. h. d.*

§. 3. Judicis suspensio est, ut cum sententia quis ab eadem executione ex causa removetur.

*Suspensio solum ordinem & statum Ecclesiasticum respicit: & privatio praesupponit habitum. h. d.*

§. 4. Est autem suspensio (velut Ecclesiastica censura considerata) respectu quodam aliquanto quam excommunicatio, vel interdictum, strictior: quippe quod excommunicatio, & interdictum non solum Clericos, verum etiam Laicos innectere possunt: ut suspensio cum nihil aliud sit, quam inhabilitas quaedam ad exequendos ordines, & officia Ecclesiastica, nullos praeterquam ipsos Clericos attingere potest. Nec ulli ejus ordinis, vel officii, cujus est penitus expertus, administratio vetari & interdicti potest.

*Ingerens se divinis, incurrit irregularitatem. Et quid sit Irregularitas. h. d.*

§. 5. Cavebunt a igitur Clerici, Judices, & Ecclesiarum Praelati, ne poenam hanc suspensionis incurrant, scituri, quod si ea durante sese divinis ingesserint (secundum Canoniarum sanctionem tenorem & distinctionem) irregularitatis laqueo sese involvent, a quo interdum non, nisi per summum Pontificem, liberari poterunt. Est autem Irregularitas, nota quaedam, seu Canonicum impedimentum, ex facto seu defectu proveniens, quo quis tam ad Ecclesiasticos ordines promoveri, quam promotus in iisdem ministrare prohibetur: quod qualiter accidat, tam supra ex primo libro \* quam etiam ex varijs Decretalium locis facile est legentibus cognoscere.

*Episcopi & Superiores nunquam incurrant sententiam interdicti, vel suspensionis, ipso jure, nisi de ipsis expressa mentio habeatur. h. d.*

§. 6. Ea propter optima ratione, Innocentiana b constitutione cautum est, ne Episcopi eorumque superiores ullius constitutionis, sententiae, sive mandati occasione, interdicti, vel suspensionis sententiam (nisi in ipsis de Episcopis expressa mentio habeatur) ipso jure incurrant: esset enim hoc nimis periculosum, ob Pontificalis officii, quod frequenter exercere compellantur, executionem.

*Explicit liber quartus & ultimus Institutionum Juris Canonici in quibus, si quid diversum Lector invenierit ab his, quae in Commentario jam pridem edito declinata inveniuntur, scito ea Auctorem, cum ultimam Operi limam adhiberet, meliora secusum immutasse.*

a C. quoniam in de sens. excomm. in 6. b c. si. exst. de cephabis. Cler. & mul.

a C. 1. in fin. & c. is cui. de sent. excomm. in 6. \* supra, qui promoveri non possunt. b c. quia periculosum. 4. de sent. excomm. in 6.

## F I N I S.

# NOTARUM IN JURE CANONICO OCCURRENTIUM.

Sive

## ABBREVIATIONUM USU FREQUENTIORUM EXPLICATIO

### IN GRATIAM TYRONUM

adnexa.

<b>A</b> P.	<i>Apostolic.</i>	j.	<i>infra.</i>
ap. Bonif.	<i>apud Bonifacium. Vide in 6.</i>	j. Gl.	<i>Juncta Glossa, id est, addita ad textum Nota interpretis Glossæ auctoris.</i>
ap. Greg.	<i>apud Gregorium. V. e.</i>		
ap. Justin.	<i>apud Justinianum. V. Inst.</i>		
arg. ar.	<i>argumento.</i>		
Auth.	<i>Authentica, id est, summa novellæ alicujus, Codici inserta.</i>	in auth. Col. 1.	<i>in authentico, Collatione 1. sive in Novellis Justiniani, Sectione 1.</i>
Auct.	<i>Auctoritate.</i>	in Extr. Comm.	<i>in Extravagantibus Communibus.</i>
C. cau.	<i>causa, sive in 2. parte Decreti Gratiani.</i>	in f.	<i>in fine.</i>
c. can.	<i>canone, id est capitulo Decreti ejusdem, aut alicujus Concilii.</i>	in p. d.	<i>in Parte decisa, id est, in ea Parte Decretalis, quæ resecta est &amp; omiffa a Compilatore, tanquam minus necessaria: quam sæpe ex antiquis Collectionibus Injungunt Correctores Romani, alio caractere.</i>
con. c.	<i>Contra.</i>	P. Pp.	<i>Papa.</i>
cap.	<i>Capite, Capitulo, Decretalium Tituli, Novellæ alicujus, aut libri alterius, extra Jus utrumque.</i>	p. n.	<i>prædecessor noster.</i>
Clem.	<i>Clementina, id est, Decretali Clementis V. seu capitulo tituli in Clementinis.</i>	in pr. in f.	<i>in principio, Legis aut Tituli, in fine.</i>
Cod.	<i>Codice Justiniano.</i>	pr.	<i>principii.</i>
C. Th.	<i>Codice Theodosiano.</i>	Inst.	<i>Institutionibus Justiniani.</i>
col.	<i>Columna.</i>	in Sum.	<i>in Summa.</i>
Coll.	<i>Collatione.</i>	in 6. in vi.	<i>in Sexto, in libro Decretalium a Bonif. VIII. collectarum post quinque Libros Gregorii IX.</i>
D.	<i>Digestis. Vide ff.</i>	l.	<i>lege.</i>
d. dist.	<i>Distinctione, in prima præsertim Decreti Patre, &amp; Libr. Sententiarum Petri Lombardi.</i>	li. lib.	<i>libro.</i>
d.	<i>dicta, dicto, &amp;c.</i>	li. 6. lib. yj.	<i>libro sexto, sive inter Decretales Bonifac. VIII. cura editas.</i>
de conf.	<i>De consecratione, quæ est Tertia Pars Decreti.</i>	Nov.	<i>Novella.</i>
de poen.	<i>De Penitentia, in eo Tractatu Decreti, can. 33. quæst. 3.</i>	pri.	<i>principium, sive initium Tituli, vel Legis, ante §. 1.</i>
e. ext.	<i>extra, id est, in Decretalibus Gregorii IX. scil. extra Decretum Gratiani.</i>	q. quæst.	<i>quæstione, id est, sectione Gaussæ in Decreto;</i>
e. cod.	<i>Eodem (supple. titulo.)</i>	f. scil.	<i>scilicet.</i>
eod. C. & qu.	<i>Eadem causa &amp; quæstione.</i>	Sum.	<i>Summa, id est, principium Distinctionis, aut quæstionis, vel epitome Legis, aut Capituli.</i>
Extr. Jo. 22.	<i>Extravagante Joannis vigesimi secundi.</i>	t. tit.	<i>titulus, titulo.</i>
f.	<i>final, finalis, sine.</i>	verf.	<i>versiculo, id est, membro Paragraphi aut Canonis.</i>
ff.	<i>Pandectis, seu Digestis Justiniani.</i>	ult.	<i>ultimo, ultima, &amp;c.</i>
Gl.	<i>Glossæ, seu receptæ in Jus utrumque. Nota.</i>	§.	<i>Paragrapho, id est, Periodo Legis. Capituli, aut etiam Distinctionis &amp; Quæstionis in Decreto.</i>
h.	<i>hic.</i>		
.t.	<i>hoc titulo.</i>		

## INDEX DECRETALIUM

D. GREGORII PAPÆ IX.

Littera P, indicat Paginam, L, Librum, T, Titulum,

## A

- de **A**cusationibus, & inquisitionibus. P. 595 L.V. T. 1  
 de **A**dulterii & stupro. 659 V. 16  
 de **A**ctus & qualitate & ordine. 98 I. 14  
 de **A**lienatione iudicii mutandi causa. 148 I. 42  
 de **A**ppellationibus, recusationibus. 344 II. 28  
 de **A**postatis & reiterantibus baptisma. 645 V. 9  
 de **A**rbitris. 185 I. 43  
 de **A**uctoritate & usu pallii. 77 I. 8

## B

- de **B**aptismo & eius effectu. 520 III. 42  
 de **B**igamis non ordinandis. 216 I. 21

## C

- de **C**alumniatoribus. 608 V. 2  
 de **C**apellis Monachorum. 490 III. 37  
 de **C**ausa possessionis. 221 II. 12  
 de **C**elebratione Missarum. 512 III. 41  
 de **C**ensibus, exactoribus. 501 III. 39  
 de **C**landestina desponsatione. 552 IV. 3  
 de **C**lericis conjugatis. 365 III. 3  
 - - non residentibus. 367 III. 4  
 - - peregrinantibus. 353 II. 29  
 - - peregrinis. 118 I. 22  
 - - pugnantibus in duello. 658 V. 14  
 de **C**lerico Egrosante. 385 III. 6  
 - - excommunicato. 675 V. 27  
 - - non ordinato ministrante. 680 V. 28  
 - - percussore. 675 V. 35  
 - - per saltum promotus. 680 V. 29  
 - - venatore. 674 V. 24  
 de **C**ognitione legali. 567 IV. 12  
 - - spiritali. 565 IV. 11  
 de **C**ohabitatione Clericorum. 362 III. 2  
 de **C**ollusione detegenda. 673 V. 22  
 de **C**ommodato. 416 III. 15  
 de **C**oncessione Præbende. 389 III. 8  
 de **C**onditionibus appofitis. 555 IV. 5  
 de **C**onfessis. 245 II. 18  
 de **C**onfirmatione utili vel inutili. 353 II. 30  
 de **C**onjugio leproforum. 562 IV. 8  
 - - servorum. 563 IV. 9  
 de **C**onsanguinitate & affinitate. 571 IV. 14  
 de **C**onsecratione Ecclesie vel Altaris. 510 III. 40  
 de **C**onstitutionibus. 3 I. 2  
 de **C**onfuetudine. 26 I. 4  
 de **C**onversione conjugatorum. 464 III. 32  
 - - infidelium. 472 III. 33  
 de **C**orpore visitis ordinandis vel non. 114 I. 20  
 de **C**rimine falsi. 568 V. 20  
 de **C**ustodia Eucharistie, Chrismatis. 526 III. 44

## D

- de **D**ecimis, primitiis & oblat. 444 III. 39  
 de **D**elictis puerorum. 674 V. 23

- de **D**eposito P. 410 L. III. T. 16  
 de **D**isponatione impuberum. 546 IV. 2  
 de **D**ilationibus. 214 II. 8  
 de **D**ivoritiis. 588 IV. 19  
 de **D**olo & contumacia. 235 II. 14  
 de **D**onationibus. 424 III. 24  
 de **D**onationibus inter virum & uxorem. 592 IV. 29

## E

- de **E**cclésiis edificandis. 529 III. 48  
 de **E**lectione & electi potestate. 36 I. 6  
 de **E**mptione & venditione. 411 III. 17  
 de **E**o, qui cognovit consanguineam. 567 IV. 13  
 - - duxit in matrimonium. 559 IV. 7  
 - - mittitur in possessionem. 240 II. 15  
 - - furtive ordinem suscepit. 681 V. 10  
 de **E**xceptionibus. 300 II. 25  
 de **E**xcessibus Prælatorum. 682 V. 31

## F

- de **F**eris. 216 II. 9  
 de **F**eudis. 418 III. 20  
 de **F**ide instrumentorum. 275 II. 22  
 de **F**idejussoribus. 421 III. 22  
 de **F**iliis Presbyterorum. 107 I. 17  
 de **F**oro competenti. 199 II. 2  
 de **F**rigidis & maleficiis. 574 IV. 15  
 de **F**urtis. 663 V. 18

## H

- de **H**eresicis. 634 V. 7  
 de **H**is, qua sunt a majori parte Capituli. 508  
 III. 11  
 - - a prælato sine consensu. 399 III. 10  
 de **H**is, qua vi metus causa sunt. 177 I. 49  
 de **H**is, qui filios occiderunt. 647 V. 10  
 de **H**omicidio voluntario vel casuali. 648 V. 12

## I

- de **I**mmunitate Ecclesiarum. 530 III. 49  
 de **I**nfantibus & languidis expos. 649 V. 11  
 de **I**n Integrum restitutione. 180 I. 41  
 de **I**njuriis & damno dato. 710 V. 36  
 de **I**nstitutionibus. 386 III. 7  
 de **I**udaïs & Sarracenis. 628 V. 6  
 de **I**udiciis. 191 II. 1  
 de **I**uramento calumnia. 212 II. 7  
 de **I**urejurando. 286 II. 24  
 de **I**ure Patronatus. 492 II. 38

## L

- de **L**ibelli oblatione. 205 II. 1  
 de **L**itis contestatione. 207 II. 5  
 de **L**ocato & condanno. 413 III. 18

de Ma-

## M

- de **M**agistris, & ne aliquid exigatur, P. 626 L.V. T. I.  
 de Majoritate & obedientia. 158 I. 33.  
 de Maledictis. 676 V. 26  
 de Matrimonio contracto. 578 IV. 16  
 de Mutuis petitionibus. 206 II. 4

## N

- de **N**atis ex libero ventre. 564 IV. 10  
 Ne Clerici vel Monachi. 533 III. 50  
 Ne Pralati vices suas. 625 V. 4  
 Ne sede vacante aliquid innovetur. 398 III. 9  
 de Novi operis nunciacione. 689 V. 32

## O

- de **O**bligatis ad ratiocinia ordinandis. 114 I. 19  
 de Observacione jejuniorum. 527 III. 46  
 de Officio Archidiaconi. 126. I. 23.  
 - - Archipresbyteri. 122 I. 24  
 - - Custodis. 124 I. 27  
 - - & potestate Judicis delegati. 126 I. 29  
 - - legati. 136 I. 30  
 - - Judicis. 157 I. 32  
 - - Judicis ordinarii. 149 I. 31  
 - - Primicerii. 124 I. 25  
 - - Sacrifica. 124. I. 26  
 - - Vicarii. 125 I. 28  
 de Ordinatis ab Episcopo, qui renunc. 96 I. 13  
 de Ordine cognitionum. 218 II. 10

## P

- de **P**arochis. 166 I. 35  
 de Parochis & alienis parochianis. 443 III. 20  
 de Peculio Clericorum. 428 III. 25  
 de Pignoribus & aliis cautionibus. 418 III. 21  
 de Plus petitionibus. 220 II. 37  
 de Penis. 712 V. 37  
 de Penitentis & remissionibus. 715 V. 38  
 de Postulando. 171 I. 37  
 de Postulatione Pralatorum. 31 I. 5  
 de Prabendis & dignitatibus. 372 II. 26  
 de Prescriptionibus. 307 II. 26  
 de Presumptionibus. 282 II. 23  
 de Precariis. 410 III. 14  
 de Presbytero non baptizato. 524 III. 43  
 de Privilegiis & excessibus privil. 691 V. 33  
 de Probationibus. 245 II. 19  
 de Procuratoribus. 171 I. 38  
 de Purgacione Canonica. 705 V. 34  
 - - vulgari. 710 V. 35  
 de Purificatione post partum. 508 III. 47

## Q

- Q**ui Clerici vel voventes matrim. 557 IV. 6  
 Qui filii sint legitimi. 579 IV. 17

Qui matrimonium accusare possunt. P. 586 L. IV. T. 18

## R

- de **R**aptoribus, incendiariis. 660 V. 17  
 de Rebus Ecclesie alienandis, vel non. 406 III. 13  
 de Regularibus & transeuntibus. 455 III. 13  
 de Regulis Juris. 753 V. 36  
 de Religiosis domibus. 486 III. 36  
 de Reliquiis & veneratione Sanctorum. 526 III. 45  
 de Renunciacione. 79 I. 9  
 de Rerum permutatione. 415 III. 19  
 de Rescriptis. 10 I. 3  
 de Restitucione spoliatorum. 225 II. 13

## S

- de **S**acramentis non iterandis. 10 I. 16  
 de Sacra unctio. 103.  
 de Sagittariis. 558 V. 15  
 de Schismaticis. 645 V. 8  
 de Scrutinio in ordine faciendo. 97 I. 12  
 de Sententia & re judicata. 315 IV. 17  
 - - excommunicationis. 720 V. 39  
 de Sepulturis. 438 III. 28  
 de Sequestratione possessionum. 244 II. 17  
 de Servis non ordinandis. 111 I. 18  
 de Simonia. 69 V. 3  
 de Solutionibus. 423 III. 23  
 de Sortilegiis. 672 V. 21  
 de Sponsalibus & matrimoniis. 537 IV. 2  
 de Sposa duorum. 543 IV. 4.  
 de Statu Monachorum. 479 III. 35  
 de Successionibus ab intestato. 437 III. 27  
 de Summa Trinitate. 1 I. 1  
 de Supplenda negligentia Pralat. 90. I. 10  
 de Syndico. 177 I. 39

## T

- de **T**emporibus ordinationum. 92 I. 11  
 de Testamentis & ultimis volunt. 429 III. 26  
 de Testibus & attestacionibus. 253 II. 20  
 - - cogendis, vel non. 273 II. 21  
 de Torneamentis. 658 V. 13  
 de Transactionibus. 169 I. 36  
 de Translatione Episcopi. 74 I. 7  
 de Treuga & Pace. 165. I. 34

## V U

- de **V**erborum significacione. 742 V. 40  
 de Visa & honestate Clericorum. 357 III. 1  
 de Voto & voti redemptione. 473 III. 34  
 de Usuris. 663 V. 19  
 Ut ecclesiastica beneficia. 405 III. 12  
 Ut lite non contestata. 207 II. 6  
 Ut lite pendente nihil innov. 242 II. 16

FINIS DECRETALIIUM GREGORII IX.

INDEX

# I N D E X

## SEXTI DECRETALIU M.

## A

de **A**ccusationibus. P. 131 L. V. T. 2  
 de **A**tate & qualitate. 41 I. 10  
 de **A**ppellationibus. 76 II. 15

## B

de **B**igamis. 42 I. 12

## C

de **C**apellis monachorum. 117 III. 18  
 de **C**ensibus, exactionibus. 118 III.  
 20  
 de **C**lericis conjugatis. 82 III. 2  
 de **C**lericis non residentibus. 83 III. 3  
 de **C**lerico agrotante. 98 III. 5  
 de **C**ognatione spirituali. 131 IV. 3  
 de **C**oncessione prebendæ. 99. III. 7  
 de **C**onfessis. 66. II. 9  
 de **C**onsecratione Ecclesiæ vel Altaris 121  
 III. 21  
 de **C**onstitutionibus. 1 I. 2  
 de **C**onfuetudine. 8. I. 4

## D

de **D**ecimis, primitiis & oblationibus. 110 III. 13  
 de **D**esponsatione impuberum. 129  
 de **D**olo & contumacia. 65 II. 6

## E

de **E**lectione & electi potestate. 10 I. 6  
 de **E**o, qui mittitur in possessionem  
 65 II. 7  
 de **E**xceptionibus. 69 II. 22  
 de **E**xcessibus Prælatorum. 148 V. 6

## F

de **F**iliis Presbyterorum. P. 41 L. I. T. 11  
 de **F**oro competenti. 61. II. 2

## H

de **H**æreticis. 133 V. 2  
 de **H**omicidio. 145

## I J

de **I**s, quæ vi metusve causa fiunt. 58  
 I. 20  
 de **I**mmunitate Ecclesiarum. 123 III. 23  
 de **I**njuriis & damno dato. 154 V. 8  
 de **I**nstitutionibus. 99 III. 6  
 de **J**udiciis 59 II. 1  
 de **J**uramento Calumniæ. 63 II. 4  
 de **J**urejurando. 68 II. 11  
 de **J**ure Patronatus. 118 III. 19

## L

de **L**itis contestatione. 62 II. 3

## M

de **M**ajoritate & obedientia. 54 I. 17

## N

**N**e Clerici vel Monachi. 127 III. 24  
**N**e sede vacante aliquid innov.  
 105 III. 8

## O

de **O**fficio Vicarii. 21 I. 13  
 de **O**fficio & potestate Judicis del.  
 43 I. 14

de Offi-



de Officio legati P. 47 L. I. T. 15  
de Officio ordinarii. 49 I. 16

## P

de **P**actis. 54 I. 18  
de Pœnis. 154 V. 9  
de Pœnitentiis & remissionibus. 158 V. 10  
de Postulatione Prælatorum. 9 I. 5  
de Præbendis & dignitatibus. 83 III. 4  
de Præscriptionibus. 70 II. 13  
de Privilegiis. 148 V. 7  
de Procuratoribus. 55 I. 19

## R

de **R**ebus Ecclesiæ non alienandis. 106  
III. 9  
de Regularibus transeuntibus. 112 III. 14  
de Regulis Juris. 186  
de Religiosis domibus. 116 III. 17  
de Reliquiis & veneratione Sanct. 122  
III. 22  
de Renunciatione. 37 I. 7  
de Rerum permutatione. 107 III. 10  
de Rescriptis. 2 I. 3  
de Restitutione spoliatorum. 64 II. 5  
de Restitutione in integrum. 58 I. 21

## S

de **S**chismaticis. P. 143 L. V. T. 3  
de Sententia & re judicata. 71 II. 14  
de Sententia excommunicationis. 150 V. 11  
de Sepulturis. 108 III. 12  
de Sponsalibus & Matrimoniis. 129 IV. 1  
de Statu Regularium. 114 III. 16  
de Summa Trinitate & fide Catholica. 1  
I. 1  
de Supplenda negligentia Prælatorum. 38  
I. 8

## T

de **T**emporibus ordinationum. 36 I. 9  
de Testamentis & ultimis voluntat.  
108 III. 11  
de Testibus & attestacionibus. 67 II. 10

## V U

de **V**erborum significatione. 170  
de Vita & honestate Clericorum. 71  
III. 1  
de Voto & voti redemptione. 113 III. 15  
de Usuris. 146 V. 5  
Ut lite pendente nihil innovetur. 66  
II. 8

FINIS INDICIS SEXTI DECRETALIIUM.

INDEX

# I N D E X

## C L E M E N T I N A R U M .

- A**
- de **A**etate & qualitate . Pag. 201  
L. I. T. 6.
- de Appellationibus . II. 12
- B**
- de **B**aptismo & ejus effectu . 239  
III. 14
- C**
- de **C**ausa possessionis & proprietatis .  
207 II. 3
- de Celebratione Missarum . 338 III. 14
- de Censibus , exactionibus . 236 III. 13
- de Concessione prae bendae . 232 III. 3
- de Consanguinitate & affinitate . 243 IV. 1
- D**
- de **D**ecimis , Primitiis & oblat. 227  
III. 8.
- de Dolo & contumacia . 208. II. 4
- E**
- de **E**lectione & electi potestate . 196  
I. 3
- de Exceptionibus . 213 II. 10.
- de Excessibus Praelatorum . 252 V. 6
- F**
- de **F**oro competenti . 206 II. 2
- H**
- de **H**ereticis . 247. V. 3
- de **H**omicidio voluntario vel casua-  
li . 251 V. 4
- I J**
- de **I**mmunitate Ecclesiarum . 243 III. 17
- de **J**udaeis & Sarracenis . 247 V. 2
- de Judiciis . 205 II. 2
- de Jurejurando . 210 II. 9
- M**
- de **M**agistris . 243 V. 1
- O**
- de **O**fficio & potestate Judicis deleg.  
202 I. 8
- de Officio Judicis ordinarii . 203 I. 9
- de Officio Vicarii . P. 202 202 L. I. T. 7.
- P**
- de **P**oenis . 256 V. 8
- de **P**oenitentia & remissionibus . 259  
V. 9
- de Praebendis & dignitatibus . 220 III. 2
- de Privilegiis . 254 V. 7
- de Probationibus . 209 II. 7
- de Procuratoribus . 203 I. 10
- R**
- de **R**ebus ecclesiae non alienandis . 223  
III. 4
- de Regularibus & transeuntibus 228 III. 9
- de Religiosis domibus . 233 III. 11
- de Reliquiis & veneratione Sancti . 239  
III. 16
- de Renunciatione . 200 I. 4
- de Rerum permutatione . 223 III. 5
- de Rescriptis . 195 I. 2
- de Restitutione in integrum . 304 I. 11
- S**
- de **S**ententia & re judicata . 214 II. 11
- de **S**ententia & re excommunicationis.  
260 V. 10
- de Sepulturis . 224 III. 7
- de Sequestratione possessionum . 209 II. 6
- de Statu Monachorum . 229 III. 10
- de Summa Trinitate & fide cathol. 194  
I. 1
- de Supplenda negligentia Praelat. 200 I. 4
- T**
- de **T**estamentis & ultimis volunt. 223  
III. 6
- V U**
- de **V**erborum significatione . 262 V. 11
- de **V**ita & honestate Clericorum .  
219. III. 1
- de Usuris . 251. V. 5  
Ut lite pendente nihil innovetur . 208  
II. 5

FINIS INDICIS CLEMENTINARUM.

INDEX

E X T R A V A G A N T E S  
S E U C O N S T I T U T I O N E S V I G I N T I,  
A J O A N N E P A P A X X I I.

## C

de **C**oncessione Præbendæ. Pag. 277 T. 4  
de **C**rimine falsi. P. 284. T. 10

## E

de **E**lectione & electi potestate. P.  
271 T. 1

## J

de **J**udeis & Sarracenis. P. 283 T. 8

## M

de **M**ajoritate & obedientia. Pag.  
274 T. 2

## N

**N**e sede vacante aliquid innovetur.  
P. 279 T. 5

## P

de **P**oenis. P. 286 T. 12  
de **P**ræbendis & dignitatibus. P.  
275 T. 3  
de **P**rivilegiis. P. 285 T. 11

## R

de **R**eligiosis domibus. P. 281 T. 7

## S

de **S**ententia excommunicationis. P. 288  
T. 13

## T

de **T**orneamentis. 283 T. 9

## V

de **V**erborum significatione. P. 390  
T. 14  
de **V**oto & voti redemptione. P. 281 T. 6

F I N I S I N D I C I S C O N S T I T U T I O N U M V I G I N T I.

INDEX

INDEX

## I N D E X.

## EXTRAVAGANTES COMMUNES.

## A

de **A**uctoritate & usu pallii. P. 315  
L. 1 T. 4

## C

de **C**elebratione Missarum. 372 III. 11  
de **C**ensibus exactionibus. 567 III. 10  
de Consuetudine. 310 I. 1  
de Crimine falsi. 386 V. 6

## D

de **D**ecimis. 359 III. 7  
de **D**ilationibus. 330 II. 2  
de Dolo & contumacia. 331 II. 3

## E

de **E**lectione. 311 I. 3  
de **E**mptione & venditione. 352 III. 5

## F

de **F**urtis. 385 V. 5

## H

de **H**æreticis. 381 V. 3

## I J

de **I**mmunitate Ecclesiarum. 376 III. 13  
de **I**udaïs. 380 V. 2  
de **J**udiciis 327 II. 1

## M

de **M**ajoritate & obedientia. 319 I. 8

## N

**N**E sede vacante aliquid innovetur.  
350 III. 3

## O

de **O**fficio custodis. 315 I. 5  
de **O**fficio delegati. 316 I. 6  
de **O**fficio Judicis ordinarii. 317 I. 7

## P

de **P**oenis. 394 V. 8  
de **P**œnitentiis & remissionibus. 296  
V. 9  
de Postulatione Prælatorum. 310 I. 2  
de Præbendis & dignitatibus 334 III. 2  
de Privilegiis. 387 V. 7

## R

de **R**ebus Ecclesiæ non alienandis. 35  
III. 4  
de Regularibus, & transeuntibus ad re-  
lig. 364 III. 8  
de Religiosis domibus. 166 III. 9  
de Reliquiis & veneratione Sanctorum.  
373 III. 12

## S

de **S**chismaticis. 384 V. 4  
de **S**ententia excommunicationis. 402  
V. 10

de Sepulturis. 356 III. 7

de Simonia. 377. V. 1

## T

de **T**reuga & pace. 321 I. 9

## V

de **V**ita & honestate Clericorum. 333  
III.

FINIS INDICIS EXTRAVAGANTIUM COMMUNIUM.

INDEX

# I N D E X

## S E P T I M I D E C R E T A L I U M .

## A

- de **A**etate & qualitate ordinand. P. 20 L. I. T. 5  
 de **A**mbitu. 217 V. 10.  
 de **A**nnatis, 72 II. 3  
 de **A**ppellationibus. 89 II. 9

## B

- de **B**eneficiorum collatione. 30 I. 10  
 de **B**laspheinis & alatoribus. 202 V. 7  
 de **B**onis Ecclesia alienandis vel non. 21 I. 7

## C

- de **C**ambis. 97 II. 11  
 de **C**ardinalibus. 14 I. 4  
 de **C**elebratione Messarum. 132 III. 8  
 de **C**lericis non residensibus. 108 III. 2  
 de **C**omitibus Palatinis. 121 III. 4  
 de **C**onciliis. 126 III. 7  
 de **C**oncubinariis & fornicator. 232 V. 16  
 de **C**onfessis. 82 II. 5  
 de **C**onfanguinitate & affinitate. 164 IV. 2

## D

- de **D**ecimis. 247 III. 16  
 de **D**ilationibus & cessionibus bonorum. 73 II. 20  
 de **D**olo & consumacia. 83 II. 6  
 de **D**uellum permittentibus. 233 V. 17

## E

- de **E**lectione & electi potestate. 10 I. 3.  
 de **F**alsis & falsum exponentibus. 214 V. 9  
 de **F**iliis Presbyterorum. 20 I. 6  
 de **F**orma contrahendi censum. 98 II. 12  
 de **F**oro competentis 57 II. 1  
 de **F**rustrum beneficii restitutione. 56 I. 19

## G

- de **G**ratias & dispensationibus. 141 III. 13

## H

- de **H**eresicis & Schismaticis. 176 V. 3  
 de **H**is, qui infidelibus. 175 V. 2  
 de **H**omicidiis & bannitis. 204 V. 8

## I

- de **I**ndulgentiis. 143 III. 14  
 de **I**nsulis novi orbis. 28 I. 9  
 de **I**nterdicis. 87 II. 8  
 de **I**nvasoribus & occupatoribus. 66 II. 2  
 de **I**udais. 167 V. 1  
 de **I**uramentis. 137 III. 10  
 de **I**ure Patronatus. 80 II. 4

## L

- de **L**enonibus. P. 231 L. V. T. 05  
 de **L**ibellis famosis. 399 V. 5  
 de **L**ibris prohibitis. 193 V. 4

## M

- de **M**agistris & Doctoribus. 122 III. 5  
 de **M**aleficiis & incantatoribus. 225 V. 12  
 de **M**arrimoniis & sponsalibus. 161 IV. 1  
 de **M**edicis. 114 III. 6  
 de **M**onestarum sonforibus. 231 V. 14  
 de **M**onialibus. 157 III. 19

## N

- de **N**autis & naufragium patientibus. 104 II. 14

## O

- de **O**fficio legasi. 27 I. 8

## P

- de **P**ensionibus. 50 I. 12

## Q

- de **Q**uestorum tollendo abusu. 144 III. 15

## R

- de **R**egularibus & Religiosis. 152 III. 18  
 de **R**eligiosis domibus, & montibus pietatis. 147 III. 27  
 de **R**eliquiis & veneratione Sanctorum. 135 III. 9  
 de **R**escriptis & mandatis Apostolicis. 5 I. 2  
 de **R**eservationibus. 44 I. 12  
 de **R**esignationibus & permutationibus. 52 I. 14

## T

- de **S**acrilegis. 201 V. 6  
 de **S**equestris. 85 II. 7.  
 de **S**imoniacis. 222 V. 11  
 de **S**poliis Clericorum. 114 III. 3.  
 de **S**umma Trinitate & fide catholica 1 I 1

## T

- de **T**aurorum & aliorum animalium agitatione. 239 V. 18  
 de **T**estamentis & ultimis voluntatibus. 99 II. 13  
 de **T**estibus. 230 V. 13  
 de **T**reuga & pace 138 III. 11.

## V

- de **V**isa & honestate clericorum. 105  
 de **V**isionibus beneficiorum. 80/50 I. 13  
 de **V**otis, votorum professione. 241 III. 12

F I N I S I N D I C I U M .



D

# UNITED STATES DEPARTMENT OF THE INTERIOR

## BUREAU OF LAND MANAGEMENT

1. Name of landowner or claimant  
 2. Address of landowner or claimant  
 3. Date of acquisition  
 4. Description of land

5. Name of agent  
 6. Address of agent  
 7. Date of acquisition  
 8. Description of land

9. Name of agent  
 10. Address of agent  
 11. Date of acquisition  
 12. Description of land

13. Name of agent  
 14. Address of agent  
 15. Date of acquisition  
 16. Description of land

17. Name of agent  
 18. Address of agent  
 19. Date of acquisition  
 20. Description of land

21. Name of agent  
 22. Address of agent  
 23. Date of acquisition  
 24. Description of land

25. Name of agent  
 26. Address of agent  
 27. Date of acquisition  
 28. Description of land

29. Name of agent  
 30. Address of agent  
 31. Date of acquisition  
 32. Description of land

33. Name of agent  
 34. Address of agent  
 35. Date of acquisition  
 36. Description of land

37. Name of agent  
 38. Address of agent  
 39. Date of acquisition  
 40. Description of land

41. Name of agent  
 42. Address of agent  
 43. Date of acquisition  
 44. Description of land

45. Name of agent  
 46. Address of agent  
 47. Date of acquisition  
 48. Description of land

49. Name of agent  
 50. Address of agent  
 51. Date of acquisition  
 52. Description of land


53. Name of agent  
 54. Address of agent  
 55. Date of acquisition  
 56. Description of land



UNITED STATES DEPARTMENT OF THE INTERIOR







CORPUS  
URIS  
ANONIC  
T III

F.A.

137